



IOANNES SCHILTER.

Irretita Italo sacro et profano
Iure Patria quem tulisse gaudet,
Vir, secli decus, hæc gerebat ora.

Nat. MDCXXXII. *d. 29. Aug. Den.* MDCCV. *d. 14. Maij.*

IO. SCHILTERI
INSTITVTIONES
IVRIS CANONICI
AD
ECCLESIAE VETERIS
ET
HODIERNAE STATUM
ACCOMMODATAE

CUM PRAEFATIONE

IVSTI HENNING. BOHMERI,
D. Prof. Iur. Ordin. in Regia Fridericiana.

Editio quinta, correctior & magna parte auctior.



FRANCOFURTI ET LIPSIAE.

Apud AND. FRIDERICVM BOETTICHERVM.
ANNO M. DCC. XIII.

CVM GRATIA AC PRIVIL. SAC. CÆS. MAJ. AVGVSTISSIMI-QVE REG. POL. & ELECT. SAX. SPECIALI.

PRÆFATIO
EDITIONIS SECUNDÆ.

IVRIS ECCLESIASTICI STVDIOSO LECTORI
S. D.
IO. SCHILTER.

PAucisſimis Te morabor, lector beneuole. Nolo equidem repetere ea, quæ de ſcopo noſtro partim in epiſtola dedicatoria antea, partim in præfatione priore latius dixi: verum quum alteram editionem procurari bibliopola efflagitauerit, quod priora exemplaria diſtraxiſſet, nolui eam non aliquo modo comitiorem, neque ſine aliquo augmento ornamentoque remittere in publicum. Tribus itaque verbis de

accesſione Te monebo. Adiiciendos putaui Fr. Duareni libros de SS. eccleſiæ miniſteriis, eosque cum indice ſingulari. Eſt enim hic primus, qui iuri canonico barbaram faciem abſterſit, & elegantiorem formauit: præterea & ius vetus canonicum a nouiori rite diſcernere didicit, atque vbique tandem iudicium ſolidius formare annifus eſt. Neque etiam extra temporum noſtrorum rationem eſſe putaui, quæ de libertate eccleſiæ Gallicanæ ibidem diſputauit. Qua occaſione etiam concordata nationis Germanicæ adiicienda eſſe ratus ſum, emendatiora & notis illuſtrata: Quum vtrorumque cognitio plenior ex temporum varietate requiri videatur. Cuncta denique emendatoria prodeunt, accuratiori induſtria, quam præcipue in allegatione textuum & auctorum adhibuit iuuenis omnis ſolidioris literaturæ auidiſſimus *Io. Philippus Schmid, Argentoratenſis*, cui pro labore ſuo mecum faueas rogo. Tu vero, lector erudite, vale.

SERENISSIMIS
PRINCIPIBVS AC DOMINIS
DOMINO
IOH. ERNESTO,
DOMINO
IOH. GEORGIO,
DOMINO
FRIDERICO,
DVCIBVS

SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE AC MONTIVM, LANDGRAVIIS THVRINGIAE, MARCHIONIBVS MISNIAE, PRINCIPIBVS HENNEBERGIAE, COMITIBVS MARCAE ET RAVENSBERGIAE, DYNASTIS RAVENSTEINII

DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS.

SACRVM.

SERENISSIMI PRINCIPES

DOMINI CLEMENTISSIMI,

QVum gloriosissimis maiorum vestigiis insistentes, academiam hanc Vestram, Athenas, Thuringiæ dicam, an vniuersæ Germaniæ? per præcipuos rei & ciuilis & ecclesiasticæ ministros superiori anno visitari faceretis, me quoque, indigno hac prouincia, adscito: omnes singulique in id operam enixe dedimus, vt laudatissimæ intentioni Vestræ quantumpote satisfieret. Atque vt ciuilia studia ex veteri decore huius academiæ floride & cum totius Germaniæ applausu doceri manifestum fuit: ita nec obscurum, eam partem studiorum, qua altera reipublicæ pars, quam ecclesiam Christiani appellamus, gubernanda atque in partibus suis tuenda venit, aliarum quidem academiarum exemplo, haud æque pertractari. Enimuero quantumuis primarii ecclesiarum nostrarum repurgatoris prima intentio fuerit, abolitis regulis

ac

ac legibus ecclesiasticis; sola diuina legis norma publice ac priuatim ecclesias atque vtrumque harum statum dirigere: mox tamen experientia mutauit animum atque edocuit, neutram societatis publicæ partem absque humanis legibus, veluti diuini iuris quodam sepimento, quod Hebræi vocant, commode regi, nec disciplinam conseruari posse. Quamobrem retenta fuit iuris canonici professio in academiis, quum nec in foro eius vsus tolli possit. Atque in hac cumprimis vniuersitate a magni nominis ICtis, Vngepauero, Richtero, Strauchio, Struuio denique nostro, non sine immortali eorum gloria egregie ornata. Verum enim uero postquam fatale religionis discidum statum ecclesiarum plurimum mutauit ab illo certe, quem ius canonicum nouum & decretales quædam epistolæ Romanorum pontificum præsentant: & hæ ipsæ tamen pariter ac veteris ecclesiæ melioris canones & sacræ Imperatorum constitutiones, apud nos etiam nunc studiosæ iuuentuti inueterato more, non ad vsum fori ecclesiastici, glandes inuentis frugibus proponi consueuerunt: animaduersum fuit a prudentibus, non sequi nos satis officium hac in parte: ac desideratum, vt quemadmodum Io. Paul. Lancelottus ad statum ecclesiæ Romanæ & hierarchiæ pontificiæ, ita aliquis nostratium ad statum ecclesiarum iuxta normam primæ & Apostolicæ ecclesiæ respiciens, leges & canones ecclesiasticos colligeret, & iusta methodo institutiones iuris canoni-

ri concinnaret. Sane id fere hactenus agitur, vt materia de causis matrimonialibus, & deinde processus forensis ex libris decretalium publice explicetur: quod vt non perperam fit, ita haud sufficit, vt quis ecclesiastica iura circa personas atque res, prout in foro nostro recepta, pernoscat. Id quod vero tum S. theologiae, tum prudentiae ciuilis studiosis vtique necessarium est, ne demum officiis admoti sola experientia aut ex vna alterave ordinatione ecclesiastica languide ista addiscere oporteat. Praeoptarim autem, vt aliquis felicior ingenio, instructior doctrina, otioque abundantior hanc operam suscepisset: interea quum a multis, tum ab ipso praelaudato Struuio instigarer, a cupida solidioris literaturae, iuuenta vrgerer, religio mihi fuit, deesse officio. Itaque praeteritae aestatis horas, quas cinguium principale succidere passum est, huc impendi, atque cum ore calamoque ius ecclesiasticum interpretarer, institutiones hae prognatae sunt. Vos vero PRINCIPES SERENISSIMI, *quum & Tutanos huius academiae longe clementissimos sciam, & deuinctum* VOBIS *me multis nominibus sentiam, vt deuotionis erga* VOS *mea qualecunque tandem documentum extet publice,* VESTRO NOMINI *ac Numini hunc libellum offero, dico, consecro. Leuidense est opusculum: sed solent generosis animis res leuiusculae, quas inferioris sortis homines deuote offerunt, gratiores esse, quam*

quibus

quibus abundat ipsi, grandiores. Ego verò non cessabo, pro salute VESTRA totiusque DOMVS SAXONICAE & precari, & consulere, & agere quantumpote: sed & successiua tempore incremento Vestra academia sedulo incumbere. DEVS Vos seruet libertatis patriæ assertores ac vindices, atque omni imminentium malorum turbine repulso, auspicato hunc, qui aperitur, annum annare, plurimos deinceps perennare, fruique faciat felicitate temporum, summa rerum.

IENAE KAL. Ian.
MDCLXXVI.

IO. SCHILTER.

CVPIDAE IVRISPRVDENTIAE CANONICAE IVVENTVTIS.

ALTERA iurisprudentiæ nostræ positio, quæ circa sacra versatur, quam vtilis reipublicæ, quamque digna academiis sit, non est, vt plura præsertim ad Vos, eius amatores, prædicemus; siue enim finem siue obiectum inspiciamus, res ipsa se commendat. Enimuero dubium quem reddere possit, quod superiori seculo ecclesiarum Germanicarum reformatores ius canonicum abolendum censuerint, atque ex hac sententia illud ad rogum condemnarint, collectis assertionibus & articulis libertati ecclesiasticæ pariter ac ciuili contrariis, iure canonico

nico

Cicero *lib. II de legibus ait*: pontificem neminem bonum esse, nisi qui ius ciuile cognosset. Conf. Gothofredus *ad l. 10 de I. & I.*

nonico pontificio comprehensis. Cui accedit auctoritas magnorum ICtorum, Fr. Duareni, Hub. Giphanii, & aliorum, qui hoc conquesti, per ius canonicum multum mali in forum introductum, satiusque fuisse, si ius ciuile per omnia retentum, receptumve fuisset, imprimis quoad ordinem procedendi in iudiciis. Succedunt politici summæ auctoritatis, qui pluscula in iure canonico notarunt, quæ sine iniuria & contumelia reipublicæ Germanicæ tolerari non possint. Quibus tandem subueniunt rationes partim a fine iuris canonici, affectata per id & stabilita monarchia pontificia: partim a causa efficiente, ipsis pontificibus Romanis, qui praua dogmata & abusus in religione Christiana non sustulerint: partim a materia ipsa,& constitutionibus iniquis, utilitati publicæ ac singulorum inimicis: partim a forma denique,quod methodus ac stylus longe sit infra iuris ciuilis decorem. Ad hæc primo generatim, deinde & speciatim respondebimus. Atque primo ab effectu constat, valorem iuris cononici in foro Germanico semel fuisse receptum, & quidem prius,quam iuris ciuilis Iustinianei: vnde nec potuit sine confusione in republica simul ac semel abrogari: igitur e re publica est, quod eo adhuc vsque vtamur. Deinde si finem eius primarium, saltem vt is esse debet, inspicimus, expositionem iuris circa personas & res causasque ecclesiasticas, vsus illius eo magis apparet, quo minus diducte hæc iure ciuili Iustinianeo

per-

pertractentur. Ceterum stabilitio imperii pontificii videtur potius effectus esse potestatis iam tum aliunde quæsitæ, quam ex conditione canonum. Sane dependentia imperii circa sacra est summæ potestatis in republica accidens ἀχώριστον, quod regulariter quidem in est illi, separari tamen per pacta conuenta aliisve modis potest: quæ separatione an ab Henrico V. Imperatore iuste facta sit, alibi disputauimus.* Tertio, nec omnes iuris canonici auctores heterodoxias possunt inculpari, nec nisi vis & prudentia legislatoria his in rebus attenditur: quomodo & ius ciuile Romanum maxima ex parte ab alienis a Christiana fide exstructum apparet. Quarto non tantum canones, sed & epistolas pontificum decretales iusta aut probabili ratione niti cernere est: processus vero magis ex vsu fori, quam ex conciliorum canonibus, aut epistolis decretalibus ortum ducit: minus autem est, introductum non abrogare, quam introducere. Denique vt miser nemo est, nisi comparatus:

* De imperio circa sacra dependenti res est aperta. Sed de independenti quæstio heic est, & de eodem forte Aristoteles 6. *pol.* 8. Quæstio igitur eo redit, an pars imperii circa sacra sit essentiale quid imperii summi, quatenus est independens? *Ratio dubitandi.* Pars integralis non potest separari salua totius atque integri substantia. *Ratio decidendi* 1. Potest tamen salua essentia, veluti anima a corpore. 2. Integrum potest separari quoad subiecta, vt quod prius in vno erat, postea in duobus integrum consistat. Sic in republica Hebræorum, sacerdotium ab imperio non dependebat,

ratus: ita & iuri canonico contingit, collato ad Romanam ueterem iurisprudentiam. Id tamen verum eſt, quod ratio ac ſtylus iuris canonici accommodatior eſt foro noſtro. Sed hæc in vniuerſum. Speciatim porro ita hac de re habendum. Primo tolerari poſſe ac debere ius canonicum in noſtris rebuspublicis & eccleſiis quoque, ſiue in ciuili, ſiue in eccleſiaſtico foro, quoniam mutationes legum pernitioſas reipublicæ ciuilis prudentia docet. At emendandum tamen eſt. Si quid heterodoxi, ſi quid iniqui, ſi quid aduerſus libertatem eccleſiæ aut reipublicæ continet, amputandum. Deinde haud negligenda eſt differentia inter ius canonicum & pontificium Romanum, quæ potisſimum triplex eſt. Ius canonicum enim tractat per ſe tantum res eccleſiaſticas, vnde & eccleſiaſticum clarius dicitur. Ius pontificium vero etiam res & cauſas ciuiles. Intentio iuris canonici eſt, ſacra ordinare & εὐσχημοσύνην eccleſiæ tueri: iuris pontificii, imperium etiam in ciuilibus vſurpatum firmare. Eſt enim ius canonicum a conciliis atque Imperatoribus & regibus profectum, & tam in eccleſia orientali, quam occidentali promulgatum: ius pontificium a curia tantum Romana. Itaque ius canonicum in decreto Gratiani, in decretalibus ius pontificium magis cernitur.**Hæc vti ſua natura differunt, ita vſu fere commiſcentur. Nos porro hoc agimus, vt non ſolum ius canonicum, multo minus pontificium, ſed eccleſiaſticum, h. e. plenius

nius ius sacrum circa personas & res ecclesiasticas ex iure diuino, conciliorum canonibus, legibus Imperatorum sed & pontificum decretalibus, ac statuum euangelicorum ordinationibus ecclesiasticis vsuque fori iusta ac concinna methodo exponamus. Quid praestitum fuerit, iudicio ecclesiae submitto. Vale atque fruere spes futuri orbis.

A. C. MDCLXXXI.

** Vid. *hist. conc. Trid. P. Suauis pag. 864. 2.* Baluzius *praef. ad Aug.* Strauch. *amoen. I. can. eclog. 1. cap. V & XII.* Nos de *L. E. G. 2: 12, 25.* Fundamentum huius distinctionis est status ecclesiae, qui quotuplex est, totuplex etiam est legislatio: quum haec sit effectus status variati, sine qua potestas leges ferendi nulla esset. Status autem ecclesiae triplex cernitur, primittiuus atque libertatis, qui per gradus incrementum, sed & decrementum sumsit a primo seculo vsque ad XI: tunc enim Hildebrandus statum liberum adhuc vtcunque mutauit in dominatum sacrum. Cui tamen ausui Imperatores Germanici subinde se opposuerunt, & quietam possessionem impediuerunt, de quo *in comment. de L. F. G.* Successit tandem tertius status libertatis restauratae per reformationem. Ad priorum statum pertinent conciliorum veterum canones: ad medium decretales papales. & scholasticorum & canonistarum libri: ad tertium reformatorum commentarii.

Si quibus placuerit, sequentes ac plures addere poterit e. gr. Io. Brunnemanni *ius ecclesiasticum* ad vsum ecclesiarum euangelicarum, cum supplementis Dn. Strykii: item B. Zieglerum, *in notis ad Lancelottum*: Io. Douiat, in *specimine iuris ecclesiastici* apud Gallos: Franciscum de Roye, *in institutionibus iuris canonici*: Petrum Biarnoy de Meruille *in examine iuridico iuris canonici*, siue introductione ad ius pontificis tum commune, tum apud Gallos receptum; Paulum Voet. in *iurisprudentia sacra* collata cum iure diuino, &c.

I. N. D.

JVSTI HENNINGII BOEHMERI
DISSERTATIO PRÆLIMINARIS
DE
MEDIA VIA,
IN STVDIO ET APPLICATIONE JVRIS CANONICI INTER PROTESTANTES TENENDA.

§. I.

Quemadmodum conclamatum est, in *sensu* & *usu* legum quarumcunque *genuino* omnem JCti meditationem & curam versari, ita hoc multo magis asserendum esse arbitror de juris *Romani* & *Canonici* scitis, quippe quæ ita comparata sunt, ut vix quicquam occurrat, quod, sive *mentem* eorum excutias, sive *praxin* inspicias, examinesque, dubium ancipitemque animum reddere nequeat. Notæ sunt difficultates, quæ juris Romani tradita, quoties a juris naturalis *simplicitate* recedunt, eique aliquid vel *addunt* vel *detrahunt*, mirifice turbant, & obscurant, non aliam ob causam, quam quod rationes rei Romanæ civiles, formularum laquei, aliaque solennia, ex quibus tot supersunt con-

 clu-

clusiones, sufficienter haud eruantur, & ex intima antiquitate excutiantur. Non minora *praxis* habet impedimenta, cum mores antiqui Germanorum, a Romanorum principiis abhorrentes, in totum eliminari & eradicari haud potuerunt, ut eam ob causam in foris pugna ingens inter *ius Romanum* & *mores Germanorum* sæpissime occurrat, & vel insulsa applicatio, vel inepta interpretatio fiat.

§. II. Eadem, si non infeliciora, fata habet *jus Canonicum* in terris protestantium, cujus *mentem* pauciores debita industria evolvunt; multi *usum* vel negant, vel adeo restringunt, ut studium ejus plane intermittendum, vel levi brachio tractandum esse censeant; alii Canones ubique in caute sequuntur, sine debito examine causis emergentibus applicant, omnemque movent lapidem, ne vel jota ex iure canonico inter protestantes pereat. Fluxere tot diversi animorum motus ex principio inter protestantes vulgatissimo, ius canonicum robur inter nos habere ex *recepto* & ipso *usu* tacitaque approbatione vim accepisse, non tamen in omnibus, verum buibusdam tantum articulis. Sed de his ipsis adhuc mira concertatio est, dum alii plures, alii pauciores tradunt, adhuc alii regulis quibusdam insistunt, ex quibus judicari debere contendunt, in quantum inter protestantes obtineat, & iuri civili vel præferendum vel postponendum sit? quæ tamen, teste experientia, ipsa praxi sæpius refutantur.

§. III. Tanta est incertitudo studii hujus & sententiarum varietas, ut qui inter hos scopulos sine dis-

diſcrimine navigare, rectumque tenere curſum deſiderat, magna cautione opus habeat. Sicuti autem hi, qui pericula maris, & diſcrimina tempeſtatis marinæ evitare cupiunt, nihil non agunt, ut ſcopulorum occultorum, voraginum, ventorum, & omnium eorum, quæ navigationem ancipitem reddere poſſunt, exactam notitiam conſequantur, reputantes, tela prævisa minus nocere; ita quoque qui per medium profundum hujus ſtudii ire, & inoffenſo pede procedere cupit, ante omnia in occultos variorum præjudiciorum ſcopulos inquirere, & *duo extrema* illa, quæ vel ius canonicum plane deſtruunt, vel illud cœco amore quidem, ſed imprudenti ut plurimum conatu, ubique ſequendum ſuadent, evitare debet, ut *media via*, quæ tutiſſima eſt, incedere queat.

§. IV. Videlicet quidam tam abjecte de hac diſciplina judicant, ut eam non commendandam, ſed e ſcholis & foris eliminandam eſſe cenſeant, addentes, tempus omne, quod ei impenditur, fruſtraneis & otioſis teri meditationibus, eſſe quidem *Juri eccleſiaſtico*, in ſe ſpectato, ſuam præſtantiam, ſed minime eandem *juri Pontificio*, quod in *Decreto* & *Decretalibus* continetur, tribuendam. Ducuntur vero hiſce præjudiciis: 1) quod hoc jure vera religio, in S. Scriptura revelata, adeo corrupta ſit, ut proteſtantes, poſtquam gratia divina, miniſterio B. *Lutheri*, ad veritatem lucis evangelicæ rurſus traducti ſunt, ſalva conſcientia eo minime uti posſint. Veritatem hujus aſſerti adſtruxit ipſe

LUTHERUS in epiſtola ad electorem Saxoniæ *d. 29. nov. 1518.* ſcripta, ubi monet, *non eſſe rarum nec novum, ut Pontifices & Doctores torqueant, & in alienum ſenſum ducant ſcripturas* quod exemplo *Hebr. VII, 12.* declarat, additque: *Talia ſunt in jure Canonico multa, quibus (ut cum fiducia loquar,) ſi non corrupta, certe obſcurata eſt ſcriptura.* Ita cenſuit LUTHERUS, eo tempore, ubi Præſulis Romani auctoritatem haud impugnaverat, nec a ſacris Romanis receſſerat. Graviora adfert in *epiſt. 99.* anno 1519. exarata, ubi ita: *Verſo decreto Pontificum pro mea diſputatione* (Lipſiæ habenda) & *(in aurem tibi loquor) neſcio an Papa ſit Anti-Chriſtus ipſe vel Apoſtolus ejus, adeo miſere corrumpitur & crucifigitur Chriſtus (i. e. veritas) ab eo in Decretis.* Anno ſequente libellum edidit *ad Cæſarem & nobilitatem imperij, Tom. I. Altenb. fol. 480.* extantem, quo inter alia rejicit jus Pontificum ſeu Canonicum, emendandum vero & contrahendum Cæſareum, & *in ſubſidium* tantum eo utendum cenſet, reſtitutis legibus patriis. Vid. *Seckendorff in hiſtoria Lutheran. Lib. I. §. 72. n. 3.* Eodem tempore plures impias ſententias ex jure hoc collegit, quæ referuntur *Tom. II. Ien. lat. fol. 334.* & in genere de libris juris Canonici ita judicat: *Quod ſi in illis etiam aliquid boni ineſſet, quod de decretis fateri cogor, totum tamen eo detortum eſt, ut noceat, & Papam in ſua Anti-Chriſtiana & impia Tyrannide confirmet.* Cum vero, his non obſtantibus cenſuris, adhuc jus Canonicum Wittembergæ traderetur, grave hoc admodum tulit, & *lib. I. ep. 237.* anno

1521.

1521. ſcripta, cenſuit, *jus omne Pontificium prorſus excludendum eſſe*, addito voto, *ut principes, animo aliquando accepto, jurisdictionem vel cenſuras iſtas penitus antiquarent in ſuis terris.* Recentiorum judicia addere nolo, quæ ubique fere obvia ſunt, & ſatis decantata.

§. IV. Hoc poſito (II) per ſe inde fluit, jus eccleſiaſticum, quod religioni evangelicæ inſervire debet, hoc jure Pontificio corrumpi & variis infici erroribus. Habuit EBERHARDVS A WEIHE anno 1588. Wittembergæ orationem, cum juris Canonici interpretationem ſuſciperet, quam STRAUCHIUS *diſſertat. Canonicis* ſuis adjecit, ubi *p. 132.* hoc jus *amictu ſpecioſo ornatum, impiæ fraudis, exitioſæ falſitatis, ſuperſtitionis vaniſſimæ & erroris turpiſſimi plenum eſſe* ait. Neque, ſi veritati dandus locus, a via aberravit, quod ipſa principia hujus juris oſtendunt. Eccleſiæ *reipublicæ* ſeparatæ formam & ſchema tribuunt, eique civilem cum regibus ſubjiciunt. In hac eccleſiaſtica republ. imperium ſacrum exercent Clerici, laicis gloria parendi eſt relicta, ſub quibus illaetiam Imperatores, reges, & principes complectuntur. Omnia ad hunc dominatum ſtabiliendum in hoc jure ſunt directa, quæ minus recte ſtatui eccleſiarum noſtrarum applicari poſſe videntur.

§. V. Vt una fidelia duos dealbem parietes, brevibus regero, inde tantum ſequi, jus canonicum inter proteſtantes recipi non debuiſſe, id quod tem-

pore reformationis tantopere ursit B. LUTHERUS, sed voti sui compos fieri non potuit: ast receptum id non esse inde concludi nequit, cum praxis quotidiana contrarium ostendat, ut fere juri civili prævaleat, uti pluribus argumentis ostendi in *diss. de praxi juris canon. in terris Protestantium cap. II.* Deinde rationes adductæ ostendunt, eo majorem cautionem adhibendam esse in decisionibus causarum, quo facilius alias judex falli potest. Ipsum jus Romanum itidem talia suppeditat argumenta; ex quibus liquet, sæpe decisiones ejus a rationibus fori nostri abhorrere ; verum eam ob causam studium hoc negligi aut repudiari nequit, quin eo majori industria excoli debet, ne in applicando erretur, quod facile fieri potest, si rationes ejus meditatione debita haud examinantur, nec spuria a genuinis & adæquatis distinguuntur. Hoc vero non *superficiariam*, sed *solidam* juris *notitiam* requirit, ut vere dicere possim, eandem industriam, si non majorem, doctrinæ *juris Canonici* deberi, quæ alias juri Civili impendi solet. Ipse neglectus hujus studii peperit illas difficultates, de quibus antea disserui, nec JCti, alias celeberrimi, ut REINKINGIUS, STEPHANI, LAURENTIUS JOHM, ARNISÆUS, FINKECLTHAUS aliique, quos ubique fere sequitur CARPZOVIUS, in tot errroneas decisiones incidissent, si veros fontes hujus juris consuluissent, & rationes ejus adæquatas cum statu nostrarum ecclesiarum contulissent. Sed habent studia nostra etiam suas periodos, uti alia negotia humana, & ita his JCtis longe celeberrimis faci-

acile venia dari poteſt, qui in ea inciderunt tempora, quibus hæc diſciplina ingentibus adhuc involuta erat tenebris, quique ſi noſtra viverent ætate, rectius omnia ſine dubio ponderaſſent, & ſub debitum examen revocaſſent. Nobis vero, quibus major felicitas contigit, omnino vitio verti deberet, ſi, abjecto hoc ſtudio, erroribus veteribus inſiſtere, quam genuinam faciem hujus juris reducere præoptaremus. Et ſi tot nævis & erroribus jus Pontificium ſcatet, uti omnino ſcatet, illud tanquam *malum* aliquod *neceſſarium* conſiderare debemus, quod tamen eliminare noſtrum non eſt, ſed potius id agendum, ut *via media* incedamus, & *prudentiam* in applicando adhibeamus.

§. VI. Equidem alii urgent, omnino ſat eſſe, ſi *juris civilis & canonici* differentiæ duntaxat traduntur, qæu tantum apparatum, quem integra juris canonici diſciplina requirit, haud deſiderant, cui rei inſerviunt compendia B. STRYKII, RITTERSHUSII, CORNELII van ECK, HENRICI HAHNII, JOACHIMI HASSÆI aliorumque, qui ea intentione DIFFERENTIAS collegiſſe videntur, ut leviori & ſimpliciori via, rejectis inutilibus, quæ ſcitu neceſſaria ſunt, traderentur. Sicuti vero horum JCtorum labores omnino laudo proboque, ita perſuaſiſſimum habeo, hanc operam ab iis minime ea intentione eſſes ſuſceptam, quod crederent, ſufficere ſtudioſi juris, ſi unice in addiſcendis his *differentiis* acquieſcerent, ſed, prout fieri ſolet, prægustum potius tantum

iis conciliarent, qui ad solidiora eniti intendunt. Plura omnino sunt in jure canonico, scitu necessaria, de quibus jus Romanum non disponit, quæque in his *differentiis* tradi nequeunt, quæ tamen si negliguntur, non possunt non eas difficultates animo insinuare, quas antea tetigi.

§. VII. Huc fere etiam collimare videntur, qui contendunt, *jus ecclesiasticum*, ecclesiis protestantibus accommodatum, addiscendum esse, jus canonicum haud pertinere ad protestantium fora, esse illud plane peregrinum, & eadem inconvenientia illud commendari, quæ illis, qui *jus Scyticum ecclesiasticum* tradere vellent, imputanda esset. Equidem optandum foret, ut tale *jus ecclesiasticum*, ecclesiis protestantibus accommodatum, haberemus, nec jus canonicum consistoria nostra occupasset. Ast tale adhuc desideratur. Adsunt in singulis provinciis *ordinationes ecclesiasticæ*, quæ tamen quoad maximam partem ex jure canonico sunt desumtæ, nec huic rei sufficiunt, ob tot emergentes casus, id quod ipse agnovit CARPZOVIUS, qui ubique adhuc recurrit ad *jus canonicum*, quamvis non ubique eadem præcautione utatur, nec *via media* incedat. Et quis idoneus interpres *ordinationum ecclesiasticarum* esse poterit, qui principiis juris Canonici, unde tot conclusiones adhuc in illis reperiuntur, non est tinctus? Quin quod *in subsidium* ad *jus canonicum* recurrendum esse asserant, ubi hæ *ordinationes* deficiunt, id quod qua præcautione fieri debeat, nemo rectius judi-

judicabit, quam qui *solidam* hujus juris *notitiam* sibi comparavit.

§. VIII. Denique qui urgent, plura *otiosa* in jure Pontificio occurrere, & propterea abjiciendum esse, satis profitentur, se nimis præcipitanter agere. Quam plurima *otiosa* occurrunt in jure Romano, cui tamen tantum impendimus tempus, & utinam ea, quæ *otiosa* dicuntur, majori cura & studio evoluta essent, certe nunquam jurisprudentia in artem *rabulisticam* degenerasset. Dum enim ea, quæ *otiosa* dicuntur, discernere non possunt, inepte postea & perversa plane ratione ad causas emergentes ea applicare student, quod ipsam praxin turbat, lites ex litibus movet, & justitiæ administrationem impedit. Qui vero tam in *civili* quam *canonico* jure, quævis, etiam quæ *otiosa* dicuntur, sedula meditatione examinavit, in applicatione fallere nequit, sed quæ retinenda, quæ vero abjicienda sunt, omnium optime judicare potest. Unde merito reprobanda est ea methodus, qua studiosa juventus sub prætextu, quod *otiosa* haud addiscenda sint, ab ipsis fontibus abducitur, & tantum, quæ ad praxin faciunt, levi brachio ei proponuntur, cum tamen, si post modum ad praxin properat, & cum ejusmodi homine, qui *otiosa* quævis in pretio habet, certamen inire cogitur, ipsius conatus sufficienter frangere nequit, quod tamen facili modo fieri posset, si rationes quarumcunque rerum sibi comparasset, easque à moribus nostris

abhorrere, ostendere posset. Breviter: plura sunt addiscenda, non ut ea in praxin deducantur, sed ut præcaveamus, ne illa imprudenter applicentur.

§. IX. Præterea vero etiam in alteram peccari potest partem, si nimis magnifice quis de jure Canonico sentiat, decisiones ejus à prudentia, æquitate singulari, aliisque virtutibus commendet, & omni ope studeat, ut quævis tradita in usum deducantur. Ipse EBERHARDUS à WEIHE, quem supra laudavi, in illa ipsa oratione, qua ius canonicum ab initio non leviter perstrinxit, ex argumentis variis præstantiam ejus deinceps mentibus hominnm insinuare conatus est. Ait, *jure pontificio maxime illustrari civilem scientiam & actiones politicas, canonicum jus esse medullam legum & praxin juris civilis, præter theoremata utilissima & doctrinas in omni vita utilissimas, præscribere processum expeditissimum & foro nostro accommodatissimum; in eo reperiri, quæ faciunt ad reipubl. & privata conservationem, ad morum & vitæ emendationem, adeoque non tantum jurisperitorum Romanorum Ethnicorum responsis & rescriptis conjungendum, sed fere præferendum esse.* Inde ita concludit: *Jus canonicum multas habere dotes singulares, multisq; nominibus præstare aliis libris juris, nemo negabit: imo politiæ plura bona hoc jure collata fatemur, quam possint enumerari.*

§. X. Has

§. X. Has easdem fere rationes JCti ante reformationem, ad demonstrandam præstantiam juris canonici præ civili, attulerunt, ex quo factum, ut etiam in praxi prævaluerit. Sed quod JCti protestantes, restituta luce evangelii, tantas dotes singulares juri canonico adhuc tribuerint, in causa sine dubio est, tum quod specie pietatis, quam præ se fert, decepti fuerint, tum etiam quod in genuinas rationes ejus, rei & politicæ & ecclesiasticæ adversantes, ob defectum *historiæ* & *doctrinæ moralis*, non inquisiverint, quascunque *superficiarias* ex Canonistis repetendo & in usum trahendo. Nam (I) magis corrupta est civilis scientia per jus Canonicum, quam illustrata: in ambiguis legum interpretationibus secuti sunt pontifices Glossatorum sententias, erroribus infinitis involutas, & ita hoc jure errores vim juris acceperunt, rationes ineptæ approbatæ, & quæ à statu judiciorum nostrorum aliena sunt, in praxin imprudenter tracta sunt. (II) In quibus discedit à jure civili & rationem *conscientiæ* aut *pietatis* præ se fert, ut in doctrina de *juramentis*, *usucapione* &c. fucum ut plurimum facit, & *æquitatem cerebrinam* habet. (III) Theoremata & moralia scholasticorum ineptiis depravata sunt, ut nihil sani in iis deprehendatur. vid. BARBEYRACII, viri clarissimi, *præfatio ad versionem Gallicam juris Nat. & Gent. Puffendorfii* (IV) fundamenta, quæ in ipso *jure ecclesiastico* habet, improba sunt. Ajunt, ecclesiam esse *rempublicam*, in qua Clericis imperium â Christo concessum,

ceſſum, laicis vero nihil juris relictum ſit. Ex hoc ſuppoſito *ſtatu inæquali* tot reprobas concluſiones deducunt, quæ non poſſunt non univerſum jus eccleſiaſticum corrumpere. Præter hoc, quod palmarium eſt, plura adhuc occurrunt, quæ à noſtratibus rejiciuntur v. c. *de ſacramento matrimonij*, *ſacrificio Miſſæ*, *charactere indelebili*, *ſatisfactione*, *pœnitentia externa*, *indulgentiis*, &c. ex quibus deciſiones infinitæ in hoc jure formantur, ſed itidem erroneæ & ex putido fonte natæ.

§. XI. Quæ cum ita ſint, magna utique præcautione opus eſt ei, qui inter hæc duo extrema *media via* incedere ſtudet, ut neque in totum deciſiones hujus juris rejiciat, neque temere & ſine debito examine easdem ſequatur. Prius vel ideo fieri nequit, quia *auctoritatem* ejus *authenticam* Proteſtantes in foris admittunt. Poſterius vel ideo præcavendum, quia *Jus Canonicum* non *in totum* eſt receptum, ſed in plurimis recte ab eo fora noſtra receſſerunt, vel ad maximum recedere poſſunt.

§. XII. Hunc in finem (I) ſecundum *veritatem Evangelij* & ipſius *Juris Naturæ* principia laborandum de genuino & vero conceptu *eccleſiæ*, quem præ ſe ferat ſtatum, æqualemne an inæqualem? cui meditationi valde inſervit aureus PUFFENDORFFII libellus *de habitu religionis ad vitam civilem*. Et quia tum *recta ratio* tum etiam

etiam *Scriptura S.* ostendit, ecclesiam haud esse *rempubl.* sed in republica, & societatibus *aequalibus* annumerandam, inde jura ejus quaecunque sunt aestimanda. (II) Decisiones Juris Canonici ex veris suis rationibus examinandae, & cum statu ecclesiarum nostrarum conferendae sunt, ita ut si diversitas nulla singularis appareat, in iis acquiescere liceat; Ubi vero ex principiis fluunt à nostratibus vel rejectis, vel cum statu ecclesiarum nostrarum pugnantibus, ab earum applicatione tam diu desistamus, donec evidenter de *observantia fori* satis radicata constet. Conveniens enim est, ut, dum principiis repudium misimus, conclusiones quoque eo ipso repudiatas esse *in dubio* judicemus, donec *observantia constans* probata fuerit. Sic *denuntiatio evangelica* fluit ex principiis reprobatis; de praxi eius non constat, uti nuper admodum ostendit illustris THOMASIUS *Diss. de denunciatione evangelica* & ita applicatio eius in Consistoriis nostris admittenda haut est. Clerici de iure Canonico prorogare haud possunt jurisdictionem in judicem laicum, quod ex perverso fundamento fluit, statui ecclesiarum nostrarum adversanti, & inde facultas nostra iuridica ante annum, & quod excurrit, eandem admisit contra sententiam alterius cuiusdam Facultatis, quae ius Canonicum secuta erat. Denique (III) si observantia in contrarium allegatur, videndum, an sit *constans*, *evidens* & *universalis*, quae qualitates tamen rarissime deprehenduntur. Plerumque provocatur ad

CARP-

CARPZOVII *Jurisprudentiam ecclesiasticam*, quæ tamen tantum praxin Saxonicam ostendit, & quidem illius temporis, quo vixit CARZOVIUS. Mutato præside iudiciorum, mutantur ut plurimum sententiæ, & ita quoque observantiæ, ut ne quidem praxis hodierna Consistoriorum Saxonicorum cum scitis Carpzovianis ubique conveniat. Hac *via media* qui incesserit, meo judicio quidem tutissimus ibit.

§. XIII. Præmittenda hæc censui, postquam à viro nobilissimo, qui novam editionem *Institutionum Juris Canonici* SCHILTERI, sumtibus suis, adornandi consilium cepit, rogatus sum, ut præfationem eidem adiungerem. Huic desiderio eo facilius assurrexi, quod non tantum aliquoties hoc auctore duce in interpretando iure Canonico usus sim, sed etiam ante annum *emendationes* & *additamenta* ad has institutiones, in usum præsertim Auditorum meorum, ediderim, quæ in *officina Orphanotrophij* huius loci prostant, mihique præterea hæc nova editio pergrata fuerit, quoniam copia huius compendii sufficiens hactenus desiderata fuit. Præstantia hujus libelli enim fecit, ut sæpius jam edi debuerit, & fere in omnium manibus versetur, ut meo encomio haud indigeat. Quæ B. Auctoris, JCti consummatissimi, intentio, institutiones has conscribendi, fuerit, ipse titulus loquitur, quo ostendit, quod easdem *ad ecclesiæ veteris & hodiernæ statum* accommodare voluerit. Quantum ergo judicare

care

care valeo, rationem, *mediam* tenendi *viam* in hoc studio eiusque applicatione, tradere voluisse videtur, & hoc intuitu statum *veteris ecclesiæ purioris*, eiusque decreta cum statu ecclesiarum protestantium conferre allaboravit, ut abstineret ab iis, quæ corrupta in ecclesia nata sunt, & puriora ex antiquo statu substitueret. Quamvis enim eorum consilium *simpliciter* approbari nequeat, qui quæcunque ad *statum primitivæ ecclesiæ* reducenda & quæ ab eo, utut in rebus arbitrariis, recedunt, repudienda esse contendunt; negari tamen nequit, plura secundum faciem primitivæ ecclesiæ efformati etiam in nostris posse ecclesiis, ut nulla committatur inconvenientia, quæ merito scitis Pontificiorum corruptissimis præferenda. Scilicet etiam hac in re *media via* tenenda, ne omnia reducere tentemus, neque etiam iura purioris & nascentis ecclesiæ plane negligenda esse censeamus, sed statum ecclesiarum nostrarum conferamus cum ecclesiis primitivis, & si *diversitatem* in ipso *statu* deprehendimus, diversa iura quoque obtineri debere concludamus. Olim ecclesiæ erant *collegia privata*, auctoritate publica destituta, a republica reiecta & neglecta, & inde maior *libertas*, determinandi negotia ecclesiastica, ecclesiis competebat, quam hodie, ubi ecclesiæ ad *universitates publicas* referuntur, quæ reipublicæ præsidio publico gaudent, & ita inspectioni singulari imperantis subsunt. Presbyterium olim iura plura habebat, quæ exercentur hodie a Consistoriis, quæque *ministerium* suis vindicare nequit, quia hoc

hoc non in omnibus cum presbyterio comparari potest. Quid dicam de episcopis, excommunicatione, pœnitentia publica, per diuturnos labores trahenda, agapis aliisque, quorum iura statui ecclesiarum præsentium non satis congruunt. Prudentia hic ubique desideratur, sine qua *intentio bona* non sufficit. Quantum ego animadvertere potui, Autor noster se intra limites hosce *ut plurimum* continuit, aliquando tamen medium cursum non tenuit, id quod utique difficile satis est Consilium eius satis optimum laudandumque fuit, sed, quod negari nequit, ei non ubique respondit eventus, maxime eam ob causam, quod adhuc *quodammodo* in ecclesia formam quandam *reipublicæ* concipiendam esse crediderit, indeque varias conclusiones deduxerit, quas tamen in *emendationibus* meis modeste correxi. Vixit vir eruditus eo tempore, quo vera ecclesiæ facies & status ejus genuinus nondum e tenebris lucem adspexerat, quod primum PUFFENDORFFIUS in *Libello*, antea laudato, fecit. Nihilomnius tamen opera Auctoris nostri debita laude minime est privanda, quin potius in eo aliis compendiis præferenda, quod jura peculiaria nostrarum ecclesiarum fideliter tradat, ex antiquitatibus illustret, & varios abusus detegat. Plura addere supersedeo, cum vino vendibili non opus sit suspensa hedera, Dab. Halæ IV. Mart. MDCCXIII.

I. N. D. N. I. C.

IO. SCHILTERI

INSTITVTIONES

IVRISPRVDENTIAE

SACRAE CANONICAE

VEL

ECCLESIASTICAE (*a*)

LIB. I.

DE IVRE PERSONARVM.

TIT. I.

DE NATVRA IVRISPRVDENTIAE SACRAE.

I.C. 1, I.X. I. Lanc. 1, 1. Diff. I. C. & C. §. 7.

§. I.

QVum omnis bonæ reipublicæ, & , quæ eam fundat, regit, & tuetur, legislatoriæ prudentiæ scopus sit, salus ciuium, tum in vniuersum; tum singulorum etiam, quantum fieri possit; nec iurisprudentiæ sacræ alius finis est, neque ciuilis. (*b*)

I. prud. eccl. scopus, salus ciuium.

(*a*) De homonymia huius vocis vide Bosii

A in-

introductionem in notitiam scriptorum ecclesiasticorum c 1.

(*b*) Ex fine reipublicæ probatur finis iurisprudentiæ: quia hæc dirigit & applicat media ad scopum illum consequendum.

§. II.

in

Vt vero homo duplici gaudet natura (*a*), corporeæ vel animali, & mente seu spirituali, quarum vnione per mortem soluta, hæc omnium gentium consensu (*b*) superstes manet: ita duplex cura summæ in republica potestatis cernitur, tum vt ciuibus in hac ciuili vita bene sit, tum vt parti superstiti in futura. Hinc in duas tota respublica sese pandit societates, in sacram & ciuilem, h. e. in ecclesiam & politiam: quarum illa salutem animæ æternam, hæc ciuilis vitæ felicitatem curandam tuendamve suscipit.

Societate sacra s. ecclesia.

(*a*) Vid. *manuductio philosophiæ moralis ad iurisprudentiam cap.* 2. §. 2. *sqq.* & *cap.* 10 §. 2.

(*b*) Vid. Io. Cottunius, philosophus Patauinus, *de triplici statu animæ rationalis.* Opus editum Patauii *anno* 1645. Ego *de prudentia iuris Christianorum, cap.* 1. §. 8.

§. III.

Societas sacra gentium.

Nulla enim est respublica tam corrupta, nulla gens tam barbara, quin sacrorum quandam curam gerat, leges de iis constituat, sacerdotium ordinet, cultum diuinum exerceat, certamque religionis for-

formulam profiteatur, qua DEVM ciuibus propitium conciliare contendit. (*a*)

(*a*) Ius pontificium Romanorum gentilitium a Numa Pompilio rege I. *Tacit. annal 3. 26.* Conf. *leges XII. tab.* Cicero *de legibus* Gutherius *de iure pontificio.* Ego *de prudentia iuris Christianorum, cap. 1.*

§. IV.

Verum quum humanæ naturæ corruptionem gentes agnouerint, medium repurgandi eam, atque cum natura diuina reconciliandi ex corrupto naturæ iudicio reperire non potuerint, omnis earum religio naturalis, cultusque superstitiosus frustraneus fuit, & a scopo suo excidit. aberrat a scopo,

§. V.

Hunc porro sola ab ipso DEO O. M. reuelata reconciliandi sui ratio, ac præscripta salutis formula attingit, fundata in fiduciali agnitione vnici inter DEVM atque hominem constituti mediatoris IESV CHRISTI: quam quæ profitetur societas, peculiari nomine ECCLESIA appellatur. Ea ante Christum natum in Hebræorum republica constituta fuit: postea vero in toto terrarum orbe, ac speciatim qui Imperio Romano subditus erat, recepta (*a*), & ab auctore suo CHRISTO cognominata: eiusque confessio peculiariter EVANGELIVM. Quem tangit Christianorum. Vid. diff. §. 7.

(*a*) Recepta fuit reuelatio euangelii & reconciliationis atque amnestiæ cum DEO non simul ac semel ab vniuersa ecclesia, sed a singulis: qui tamen ab initio non statim vnam aliquam externam congregationem constituerunt, sed in omnibus mundi plagis vnam quidem, sed internam & DEO cognitam ecclesiam: extra quam nulla salus.

§. VI.

Inde diff. reip. & eccles. quoad essentiam Conf. de I. E. G. lib. I.

Itaque societas sacra & quæ falsam, & quæ veram salutis formulam profitetur, pars est reipublicæ, sed cum insigni hoc discrimine: illa falsa penitus, quoniam tota dependet partim a notitiis humanæ naturæ insitis, omnique humanæ societati communibus, partim a proprio humanæ legislationis arbitrio: hæc eatenus solum, qua & ipsa religionis insitæ principia continet, & iure humano positiuo gaudet, atque reipublicæ pars est. At quatenus profitetur ecclesia peculiariter diuinitus patefactam salutis ac religionis formam, eatenus non est pars reipublicæ, neque dependet ab humana potestate, sed a solo auctore suo Christo, & ab ipso reuelato euangelio, vnica salutis regula, in quam nullum ius vlli creaturæ, ne quidem cœlesti sub anathematis pœna, teste S. Paulo *ad Galat. I, 8.* (*a*)

(*a*) Hac distinctione neglecta, peccatur non uno modo. Tum a summa potestate Reipublicæ, si ipsa audet credenda præscribere, ad fidem co-

cogere, quam conſcientiæ cum reuelata formula ſalutis non conuenire deprehendunt, *Hugo Grotius de iure circa ſacra.* Tum ab eccleſia Romana, quatenus independentiam eccleſiæ ſpiritualem extendit ad ſecularia, & ad exemtionem ſacerdotii a ſumma reipublicæ poteſtate. Vid. *Hugo Floriac. de reg. pot. & ſacerd. dignit.* Baluz. *l. 4. miſcell.* Goldaſt. *in monarchia ſacri Rom. Imp.*

§. VII.

Quoad exiſtentiam.

Hi veri ſunt fines reipublicæ & eccleſiæ, quos alii vocant *ſacerdotii & Imperii* ex *nouell. VI. præf.* atque confundunt tamen (*a*). Neque enim iſti fines ſummum ius circa ſacra a ſumma reipublicæ poteſtate arcent: imo addicunt, vt toti partem: ipſi fines & differentia eccleſiæ a republica porro in interpretatione euangelii, fideiue catholicæ inque erogandis myſteriis diuinis cernuntur. Atque ita per ſe poteſt exſiſtere eccleſia & extitit per priora tria ſecula: & quoniam a ſumma reipublicæ poteſtate ante Conſtantinum M. aut oppreſſa, aut fugata, aut ſaltem neglecta, ideo & ſuo regimine *polyarchico* interim vſa, & propriis canonibus atque ſtatutis: donec per Conſtantinum magnum reipublicæ vnita, eandem induit formam, ſummæque reipublicæ poteſtati fuit ſubiecta, *quatenus vera reipublicæ pars eſt:* non quatenus eccleſia.

 §. IIX.

(a) Hugo Floriac. *d. l.* Petrus de Marca *lib. 2. de concord sacerd. & Imp. c. 1.* Alex. Iruinus *de iure regni c. 7.*

§. IIX.

Media scopi obtin. Diff. I. C. & C. §. 11. Zigl. ad Lanc. Lib. 1. c. 2.

Intendit ecclesia scopum obtinere suum, *actionibus* ciuium iuxta normam ac regulam salutis *diuinitus reuelatam*, a Christo & Apostolis traditam, institutis & formatis: cuius compendium est de fide in Christum & caritate proximi *1. Ioh. III, 23. Ioh. XIII, 34. c. XV, 12.* Porro quum ecclesia societas quædam sit humana, h. e. ordo gubernantium & parentium, igitur & legibus constat suis, quibus personæ & res sacræ ordinantur, actiones ciuium circa eas diriguntur, & ortæ de iis controuersiæ deciduntur. De quibus titulo sequentia. (a)

(a) Hinc fines theologiæ & iurisprudentiæ ecclesiasticæ. Theologia dirigit actiones Christianorum, qua talium, secundum regulas virtutum Christianarum: iurisprudentia ecclesiastica dirigit actiones Christianorum, quatenus sunt ciues & membra ecclesiæ externæ per leges & canones sacros.

Gracia *de ultimo fine iuris ciuilis & canonici, Coloniæ, 1585.*

§. IX.

Defin.

Ex his conficitur, iurisprudentiam ecclesiasticam esse eam iurisprudentiæ partem, quæ actiones & caussas ciuium Christia-

stia-

ſtianorum, iuxta leges ſacras atque canones dirigit & diiudicat ad ipſorum & eccleſiæ atque totius reipublicæ ſalutem. (*a*) Porro cum iuriſprudentia in vniuerſum circa ſocietatem ciuium verſans, vel cauſas vniuerſitatis vel ſingulorum tractat: itaque & hæc eius pars vtrumque cauſſarum eccleſiaſticarum genus exponens, partim *publica* eſt partim *priuata*. (*b*) & diuiſ.

(*a*) Tractatur hæc a fine per media ad effectum, ſiue operationes & actiones, methodo analytica.

(*b*) Cuius fundamentum ab obiecto, quod eſt ſtatus & ius ſocietatis ſacræ, in vniuerſum, vel ſingulorum.

TIT. II.

De

LEGIBVS SACRIS ET ORIGINE IVRIS CANONICI. (*a*)

D. II, 1 x. 2. Lancell. 1. 2. ſqq. Diff. §. 4, 8, & 10. Brunneman. 1. 2.

§. I.

IVriſprudentia eccleſiaſtica hauritur partim ex iure ac legibus diuinis, partim ex humanis. Lex diuina partim inſita eſt & innata menti humanæ, vnde & *lex naturæ* vocatur, *Rom. I*, *18*, partim de nouo reuelata & repetita per Moſen, quæ *decalogus* vocatur, *Exod. XX.* & a Chri-

Lex diu. natur. ſ. moralis vet.

& N. T. Christo saluatore confirmata & exposita *Matth. V. 17. seqq.* aucta quoque ab ipso, *Matth. XIX. 8, 9.* & Apostolis, *I. Cor. VII,*

Manud. 9, 28. *10.* Praeterea vero & nouum ius institutum a Saluatore & Apostolis, v. g. de S. baptismo, de S. ministerio, de ecclesiae & clauium potestate, de excommunicatione, de S. coena, de sabbato & aliis: quarum *institutio* legis fundamentalis vim obtinet, etsi non aeternae, moralis tamen & immutabilis ab homine. *Matth. XIX. 7.* can. *apost.* *3.* Diss. *I. can. nou.* (*b*)

(*a*) Historia iuris ecclesiastici de legibus sacris. Connexio tituli ex norma, ad quam introducitur finis in actiones hominum, quae sunt leges, quarum complexio & habitus dicitur *iurisprudentia.*

Obiectum { quod tractatur, actiones & caussae ecclesiasticae. per quod, & secundum quod, norma, leges.

Corpus legum.
Systema artis.
Habitus mentis.

(*b*) Sic institutio testamenti directa est praecepti, secus fideicommissaria.

§. II.

Positiua ceremon. ciu. V. T. Etsi porro non omnis lex diuina Christianos obligat, veluti lex quae Hebraeis posita fuit, de personis & rebus sacris ecclesiae Israeliticae propriis: quae *ceremonialis* vocatur, sicut & *ciuilis*, reipublicae Hebraeorum

rum propria: tamen & ipsa inseruire potest prudentiæ ecclesiasticæ, instar exempli. Vid. leges Anglo-Sax. & Alem. vt infra de iure decimarum videbimus (*a*).

(*a*) Sic & de primitiis ad alendos sacerdotes. Atque opere pretium fuerit, inquirere in rationem iuris diuini Hebræorum sacri & ciuilis.

De variis editionibus SS. codicis videatur *disquisitio critica Londini impressa, anno 1684.* Acta eruditorum, 1685. *p. 2. & 7.*

Librorum canonicorum vsum promiscuum Iudæis olim non concessum tradit Io. Turner. *acta eruditorum 1686. p. 198.*

De authentia linguæ Hebrææ in veteri testamento, & Græcæ in nouo testamento, vid. *Hieron. proleg. in pentateuch.* & *dist. 9. c. 6t 6et. libr.* Ex quo perperam Ioannes glossator Græcorum exemplaria Hebræis emendatiora, & Latina Græcis, colligit. Vide nobis assentientem Paulum Langium *chron. Citiz. pag. 812. anno 1267.*

§. III.

Viciſſim non omnia quæ ab *Apostolis* tradita sunt, etsi Christianos obligant, non tamen instar iuris diuini immutabilis, sed quædam etiam instar humani iuris, adeoque mutabilis ac dispensabilis. Quale est quod S. Paulus de coniugio cum infideli disponit *I. Cor. VII, 12.* (*a*) Vtriusque generis (*b*) diuini & humani iuris sunt canones aut decreta concilii Hierosolymitani de circumcisione, de esu sanguinis, immolati N. T.

simulacris, suffocati, & de scortatione. *Act. XV. 28, 29.* (c)

(a) Vid. Herbert. Thorndic. *orig. eccles. c. 14. pag. 252.*

(b) Nec tamen omnia simul vtriusque generis, sed quædam diuini positiui, vt circumcisio. Moralis, vt de scortatione. Humani & diuini positiui, de esu sanguinis, immolati, suffocati. Ratio, vnde id æstimetur, ex natura rei fluit. Scortatio est contra institutionem diuinam matrimonii, & continentiæ virtutem. Circumcisionis ratio temporaria vsque ad antitypum. Esus sanguinis, vt carnis, non est absolute contra naturam humanam corruptam: vnde prohibitio temporaria, ne Iudæis scandalo sit. *Bartholinus* libro singulari ostendit, esum sanguinis iure diuino prohibitum. Opposuit *Hannekenius* disputationem *de licentia sanguinis esca rii.*

(c) Congregatio Hierosolymitana an concilium fuerit? Negat *Sigwart*, theologus Tubingensis contra Parei irenicum *l. 1. c. 5. p. 65.* Senatus apostolicus. Affirmatur: quia ὅλη ἡ ἐκκλησία, Apostoli, presbyteri, & fratres congregati, τὸ πλῆθος.

§. IV.

Canones Apost.

Post Apostolorum tempora de caussis *fidei* & *disciplinæ* christianæ in *conciliis* actum, & consulta seu decreta eorum de posterioribus CANONES peculiariter appellati, de prioribus SYMBOLA. Hinc & symbolum apostolicum, & *canones Apostolorum* enati: qui non ab ipsis Apostolis conditi, sed a primis conciliis & ex traditione

apo-

apoſtolica, vt innuit Iuſtinianus *nou. VI. c. fin.* collecti vero videntur ineunte ſeculo tertio a. N. C. & ab eccleſia ſequentium ſeculorum recepti, & numero LXXXV. in ſynodo VI. generali Conſtántinopoli in Trullo habita *can. 2.* confirmati, reiectis *conſtitutionibus apoſtolicis* Clementis nomine ſuppoſitis. (*a*) Repræſentant igitur hi canones epitomen quaſi veterum conciliorum per tria prima ſecula habitorum: quippe quorum canones alias non extant. Ceterum & *ius non ſcriptum* iamtum inualuit in ſacris, ex apoſtolorum & eccleſiæ traditione & conſuetudine enatum. Quo refertur imaginum vſus in ſacris a concilio Niceno II. *act. 2 & 7.* Conf. concil. Conſtantinopolit. œcum. VIII. *c. I.* & concil. Nicen. I. *c. 6.* & alia. (*b*) c. placuit. diſt. 16.

(*a*) Edmund. Richerius, Sorbonæ doctor, *libro de hiſtoria concil. general. c. XI. §. 13.* contendit, canones apoſtolicos tempore quintæ ſynodi œcumenicæ Conſtantinopoli *A. 553.* celebratæ collectos, & in ſexta œcumenica *A. 680.* receptos. At Guil. Beueregius, eccleſiæ Anglicanæ presbyter, edidit Londini 1678. canones hoc cum commentario eleganti, ſub titulo: *codex canonum eccleſiæ primitiuæ vindicatus & illuſtratus*, in quo contendit, canones illos a Clemente Alexandrino collectos, qui floruit ad finem ſeculi ſecundi, & initio tertii: quæ verior ſententia contra Dallæum. Codex Abyſſinus canonum apoſtolicorum differt a noſtro. Vide *Ludolffum in hiſt. Abyſſ. 3. 4, 27.*

Conf.

(b) Conf. *Baluz. praefat. ad Reginonem*, & *Regin. app. 1. c. 63. sequ.*

§. V.

Codex canon eccl. vniuersa.

Ceterum a seculo quarto reliqui sunt canones concilii *Elibertini*, Eliberris, h. e. Granatae in Hispaniis, *Arelatensis* in Galliis, *Ancyrani* in Galatia habiti, *Neocaesariensis* ac *Niceni*, & aliorum deinceps plurimorum vsque ad concilium *Constantinopolitanum* I. sub Theodosio M. habitum. Post hoc enim & ante concilium Chalcedonense A. C. 451. habitum tempore intermedio *Stephanus*, Ephesinus episcopus, *codicem canonum* concinnauit, ex concilio Niceno, Ancyrano, Neocaesariensi, Gangrensi, Antiocheno & Laodiceno. Hic codex postea *auctus* sequentium conciliorum constantinopolitani, Ephesini & Chalcedonensis canonibus, numero ducentis & septem, ab ecclesia, primo orientali, deinde etiam ab occidentali, receptus sub titulo βίβλος κανόνων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, codex canonum ecclesiae vniuersae, & a *Christoph. Iustello anno 1610. Parisiis* editus. Hos canones Iustinianus Imperator cum antecessoribus suis voluit oportere *pro legibus* valere *nouell. VI. c. 1. §. 8.* Id quod non modo quantum ad canones, qui in IV. conciliis oecumenicis conditi speciatim repetit, sed etiam ad priorum synodorum cano-

nones extendit, quos quatuor œcumenica confirmauerunt *nouell. CXXXI. c. 1.* Enimuero quum ius conciliorum & poteſtas legislatoria penes Imperatores Chriſtianos eſſet, vis canonum (*a*) omnis ab his dependebat, ſicuti in rebus ciuilibus SCtorum. Quare & ipſi Imperatores de perſonis ac rebus ſacris leges condiderunt, vt apparet ex vtroque codice Theodoſiano & Iuſtinianeo & huius nouellis, ſed & ſequentium Imperatorum. Conf. *l. 6. C. de SS. eccleſ.* (*b*)

(*a*) Non vero dogmatum aut ſymbolorum fidei, §. 4. *b.* Ratio differentiæ ex *cap. 1. §. 6. ſeqq.*

(*b*) Add. capitularia Francorum, & præfationem *Baluzii.* De iis reducendis in concilio Tridentino mentio facta. *Petrus Suauis pag. 861.* Vide *notas Baluzii in Reginonem pag. 542.*

§. VI.

Hic antiquiſſimus codex canonum etiam in eccleſiis Francorum receptus fuit, docente Gregorio Turonenſi epiſcopo *lib. V. c. XVIII*, vbi de Chilperico rege ſcribit: *transmittens librum canonum, in quo erat quaternio nouus annexus habens canones quaſi apoſtolicos, continentes hæc: epiſcopus in homicidio, adulterio, & periurio deprehenſus, a ſacerdotio diuellatur.* Qui codex in prædicta ſynodo œcumenica Trullana ſeu Conſtantinopolitana per adiectos concilii Sardicenſis & Carthaginenſis cano- Cod. can. auctus.

nes

nes patrumque quorundam decreta, *auctus*, & a *Tilio* Lutetiæ A. C. 1540. editus fuit.

§. VII.

Cod. Dionys.

Transtulit hunc A. 527. e Græco in Latinum, & pontificum Romanorum decretis a Siricio vsque ad Hormisdam, adauxit *Dionysius*, abbas Romanus cognomento *exiguus*, æræ Christianæ conditor, in seculo VI. De quo *can. 1. concil. Tolet. III.* capiendus videtur. Quo factum, vt omisso codice canonum ecclesiæ vniuersæ, hæc Dionysii collectio nomen obtineret *codicis canonum ecclesiæ Romanæ*, & auctoritatem publicam in ecclesiis Francorum & Germanorum, A. C. 773. Carolo M. ob id ad Hadriano I. oblatus, quum prius ab Ingelramo Metensium episcopo ex suppositiis quorundam pontificum Romanorum epistolis interpolatus esset, vt St. Baluzius docuit *ad Agobard. pag. 50. & 94.* & *praef. ad Reginonem de disc. eccl. §. 3.*

Vid. Gerbais de caus. maior. pag. 206. de L. E. G. 2. 14, 25.

§. IIX.

Isidori.

Sequuta sequente seculo *Isidori* cuiusdam noua collectio, qui veterem codicem plurimis veterum pontificum Romanorum a Clemente vsque ad Siricium epistolis decretalibus, fictis & Dionysio exiguo ignoratis,

ratis, interpolauit, & ad hierarchiam Romanam, tum affectatam accommodauit. *Vid. D. Blondelli* Pseudo - *Isidorus*. Strauch. *cap. V. ecl. I.* (*a*)

(*a*) Cent. Magdeburg. 4. 7. *pag.* 575. Conring. *de O. I. G. c.* 16. Steph. Baluz. *ad S. Lup. pag.* 194. & 45-. Idem *ad Ant. August. praef.* Idem *praef. ad Reginon.* Gerbais *de caus. maior. in fin.*

§. IX.

In ecclesia orientali *Photius* sub Basilio Imperatore conscripsit iuris canonici institutiones sub titulo *Nomocanonis*, quas Theodorus Balsamon commentario illustrauit, cuius perpetuus vsus fuit in ecclesia orientali. Postea epitomen huius iuris *Harmenopulus* edidit. Photii Harmenop.

§. X.

In occidente porro Regino abbas Prumiensis, iussu rathbodi archiepiscopi Treuirensis collectionem canonum concinnauit, vnde *Burchardus* seu Brocardus, episcopus Wormatiensis simili instituto, ius per canones dispersum ad generales quasdam theses atque materiarum titulos reuocare coepit, vnde etiam *brocardicorum* origo. A. C. 1008. (*a*) Sic etiam *Iuo* episcopus Carnotensis, Burchardum describens, in vsum ecclesiae Gallicanae edidit *panormiam* siue pannomiam, collectionem legum & decretum, quo canones complexus est. Atque Burchardi. Iuonis.

Anselmi. quæ præter alias plurimas eiusmodi collectiones recensetur etiam *Anselmi* episcopi Lucensis, qua cumprimis vsi fuerunt correctores iuris canonici Gregoriani, quo hodie vtimur. Sed non esse Anselmi, & A. Augustinus, & St. Baluzius euicit. *B. Strauch. c. 6. ecl. 1.* (*b*)

(*a*) De Burchardi hallucinationibus vide *Steph. Baluzii præfationem in Reginonem §. 6. seqq.*

(*b*) Reginonem edidit Ioach. Hildebrandus, & post eum Stephanus Baluzius cum Rhabani epistolis.

§. XI.

Gratiani. Post hos omnes tandem extitit *Gratianus*, monachus Bononiensis, de Glasa ciuitate Tusciæ natus, Regiouill. f. 139. qui A. 1162. sub Eugenio III. pontifice Romano, concordiam discordantium canonum siue *decretum* concinnauit ex conciliorum canonibus & patrum sententiis: quæ primam corporis canonici partem constituit. (*a*) Dehinc cœptum fuit pontificum recentiorum epistolas & rescripta colligi, quarum collectionum plures recenset A. Augustin. *in antiqu. collect. decretal.* B. Strauch. *ecl. 1. c. 8. & 9.* vsque dum *Gregorius* IX. codicem suum promulgauit. Quem Bonifacius IIX. *libro* VI. suppleuit: cuius tamen compilatio in Gallia non recepta fuit,

Gregorii decreta les.

Vid. præfat. decretal. Bonifacii in 6.

fuit; quoniam maieſtatem regni imminuit. Duaren. *præf. de S. E. M.* (b)

(a) De huius auctoritate Alciatus *12. par. 3.* Ant. Auguſtinus emend Alb. Gentilis *de lib. iur. can.* Lugd. Engel. *proœm. n. 9.* Art. Duck 1, 7. Baluzius *præf. ad Regin. §. 13.*

(b) Ziegler. *diſſ. de Orig. iur. can §. 51.* Vid. *infra diſſ. iur. ciu. & can. § 4.*

§. XII.

Sequutæ ſunt conſtitutiones Clementis V. in concilio Viennenſi conditæ, in quibus ſeſe pinxit Clemens, inquit Peucerus *l. V p. 771*, etſi reuocaſſe eas & combuſſisſe ſcribatur. Edidit tamen ſucceſſor *Ioh. XXII* ſub *Clementinarum* titulo (a), qui etiam *libri VII decretalium* quibusdam venerunt, vt Marſilio Patauino *def. pac. p. 1. c. 19.* Chron. Belg. magn. *p. 284.* Caluiſ. *A. C. 1313. & 1317.* Adiecit ipſe duos nouellarum libros ſub *extrauagantium* appellatione, quorum prior ſuas proprias continet, poſterior ſuas & anteceſſorum; vnde *communes* cognominatæ ſunt. Sequentium pontificum epiſtolas & conſtitutiones vsque ad ſuperius ſeculum compilare continuauit *P. Matthæus* IC. Lugdunenſis A. 1590, qui hodie *ſeptimi decretalium* venit. Quod quum ſine mandato aut approbatione pontificis Romani privata tantum induſtria editum ſit, non cenſeri ex omni par-

Clement.

Extrauag.

VII. decretal.

te authenticum, iudicat L. Engel. *proœm. coll. I. can. n. II.*

(a) Ant. Dadin. Alteſerra commentarium edidit in libros Clementinarum, *Paris.*

§. XIII.

Vſus & aut. I. can.

Poſtquam eccleſiæ Germanicæ magna ex parte ad libertatem prouocarunt ſuperiori ſeculo, & pontificis Romani poteſtatem non amplius agnouerunt, retentum tamen fuit corpus iuris canonici in foro & academiis, non vi promulgationis, ſed quatenus *vſus fori* eccleſiaſtici aut etiam ciuilis illud recepit. Nec immerito, quum continear *canones* conciliorum œcumenicorum & aliorum, qui eccleſiam, vt ius humanum, omnino obligant. Ceterum canones & conſtitutiones poſt reformationem factam a pontificibus editas plane non agnoſcunt ſtatus Imperii euangelici: quo pertinet concilium Tridentinum, bullarium Romanum, regulæ cancellariæ, &c Vid. Rebuff. L. Engel.

§. XIV.

Ius ſtatuum euangel.

Quemadmodum porro poteſtas circa ſacra per pacem religioſam ſiue reſtituta ſiue conceſſa principum & ſummæ reipublicæ poteſtati fuit, ita quælibet prouincia ac principatus aut ſtatus Imperii euangelicus gaudet poteſtate leges ferendi circa ſacra: vt ſunt *ordinationes eccleſiaſticæ:* de

qua

qua re postea *titulis sequentibus* & 2.1,8. imprimis vero huc pertinent *recessus Imperii & pacificationes religiosæ*, Passauiensis & Osnabrugensis, tanquam leges fundamentales ecclesiarum Germaniæ. Atque omnino conduceret, vt auctoritate publica *codex iuris ecclesiastici* ex iis omnibus concinnaretur, atque ex actis publicis ac ratione iuris illustraretur. Cui si adiungeretur *codex conciliorum ecclesiæ Germanicæ*, cum tali commentario, quem res hæc requireret, plurimum sane hinc vtilitatis in ecclesiam pariter & in rempublicam nostram redundaturum putarim. (*a*)

(*a*) Canones ecclesiæ Gallicanæ apud Hispanos, Anglos, in magna auctoritate, *Baluz. ad Agobard. p. 50. & 94.*
De iure ecclesiastico Anglicano *vide acta eruditorum 1685. pag. 100.*
Libellus synodicus Io. Pappi, *Argentor. anno 1601.*

TIT. III

DE

SS. ECCLESIIS ET ECCLESIASTICA POTESTATE. (a)

1. C. 1. & 2. Lancell. 1. 2. Diff. §. 9. & 20.

§. I.

1. Pars essentia. Ecclesiæ origo

VT ciuilis societatis fundamentum in coniugio primum, deinde in liberis cernitur, & sic vna domus principium vrbis & quasi seminarium reipublicæ est: ita ecclesiæ Christianæ fundamentum ac primordium redunitio & consociatio hominis regeniti cum DEO est, quæ interna (interna) est & in DEO abscondita, *Coloss. 3, 3.* amplissima tamen & per vniuersum terræ orbem diffusa, *Rom. XI, 4. 5.* & *regnum DEI* appellatur, quod *non* venit cum obseruatione *externa*, sed intra nos est, docente ipso ecclesiæ conditore. *Luc. XVII, 20.*

(a) Connexio. Obiectum totale, ecclesia: particulare, in quod iustum per normam introducendum, est actus ciuis Christiani, quatenus est membrum ecclesiæ. Obiectum sic porro, atque huius essentia explicatur §. 1. 4. diuisio in species, §. 5. 12. in partes, §. 13. vis & effectus, §. 15.

§. II.

externa

Ex hac simplicissima atque priuata singulis cum DEO reconciliato instaurata so-

ſocietate progreditur iam compoſita quædam atque *publica*, quoties inter ipſos homines de illa interna ſingulis cum DEO contracta vnione communio habetur *extrinſeca*, ipſis propterea in cœtum coeuntibus externum atque iam viſibilem. Quæ ipſa porro communio in duobus conſiſtit, primo in *communis ſalutis regula* atque fundamentali huius ſocietatis lege à DEO reconciliato parta, eiusdemque vnanimi confeſſione publica *l. 7. pr. C. de S. Trinit.* Deinde in *vno* communi aliquo *regimine* externo, quo ſinguli in obſeruatione communis regulæ contineantur: quodque ius habet, eandem ad caſus emergentes, prout religio ſuggerit, applicandi, in dubiis interpretandi: ſed & de rebus indifferentibus aliquam humani iuris regulam ſtatuendi: imperantes & parentes, docentes & diſcentes ordinandi: de controuerſiis ex hac ſocietate religionis oriundis iudicandi, moresque ſanctos reddendi, ſontes puniendi. eius poteſtas.

§. III.

Atque quum hæc ſocietas religionis & ſalutis æternæ cauſa, hominum inter ipſos contracta *humana* ſit, atque ad ſtatum præſentis vitæ ordinata, igitur & *ciuilis* ſit oportet, aut ſaltem ciuili ita contradiſtincta, vt *reipublicæ* tamen vtraque *pars* ſit. Genus analog.

Ceterum & de interna illa, & de hac externa societate sacra (*a*) vsurpatur vox *ecclesiæ* a concionibus & conuocationibus populi huc arcessita, ad ea pertinens, quæ ἐκ τῶν πρὸς ἓν καὶ ἀφ' ἑνὸς vocant philosophi. Etenim quum hæc societas diuiditur in *internam*, respectu inter Deum & homines habito, & *externam*, respectu hominum inter ipsos, genus est, quod in eiusmodi species distinguitur, quarum vna, interna scilicet, est alterius caussa, radix, & fundamentum, & velut anima, a qua externa cum omnibus suis subalternis speciebus atque indiuiduis in esse suo dependet. Qua de re latius in *comment. nostris de libertate ecclesiarum Germanicarum.*

(*a*) Ecclesia visibilis & inuisibilis theologis.

§. IV.

Ecclesia quid?

Ecclesiam igitur quando dicimus, constat, non solum *clerum* intelligi, nedum solos *rectores* aut episcopos, sed totam vniuersitatem illius populi ac reipublicæ, quæ formulam fidei catholicæ seu Christianæ confitetur. Quare & caput reipublicæ & magistratus ciuilis, & populus, vnde LAICORVM nomen inuentum, vna cum clero & sacerdotibus ecclesiam constituunt, & de caussis ecclesiæ in commune consulunt *Act. XVI, 22, 23. Col. vlt. 17.* (*a*)

l. 20. Diff. §. 14.

(*a*) Dicti

(a) Dicti & seculares, mundiales. *Saluian. epist. 9.*

§. V.

II. Pars de Speciebus. quotuplex

Quamuis autem ecclesia interna vna est atque vniuersalis a solo Christo rege & capite suo dependens, externa tamen communem quidem salutis regulam, fidem in Christum profitetur: sed quum nec eadem ratione id fiat, nec sub vno & eodem regimine, igitur fit, vt ecclesia Christiana vnam aliquam societatem, sub vno regimine externo, haud constituat, sed quemadmodum societas humana non vnam aliquam vniuersalem rempublicam constituit, verum in plures independentes sit diuisa: ita etiam ecclesia Christiana in plures ecclesias atque diuersas abiit.

§. VI.

Eccles. cathol. & heret.

Itaque quum a pura & simplici salutis formula in S. scripturæ canone reuelata quædam ecclesiæ recederent, prima diuisio orta fuit, in ecclesiam *catholicam* & apostolicam, quæ fidem catholicam ab Apostolis traditam iuxta S. Scripturæ canonem retineret, & defenderet, & in *hæreticam*, & heterodoxam vel schismaticam, quæ formulam fidei catholicæ mutaret, minuendo vel augendo, vel perperam interpretando. Quo pertinent leges atque ca-

canones titulorum *de S. Trinitate & fide catholica. de haereticis &c.* (a)

(a) Haereticis pœnas capitales a republica Christiana mille & amplius annis nunquam impositas. Edmund. Richerius *histor. concilior. general. c. X, 22.* Spener. *resp. de iure reform.*

§. VII.

Orient. & occident.

Etsi porro ecclesia catholica & orthodoxa vnam fidei formulam & confessionem amplectitur, quia tamen cum republica arcte vnita est, itaque *pro ratione rerumpublicarum*, cum quibus ea per partes sui coaluit, & ipsa diuisa est. Quare quum Imperium Romanum in orientem & occidentem diuideretur, etiam ecclesia in *orientalem* & *occidentalem* est distincta, atque orientalis etiam *Graeca*, occidentalis *Latina* appellata.

§. IIX.

Episcopalis & metropol.

Ad eandem rationem ecclesia, etiam sub vno summo regimine constituta, in plures subordinatas sibi inuicem fuit diuisa, prout respublica ipsa in prouincias, ciuitates aliasque partes sui. Itaque quum ante Constantinum M. & priusquam ecclesia cum Imperio Romano in vnum corpus coiret, hoc in *prouincias* esset distributum, & quaelibet prouincia in ciuitates, inter quas, quae sedem praesidis ac tribunal teneret, *metropolis* dicta: igitur ad eundem

dem modum etiam ecclesia gubernata. Hinc regulariter in qualibet ciuitate, vbi ecclesia Christo collecta erat, episcopus constitutus *Tit. 1, 5. 7.* Concil. Nic. *c. 8.* Concil. Sardic. *c. 6.* Concil. Tolet. XII. *c. 4.* Zachariæ pap. epist. *ad Bonifac. l. 36 C. de episc.* (a) Atque in metropoli, *metropolitanus* dictus, & inspectionem in reliquos habuit. Quæ regula etiam in concilio Niceno Reg. can. IV stabilita: τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ Μητροπολίτῃ. *Confirmatio eorum, quæ in quaque prouincia geruntur, tribuatur metropolitano.*

(a) Episcopatus. Episcopatum. *Baluz. l. 3. miscell. pag. 5.* Episcopium. Ecclesia cathedralis.

§. IX.

Obseruandum autem est, ante Constantinum M. hanc regulam siue ex necessitate temporum & persecutionem, siue ad exemplum dispositionis ciuilis singularis, interdum defecisse, & vnum metropolitanum duarum aut trium prouinciarum ecclesias rexisse. Ita *episcopus Romanus* & ecclesiam vrbis Romæ non ecclesiis suburbicariis rexit, & ecclesias in Italia, quæ ab Augusto in XI regiones partita, ab Hadriano in IV administrationes consularium. Ad eum modum etiam *Alexandrinus, episco-* Exc.

ſcopus non tantum eccleſiis in *Ægypto*, ſed etiam duabus proximis prouinciis, *Lybiæ* & *Pentapoli*, præſidebat, vt metropolitanus. Quæ exceptio a ſuperiori regula ab eodem concilio *can. VI* nobili illo, fuit confirmata.

§. X.

Primates

Imperante vero Conſtantino M. ſicuti facies Imperii fuit immutata, ita etiam quanquam non eadem prorſus ratione, adminiſtratio eccleſiæ. Imperium in orientale & occidentale erat diuiſum: vtrumque partitus eſt Conſtantinus in IV præfecturas ſiue tractus, regna, vicariatus, quorum cuilibet præfectus prætorio præerat: huic ſubiectæ certæ diœceſes: (ducatus) vni diœceſi certæ prouinciæ (comitatus) aſſignatæ. Pariter in eccleſiaſtica adminiſtratione *prouinciæ* (comitatus) *metropolitanis* (prouincialibus) manſere, ſed eccleſiæ plurium prouinciarum ad eandem diœceſin pertinentium primo metropolitanorum, h. e. epiſcopo *metropolis diœceſanæ* ſubiectæ. Inde origo *primatum, archiepiſcoporum. Concil.Chalced.c.9. & 16 cau. 11 qu. 1 c. ſi clericus cau. 16 q. 3 c. per ſingulas.* (a) Tandem & *patriarchatus* erecti, quorum cuique certæ diœceſes & primates ſubordinati *Nouell.* CXXIII *c. III & XXII.Concil.Conſtantinopolit.in Trullo,*

Patriarchatus

lo, c. 36. & 38. quorum primus patriarchatus Romanus; propter vrbis prærogatiuam: (*b*) alter Constantinopolitanus: tertius Alexandrinus: quartus Antiochenus: quibus tandem Hierosolymitanus accessit. (*c*) In quos denique *Romanus* supremam potestatem, velut summum ecclesiæ vniuersæ caput affectauit, *dist. 21. c. 3.* Lipstorp. *de monarch. ecclesiast. c. XXII.* (*d*) Sed nec titulo iusto, nec quietam possessionem vnquam obtinuit. (*e*) Papa.

(*a*) Io. Morinus *de patriarcharum & primatum origine, Parisiis,* 1626. Archiepiscopus itaque est primus metropolitanorum eiusdem diœceseos. VValafrid. Strabo *de reb. eccles. c. 31. Archiepiscopos, qui ipsis metropolitanis præeminent, regibus conferamus, metropolitanos ducibus comparemus, quia sicut duces singularum sunt prouinciarum, ita & illi in singulis prouinciis singuli ponuntur. Quod comites & præfecti in seculo, hoc episcopi in ecclesia explent.* Metropolitanæ ecclesiæ temporibus Carolinis in Gallia quatuor: Turonensis, Senonensis, Remorum, Rotomagi. *S. Lupus epist. 81*

(*a*) S. Lupus *epist. 84.* & *ibi Steph. Baluzius pag. 423. & 530.*

(*c*) Patriarcha Assyriorum anno 1562. constitutus a papa, contra protestatus rex Lusitanus. Vid. *Petr. Suauis hist. conc. Trid. pag. 643.* Pallauic. *13, 4. & 18, 9.* Biblioth. patr. *tom. 4. fin.* epistola populi Nestoriani ex Mozal. in vicinia Niniue pro confirmando patriarcha.

(*d*) De triplici corona papæ à gentilismo *Iosephus lib. 3. c. XI.* Chifflet. *Vind. Hisp. c. 13.*

(*e*)

(c) Vid. *Petr. Suauis hist. concil. Trid. pag. 738. & 747.* Baluz. *ad Vincent. Lirinensem pag. 323,* ad Lupum *pag. 351.* Königshouen *chron. pag. 193.*

§. XI.

Parochiæ. Episcopalis ecclesia & ipsa alias sub se habet, quæ parochiæ vocantur: vel parœciæ, *t. t. x. de parœciis & alienis parœcianis,* (a) item ecclesiæ curatæ, *cap. 2. Clement.* de *sepult.* dicuntur etiam *tituli*, quod presbyteris suis nomen darent, vnde presbyteri titulares, *dist. 80. c. 3. & cap. fin. x. de offic. archipresbyt.* Besold. *thes. pract. voc. Kirchspiel: Kirchgang. Kirchgicht.* (b)

(a) Sed veteri iure ipsa diœcesis episcopalis dicta *parochia.* Baluz. *ad Lupum pag. 458. & 464.*

(b) Titulus (1) munus ad certum locum restrictum, *dist. 80. c. 3.* (2) reditus, *1. F. 6.* Hist. concil. Trid. *Petr. Suauis l. 6. p. 550. & 559.* Titulari, i. e. acquiri ab ecclesia. *Gregor. M. l. 1. ep. 63.* Pithœi *gloss. ad capitul. Franc.*

§. XII.

Mater. Filia. Sicuti autem *tituli* nomen, ita etiam illud & parochiis & maioribus ecclesiis commune est, vt *duæ ab vno* administrentur episcopo aut presbytero regulariter, *vnione* quippe perpetua sibi iunctæ, vt vna *mater*, altera *filia* appellentur, *cau. 16. q. 1. c. & temporis c. quia monast. 2 x. de relig. dom. c. sicut vnione 8. x. de excess. prælat. c. ad audientiam 3 x. de eccles. ædif.* Inter maiores ecclesias siue episcopatus mater siue ma-

Greg. M. l. epist. 8.

matrix etiam appellatur *cathedralis ecclesia* a cathedra & sede episcopali, propria doctorum ecclesiæ voce *Matth. XXIII, 2, 6 Luc. XI, 43. Act. XVIII, 11.* (*a*) Filia vero *incathedrata*, h. e. cathedrali incorporata, vel *collegiata*, h. e. in qua solum collegium canonicorum siue capitulum sine residentia episcopi est, *Niederstiffi*. In minoribus & parochiis mater nobis est *Hauptkirche*, filia similiter *Filial-Kirche*, & differt *eingepfarrte Gemeinde*. Ad matrem enim constituendam duo requiruntur, *pastor* peculiaris vel plures ministri ecclesiæ, & *ædes* sacræ pariter & parochiales eodem in loco in quibus præsentes sedeant: vbi igitur alterutrum, nempe residentia pastoris proprii deficit, *ædes* tamen sacræ adsunt, in quibus matris presbyter administrat, ea ecclesia *filialis* dicitur. Denique vbi neutrum adest, nec pastor proprius, nec ædes sacræ, sed in alterius loci ædibus sacris cultus diuinus exercetur, ea communitas vocatur simpliciter *parochianorum, Eingepfarrten*. Conf. Fr. Duaren. *l. V. de S. minister. eccles. c. 6.* Sleuogt. *de vnion. eccles.* (*b*)

Infra n. 14. 9.

(*a*) Senior ecclesia *Baluz. l. 3. miscell. p. 10. 31.*

(*b*) De ecclesiis domesticis & sacerdotibus domesticis vide *Steph. Baluzium ad Agobardum pag. 63.*

§. XIII.

§. XIII.

III. Pars de part. int. Ius personarum & rerum eccles.

Vlterius ecclesia nullam paritur partitionum in partes homogeneas aut species subordinatas sibi inuicem, sed resolui potest in partes integrales diuersi generis, ex natura societatis generica, secundum quam partim ex *personis* constat, partim ex *rebus*: & illae vel *gubernant* ecclesiam vel *parent*, hi vocantur *laici* & *parochiani*. Inter regentes iterum differentia est, infimum genus eorum est, qui ecclesias parochianas procurant, quorum ius in potestate clauium, administratione sacramentorum omnisque liturgiae, & praedicatione verbi diuini consistit: & *cura animarum* appellatur & *potestas ordinis*, quia ordini siue sacerdotio ab ecclesia peculiariter est assignata: itemque *iurisdictio interior* & *spiritualis*. Hi subiecti sunt cum suis paroeciis ecclesiae episcopali: quam episcopus cum presbyterio siue *capitulo* suo regit, & cui praeter ius parochiale seu pastorale etiam *iurisdictio* competit, h. e. potestas visitandi, synodos habendi, controuersias & caussas ecclesiasticas cognoscendi & diiudicandi, & personas resque sacras ordinandi. Appellari solet *potestas* siue lex *iurisdictionis* & *dioecesana*, *c. 18. x. de off. iud. ord.* quia non singularum paroeciarum rectoribus, sed his, quibus tota dioe-

personae parentes regentes

in eccles. paroch.

episcopali.

diœcesis episcopalis fuit commissa, ab ecclesia concessa fuit. (*a*) Harum episcopalium ecclesiarum ratio ad singulas ciuitates ex canonibus fuerat restricta. Verum quum per Germaniam istud non obseruaretur, sed episcopatus vnus plures ciuitates contineret, sed & præterea in vnum hominem plura beneficia conferrentur, grauati sunt ea de re status Germaniæ. Vid. *Horiled. l. 1. de C.B.G. c.37.n.154.* Pet.Suau. *H.C.Trid. pag. 277. & 567.* Pallauic. *l. IX. c. IX.* atque amplitudinem ecclesiarum coercuerunt, & mutato nomine, *superintenturas* atque *inspectiones* instituerunt, & has porro in *decanatus* & *adiunctturas* diuiserunt, ita tamen vt iurisdictio episcopalis non tam penes superintendentem, quam penes consistorium esset.

(*a*) De episcopalis iurisdictionis origine & incrementis vide *Petri Suauis histor. concil. Trid. lib. 4. pag 365.* & contra *Pallauic. l. 12. c. 3.*

§. XIV.

Episcoporum porro potestas subordinata est primo prouinciæ episcopo, h. e. *metropolitano*, penes quem potestas ordinandi episcopos suæ prouinciæ, eosque visitandi, conuocandi ad synodos prouinciales, & caussas eorum diiudicandi. Ipsa porro metropolitana potestas submissa Metropo-

fuit

fuit ecclesiæ totius *diæceseos*, cuius rector *primas* vel archiepiscopus, *supra* §. *X*, & sic tandem primatum potestas suspicit potestatem omnium ecclesiarum totius alicuius nationis, atque iudicium *concilii*, quod *nationale* vocatur, quibusque ecclesiis vnus *patriarcha* præfectus fuit. Patriarchæ denique potestas vniuersæ ecclesiæ a reliquis patriarchis gubernatæ, atque a *conciliis*, quæ eam repræsentant, *œcumenicis* dependet.

§. XV.

IV. Pars de effect. potestas ecclesiæ propria.

De potestate igitur ecclesiæ quando quæritur, conueniens est, vt non de aliqua eius tamen parte, veluti de Romana aut Germanica, intelligatur, sed de tota, ad nullum certum locum alligata, per vniuersum tamen orbem terræ dilatata: quæ vero vniuersalis potestas ἐν ϑέσει æqualiter omnibus per participationem competit in qualibet natione atque republica independente: nec prærogatiuam docere potest aut Italia, aut Thracia præ Germania, Gallia aut Anglia, aliisve nationibus. Vid. *dist.* 93. *c. legimus* 24. Ibi: *nec altera Romanæ vrbis ecclesia, altera totius orbis existimanda est &c.* Neque igitur principis, neque cleri, neque populi solius, sed omnium simul, siue toti ecclesiæ propria est potestas sacra. Etsi enim summum circa sacra ius

ius pro diuersitate reipublicæ penes solum principem, aut solum senatum, aut solum populum, aut ex his mixtim residet: id tamen verum est de his, quæ extra ecclesiam communitates cernuntur: ceterum quum religio Christiana ex reuelatione SS. Scripturarum vnice dependeat, consequens est, vt & personæ, & res ad eam spectantes, non arbitrio principis aut ciuili, sed normæ diuinæ per naturam suam subiaceant. Quare sic habendum: ecclesia vnita reipublicæ non aufert summæ reipublicæ potestati partem τὸ κυρίε circa sacra, sed temperat: eadem ratione reipublicæ potestas vnitæ sibi ecclesiæ libertatem non tollit, sed moderatur. Conf. *Herb. Thorndic. orig. eccl. c. 31.* H. Grot. *de pot. circa sacra.*

§. XVI.

Porro quum potestas ecclesiæ ab omnibus & singulis commode & absque confusione administrari simul non possit, quin ἡ εὐσχημοσύνη, καὶ ἡ τάξις offendatur: igitur placuit, vt potestas ea per hos exerceatur, quos DEVS & ecclesia ad id deputauit, inter quos primas capit *summa reipublicæ potestas*, cui iure diuino *Rom. XIII, 1.* & humano *ius circa sacra*, h. e. personas & res, competit, sed vt dixi, vt vnionis cum ecclesia, temperatum. Dehinc certus *ordo*, qui ob id *clericorum* dicitur, & eius ius, Clericis commissa & quæ.

potestas ordinis, ad id constitutus, vt S. Scripturam & ius diuinum recte interpretetur, euangelium doceat, sacramenta administret, & liturgiam omnem exerceat: inter quos praeterea quidam habent *iurisdictionem* in ceteros, quod *ius episcopale* & *potestatem diœcesanam* appellant. Denique ad certos actus approbandos etiam *populus*, vel omnis, vel certi ab eo deputati concurrunt, quales erant apud veteres *presbyteri laici*. Atque hoc regulariter: ceterum in necessitatis casu, etiam in singulis potestas ecclesiae pro re nata sese exserit. (*a*)

1. 20, 2. 1. 1, 7. 1. 4, 13. 2. 3, 2.

(*a*) Hierarchiae vox improbata Germanis. *Petri Suauis hist. conc. Trid. pag. 831.*

TIT. IV.

De

SYNODIS. (a)

§. I.

Dist. 15. sqq. Nou. 131. Lanc. I. 3. Consessus ecclesiae.

VNiuersa ecclesiastica potestas cernitur partim in conciliis & *synodis*, partim *senatu ecclesiastico*, partim in *consistorio* & iudiciis ecclesiasticis. Synodi sunt conuentus, qui per temporum interualla tantum celebrantur: ceteri vero consessus sunt perpetui. In his caussae quotidie emergentes tractantur: in illis res maioris mo-

(*a*)

(*a*) Connexio. Supra de forma poteſtatis eccleſiaſticæ in actu primo; heic in ſecundo exercito. Vel ibi in genere: heic in ſpecie de poteſtate eccleſiaſtica in ſynodis: in iudiciis, *titulo ſequenti*, & in viſitationibus, *titulo VI.*

§. II.

Synodi variant ſecundum eccleſiarum diuiſionem. Etſi vero nullum vnquam concilium extitit, ad quod omnium eccleſiarum per totum mundum conuenerint legati: quemadmodum tamen Imperium Romanum vniuerſale eſt, perque τὴν οἰκουμένην extendi πανχυλῶς dicitur, ita etiam concilia illa vocantur vniuerſalia, *œcumenica* & generalia, quibus omnium eccleſiarum in *Imperio Romano* exiſtentium epiſcopi aut nuncii intereſſe iubentur. Quorum primum fuit concilium *Nicenum*, A.C. 325. a Conſtantino M. conuocatum (*a*) Alterum *Conſtantinopolitanum* A. C. 381. a Theodoſio M. Tertium *Ephesinum* A. C. 431. a Theodoſio iuniore. Quartum *Chalcedonenſe* a Martiano Imperatore A.C. 451. Hæc ab omnibus in oriente & occidente recepta ſunt. *Nouell. 131 c. 1. Diſt. 15 c. 1.* His addunt *eccleſiæ orientales* quintum *Conſtantinopolitanum* II. A. C. 553 à Iuſtiniano celebratum. (*b*) Sextum, *Conſtantinopolitanum* III a Conſtantino V A. C. 680 conuocatum, ſed poſtea a Iuſtiniano II Concil. vniuerſ. 1. 3, 8. oecumen.

Imperatore A. C. 692. repetitum vocatur Trullensis siue in Trullo acta synodus. Est autem *Trullus* secretarium palatii Constantinopolitani. Itemque πενθέκτη, *quinisexta* dicitur, quia quod quintæ A. C. 553. & sextæ a Constantino Pogonato Imperatore A.C.680.cœptæ, deerat, hæc suppleuit. Septimum *Nicenum* II. a Constantino III. & Irene matre contra iconoclastas habitum A. C. 787. Quod tamen a concilio ecclesiarum occidentalium a Carolo M. A. C. 794. *Francofurti* celebrato reiectum fuit, & verus imaginum vsus stabilitus. (*c*) Octauum denique *Constantinopolitanum* A. C. 869. a Basilio Imperatore habitum. (*d*) Ecclesia vero *Romana* generalibus conciliis annumerat Lateranensia & Lugdunensia quædam, Viennense item, Florentinum & Tridentinum: quæ tamen partim abusus & falsa dogmata, partim tyrannidem pontificiam statuminant: vnde quædam nec olim a Germanis recepta, quædam expresse improbata, a reformatis vero ecclesiis cuncta reiecta, quibusque *Constantiense* A. C. 1415. & *Basileense* præsertim A. C. 1431. per quindecim annos tractum, videntur præferenda. (*e*)

L. E. G. 2. 10. 1.

(*a*) Alphonsus Pisanus *in concilium Nicenum, Coloniæ, 1581.*

(*b*) Vid. *Caranza.* Caue *pag. 1 2 2.* de tribus ca-

capitulis. Io. Garnerius *diff. IV. ad Theodoretum.* Acta eruditorum 1685. *pag. 55.*

(*c*) Vnde non male Sirmondus id negauit œcumenicum. Cui tamen se opposuit P. Aurelius in *orthodox. p. 2. c. 6. pag 603.*

(*d*) Vid. Caue in chartoph. *pag. 174.* Edmundi Richerii *hist. conc. gen.*

(*e*) Florentinum recipiunt Itali & Hispani: Basiliense Galli & Germani. Vid. *hist. conc. Trid. P. Suauis l. 6. pag. 636, 738, 750.* Scriptores conciliorum praeter Caranzam, & Franciscum a Coriolano, recenset Bosius *de scriptor. ecclesiast. pag. 63.* Tomi conciliorum editi a Merlino, *Parisiis* 1535. Crabbe, *Mechlin. 1538, 1551.* Ioverio, *Paris. 1555.* Surio, *Coloniae, 1567. 1627.* Dominico Nicolino, *Venetiis 1585.* Sen. Binio, *1695.* Romae concilia generalia *1680. fol.* Regia *Paris. 1644.* a Chr. Lupo II. *volum. cum comment. 1666.* Labbaeo, *Parisiis, 1672.* edita. Noua collectio conciliorum edita est a Stephano Baluzio *Parisiis 1683.* Addatur idem de synodo Liptinensi ad Lupum p. 416. ac Ioannes Ludouicus Hartmann ad Ruhelium de conciliis. Noribergae 1565.

§. III.

Ius conuocandi concilii generalis & praesidendi (*a*) cui competat, facile ex natura rei apparet: quia enim ex singulis ecclesiis totius Imperii episcopi & alii conuocantur, consequens est, vt summa potestas Imperialis ius hoc habeat. Id quod etiam vsus Imperatorum Romanorum, Francicorum, & Germanorum approbauit? vt patet ex actis conciliorum oecumenico- Ius conuoc.

rum: concilii item Francofurtensis, Basileensis & aliorum. Vid. edictum Constantini apud *Socrat. lib. 1. c. 34.* Directorium denique inter episcopos *primus patriarcharum* obtinet.

(*a*) Praesideri solet per seipsum, per legatos aut commissarios, per senatum, qui & iudices vocantur. Richter. *de conc. gen.* vbi de pluribus praesidibus. Baluz. *miscell. 3. pag. 274.* Pet. Suauis *l. 2. p. 147.* Directorium dupliciter dicitur, primo indicentis potestas: vt Imperatoris, regis: deinde supremi primiue episcopi.

§. IV.

National. Nationale concilium est, quod non ex vniuerso Imperio Romano & omnibus simul nationibus, sed ex vnius nationis ecclesiis congregatur. Quae & ipsa suo modo sunt vniuersalia: & ita vocatur concilium Mileuitanum, quod in Africa A. C. 416, imperantibus Arcadio & Honorio contra Pelagium fuit congregatum. Potestatem haec talia congregandi & ipse princeps obtinet. *Concil. Matiscon. II c. 20.* Conf. *concil. Tolet. IV c. 3.* Directorium inter episcopos habet *primas* nationis, in cuius ciuitate etiam celebrari solet.

§. V.

Prouinc. siue metropol. Concilium *prouinciale* est, quod ab episcopis vnius prouinciae dirigente metropolitano, *cap. sicut olim 25 x. de accus.* de caus-

caussis cuique prouinciæ eiusve ecclesiæ propriis habetur, & *speciale* appellatur. *Conc. IV. c. 3.* Conc. Mileu. *c. 9.* *Perfectum* in Antiocheno concilio *can. 16. d. 92. c si quis episc.* (a) Tale bis in anno debebat haberi per *can. 5. concil. Nicen. can. 11 q. 3 c. seruetur. dist. 18 c. habeatur.* Nouell. *123 c. 10.* Capitul. Carol. *l. 1, c. 13.* Denique sunt *synodi* priuatæ, diœcesanæ, episcoporum, ad quas presbyteri vnius ecclesiæ episcopalis congregantur. *Concil. Antisiodor. c. 7.* Centur. Magdeburg. *4, c. 7. p. 500.* *Visitationibus* ecclesiasticis suffectæ auctore Innocentio IV *c. 1 pr. de censib. in 6.* Sed rectius vtrumque obseruatur. (*b*) L. E. G. 7. 8. 6.

(*a*) Perfectum, respectu episcopalis. Vid. *Baluz. ad Agobard. pag. 100.* De horum auctoritate *Baluz. ad Agobard. pag. 51.* ad Lupum *pag. 421.* Synodus *prouincialis Moguntina 1549.* conuocatis suffraganeis.

(*b*) Synodus diœcesana Erasmi episcopi Argentinensis, 1566. Statuta & decreta synodi diœcesanæ Coloniensis, 1599.

§. VI.

Ceterum vti ius conuocandi concilia generalia est penes summam reipublicæ potestatem, ita speciale hoc est & libertatis tam ecclesiæ quam reipublicæ Germanicæ, & vtriusque vnionis proprium, vt ius *deliberandi* & *decernendi* ac *promulgandi* confirmandive, *Baluz. ad Agob. p. 29.* Assessores & materia.

29. non penes solos episcopos sit, sed penes ordines ac status vtrosque & sacros & laicos, siue ciuiles, iam tum ab origine regni Germanorum & Teutonici sanguinis nationum. Receperunt enim sese mutuo in societatem caussarum ad ciuilem pariter & ecclesiasticum statum spectantium, vtriusque generis ordines, & vtrumque caussarum genus in iisdem conuentibus tra-

L. E. G. ctarunt. Vid. *concil. Arausicanum, Chalced.*
2. 11. fin. *act. 1. Mogunt. Toletana. Francofurt. Aquisgranense*, *&* *multa alia*. Petr. de Marca. *l. VI. de concord. sacerd. & Imp. c. XIV, 6. & c. XXV.* St. Baluz. ad Agob. *p. 95.* I. Goth. *ad t. C. Th. de his qui super relig. cont. 16, 3.* Vnde factum, vt hi conuentus etiam *curiæ* vocabulo, h. e. comitiorum venerint, vt constat ex concilio Papiensi A. 1160. a Friderico I. Imperatore habito. (*a*) Quo more superiori seculo Imperator & ordinis vtriusque religionis in colloquiis de religione institutis, & in pace religiosa componenda vsi fuerunt, atque etiamnum ecclesiæ euangelicæ vtuntur. (*b*)

(*a*) Hinc orta illa consuetudo diiudicandi caussas ecclesiasticas a populo aut assessoribus, laicis etiam: quam irrationabilem pronunciat Innocentius III, quia nouo iuri canonico non conformis, *c. 3. X. de consuet.* Conf. *ius Sax. prou. l. 1. art. 2.* die schöppenbare leute besuchen des Bischous sent. Vid. *Steph. Baluz. append. ad Kapit. c. 158.*

c. 158. Caussas etiam fidei coram populo tractandas vrget Ambrosius, prouocans Augentium ad disputationem. Vid. Iac. Gothofredum *ad l. 1. C. Theod. de his, qui sup. relig. contend. t. 3 p. 99.* Excepta tamen fuerunt dogmata ἀπόῤῥητα *ad l. 2. eod.*

(b) Steph. Baluzius *app. ad Saluianum pag. 445* Petrus Suauis *conc. Trid. pag. 125, 132, 135.* Durandus, Mimatensis episcopus, *de modo generalis concilii celebrandi, Parisiis 1671.*

TIT. V.

De

IVDICIIS ECCLESIASTICIS ET FORO COMPETENTE.

r. C. 4. 1. a. 29, 31, 32. & l. 2. 1. 2. sq. Lancell. 3. & 4. Diff. §. 19. sqq.

§. I.

Iudicia ordin. & perpetua. Obiect. 1.

CAussæ ecclesiarum publicæ in synodis vel extra ordinem vel statis temporibus indictis, priuatæ in iudiciis & conuentibus ordinariis atque perpetuis ventilantur: appellantur hæc iure Romano episcopalis audientia, *Cod. de episcop. audient.* episcopale iudicium, *tit. eod.* Moribus vero CONSISTORIA & iudicia ECCLESIASTICA, Carpz. *3. def. eccl. 14. pr.* Hortled. *l. 1. de C. B. G. c. 37. n. 416. sqq.* Kirchengericht.

§. II.

2. in caussis publ. & priu.

Porro quum caussæ etiam publicum ecclesiæ statum concernentes sæpe celeris sint expeditionis, vt conuocationem synodorum expectare non possint, idcirco etiam istæ in consistoriis, saltem præliminariter, tractantur.

§. III.

Senat. eccl. & consist. separantur.

Atque vt vtrumque caussarum genus eo melius expediatur, solent consistoriis caussæ priuatorum & iudiciariæ relinqui: publicæ vero & ad legislationem atque consultationem pertinentes, SENATVI ECCLESIASTICO debent vindicari. Carpz. *1. def. eccl. 11, 12.* Sprenger. *perspicill. p. 26, 33, 247.*

§. IV.

Effic. princip. Ius. const.

Ius constituendi consistorium & senatum ecclesiasticum non tantum princeps habet iure maiestatis. *Concil. Mileuit. c. 19.* Gratian. *cau. 11. q. 1. c. placuit.* sed etiam quiuis status Imperii iure superioritatis territorialis, per pacem religiosam: quâ *ius episcopale* aut consistorii a *iure territorii* neutiquam separandum.

§. V.

Instrum. Personæ duplices.

Personæ, quæ vt senatores aut iudices adsident, diuini & humani iuris, imprimis vero

vero ecclesiastici debent esse periti: quippe ex quo caussae heic tractandae veniunt. Hinc optimum institutum, vt assessores siue consiliarii partim theologi partim politici constituantur. In senatu seu consistorio sacro Constantinopolitano praeter archiepiscopum, assidebant magnus oeconomus, magnus sacellarius, magnus vtensilium custos: chartophylax, curator sacelli, & defensor primus. *Codinus Curopalates de officiis palatinis pag. 4.* Hortled. *d. l. 1 c. 37 n. 416.* Brunnem. *l. 3 c. 1, 5.* (*a*)

(*a*) Archicapellanus, dignitas palatina summa, superior metropolitana, etiam in synodis. Vid. Baluz. *ad Lupum pag. 443. 463.* Summus apocrisarius, responsalis. Vid. *infra tit. X §. 7.*

§. VI.

Caussae quae ad forum ecclesiasticum pertineant, ex norma & obiecto diiudicatur. Vnde regula I. Omnes caussae, quae ex iure diuino & ecclesiastico sunt decidendae, ad forum ecclesiasticum pertinent. II. Quaecunque circa personas & res ecclesiasticas, qua tales, aut quatenus saltem a iurisdictione ciuili exemtae sunt, *infra §. 11.* oriuntur controuersiae, ad forum ecclesiasticum spectant. *Nouell. 83. Nou. 123, 21.* Harmenopolus *l. 1 promtuar. t. 2 §. 3. Sciendum iudiciorum differentias duas esse,*

Materia, caussae quae L. E. G. 2, 10, 11

Quod-

Quoddam enim legibus regitur, quoddam canonibus: est & tertium genus, quod ex vtrisque & legibus & canonibus constatur. Conf. Goldast. *t. 1. constit. Ludou. Bau. de A. C. 1343.* (a)

(a) De *L. E. G. 4. 2 28.* Io. Gerbais, doctor Sorbonicus, *de caussis maioribus*, *1679* De antiquis & maioribus episcoporum caussis contra Dauidium de iudiciis canonicis episcoporum, *Leodii, 1678.*

§. VII.

Vsurar. C. 10, 1. Regino. 1. 211. sqq. & 284. sqq.

Ita mixti generis sunt caussæ vsurariæ prauitatis. *Concil. Elibert. c. 20.* Gratian. *dist. 47.* Recess. Imp. *de anno 1548.* Carpzou. *l. 3. def. eccl. 2. n. 17.* Arth. Duck. *de A. I. C. R. 1. 7, 12. & l. 2. c. VIII p. 3 §. 26* Ziegler. *ad Lancell. 3 1, 3.*

§. IIX.

Iurisiur.

Relaxatio iuramentorum iure diuino Hebræorum immediate diuini iuris ac potestatis fuit, *arg. 1 Reg. VIII, 31.* vbi relaxatio iurisiurandi in caussa iniusta præstiti immediate a Deo impetrari petitur: alias iusiurandum tenet, licet dolo obtentum *2 Sam. XXI, 1, 2.* Iure canonico ad iudicium ecclesiasticum spectat. Vid. *causs. 22.* & imprimis *q. 4 can. si quis c. venerabilem fin. x. de elect. Gl. in cap. ex tenore de for. comp.* Per ordinationem imperii tamen etiam ad iu-

iudicium ciuile. *Gail, l. obs. 25.* Constit. elect. *p. 2 c. 36.* Carpzov. *l. 3. def. eccl. 2, 22.*

§. IX.

Caussæ sagarum & sortilegiorum eiusdem generis sunt. *Concil. Ancyr. c. 24.* Carthag. IV *c. 89 cau. 26 q. 5 c. auguriis.* Concil. Constantinopol. *in Trullo can. 61.* Agobard. *lib. de grand. c. 15 & ibi Steph. Baluz. p. 69.* (a) Lehm. *chron. Spir. l. 2 c. 28 p. 115.* Goldast. *Bedencken von Zaubern. §. 40. p. 104.* Leib. *consil. Coburg. p. 23.* Pact. cum diab.

(a) Canonicum sagis datum pro conseruandis frugibus.

§. X.

Caussæ quoque ciuiles miserabilium personarum, pupillorum, viduarum, pauperum, oppressorum, ecclesiasticæ cognitioni vindicari possunt. *Concil. Matiscon. II c. XIV.* Concil. Tolet. *IV c. 31. c. ex tenore 11 & 15 x. de for. comp.* Bosquet. *ad Innoc. III lib. 1 epist. 36.* (a) Vnde origo *denunciationis canonicæ* aut euangelicæ. Miserab. person. Denunc. canon.

(a) Immo non tantum harum personarum, sed & omnium caussæ ciuiles, si semel iudicium episcopale electum, per *l. XI c. Th. lib. XVI*, quam recepit Carolus M. *l. 6 capitul. c. 366.*

§. XI.

Caussæ mixtæ igitur ad forum ecclesiasticum pertinent, si *de iure* quæritur: quod Possessor.

si

si vero tantum *de facto*, iudex etiam secularis potest cognoscere, veluti in iudiciis possessoriis Gail. *1. obs. 38.* Carpzou. *l. 1 def. eccl. 138 l. 2 def. 1, 19 l. 3 def. 27, 3.* Sithm. *de iur. episc. c. 13, 91.* Struu. *exerc. IX, 55. & de feud. 16. 4. 4.* Ruland. *de inuoc. brachii secul. c. VII.* Brunnem. *3. 1, 21. Hist. conc. Trid. p. 842.* (a)

(a) Princeps an iudicio ecclesiastico subiectus? Vide Myleri *gamologiam c. 8. §. 8. sequ.*

§. XII.

Iurisdict. consist.

Iurisdictio ecclesiastica alia est *communis* ecclesiastico & ciuili iudicio, quatenus ecclesia est reipublicæ pars, & iurisdictionem a summa potestate dependentem & communicatam habet: alia est *propria* ecclesiæ, qua tali, vt potestas clauium, suspensio a SS. cœna, excommunicatio. Merum Imperium seu *criminalis* iurisdictio, quoad pœnam capitalem aut corporis afflictiuam ecclesiæ non competit, eiusve iudiciis. *Concil. Tolet. XI §. 6. Cau. 23 q. 8. c. his a quib. dom.* Carpzou. *3. def. eccl. 5.* sed cognitio criminis duntaxat ad pœnam ecclesiasticam exsequendam. Ius *exsequendi* in caussa ciuili non nisi per requisitionem iudicis secularis competit, *l. episcopale 8 C. de episc. aud. l. qua de alea 25 eod.* Sozom. *1. H. E. 9.* Carpzou. *3. 13.*

§. XIII.

§. XIII.

A iudicio ecclesiastico inferiori ad superius appellatur, tandemque ad principem. *Concil. Chalced. c. IX.* Arelat. II. *c. 29.* Carth. III. *c. 9, 10.* Carth. IV. *c. 28 sqq.* Antioch. *c. XII.* Mogunt. *c. 22. & 24.* Ad sedem Romanam appellationes ante concilium Sardicense A. C. 347 extra dioecesin Romanam vix probari posse, P. de Marca docet *l. 1 de C. S. & 7. c. X.* Conf. *de L. E. G. 19, 14 & 3, 2, 5 & 6, 7, 8 & 7. 2, 9.* Introductae tamen plenius post assertum ius circa sacra, imo & ius in prima instantia conueniendi quemcunque clericum *cap. fin. x. de for. comp.* imo & laicos, inque caussis ciuilibus. *Cent. grauam. nat. Germ. c. IX.* Cui rei modus impositus in concilio Lateranensi *A. C. 1515 sess. X. in fin.* & Tridentino *sess. 13. Decret. super reformationem.* Nec tamen per id satisfactum grauaminibus Statuum Imperii in comitiis Noricis A. 1522 §. XI. *sqq.* Hist. *C. Trid. pag. 372.* Vnde ius appellandi ad sedem Romanam per pacem religiosam, quantum ad ecclesias euangelicas abrogatum, eaque sanctio per *rec. Imp. 1654* §. *164* extensa. *Vid. & Textor. ad d. recess. d. 2 th. 54 sqq. vbi quaestio de appell. ad cameram.* In electoratu Saxoniae a consistoriis appellatur ad electorem & eius senatum appel- Appell. Diff. §. 18.

la-

lationum. *Ord. elect. eccles. tit. vom Ober-Consist. pr. vers. Es soll aber.* Ibi. *an uns oder unsere Regierung sich zu beruffen.* Transact. *hared. elect. & fratrum ducum Sax. A. 1657. cap. 18. §. 3.* Instruct. *consistor. de A. 1658.* A quo instituto dissentit *Io. Hulsmann. breu. theol. c. XIX, 19.*

Iurisdict. delegata. Vid. Myler. gamol 8. 9. fin.

§. XIV.

Vt iudicia ecclesiastica iurisdictionem exercent ordinariam, *t. t. x. de off. iud. ord. c. cum episc. eod. in 6.* Lancell. *lib. 3. t. 1. §. 10.* adeoque caussae ab ipsis auocari non possunt. Carpzou. *3. def. eccl. 14. pr.* Ita ipsa eandem aliis delegare vel committere ex caussa possunt, qui *commissarii* appellantur, de quibus *t. t. x. de off. & pot. iud. delegati & in 6. eod.* Lancell. *l. 3. t. 1. §. 10. sqq.* Qui etiam *laici* esse possunt. Vid. Socrat. *l. 7. H. E. c. 37. fin.* Et infra diss. §. 20.

Engel. l. can. h. t.

Process.

§. XV.

Ordinem iudiciariam seu procedendi modum iudicia ecclesiastica proprium non habent, sed communem cum iudiciis ciuilibus cuiusque reipublicae. Id tamen agunt, vt *summario* potius, quam ordinario processu vtuntur. Carpzov. *l. 3. def. eccl. 1. & 19.* M. Steph. *de iurisd. 3. 1, 1. n. 21.* Itaque quae in decretalium *lib. 1. & 2.* circa processum iudiciarium tractantur, commu-

munia sunt iudiciis ciuilibus, & ex iure communi sunt transsumta pleraque. Plane differt processus, quo tam in ciuilibus quam ecclesiasticis iudiciis vtimur plurimum a iure Romano: qua de re Fr. Duarenus & alii eruditiores ICti saepe conqueruntur, idque imputant iuri pontificum Romanorum. Sed quem iudiciorum ordinem Innocentius III *c. quoniam 11 de probat.* describit, iam tum ante vsu atque moribus in vtroque foro fuit receptus: multum vero a scholasticis interpretibus, & ab hominibus pragmaticis fuit corruptus. Vid. Giphan. *de ord. iudicior. c. 3.* Denique si quid iuris Romani siue in processualibus, siue etiam in caussarum meritis, vt loquuntur, immutatum fuerit, id omne in iuris ciuilis tractatione simul explicari solet & debet. (a)

(a) Accusatio debet fieri etiam inter clericos per inscriptionem. *Regin. app. 1. c. 21. 24. app. 2. c. 55. sequ.*

De processu in ecclesia Anglicana *vide acta eruditorum 1685. pag. 268.*

§. XVI.

Sunt tamen quaedam, quae ad processum horum iudiciorum faciunt, ex vsu fori Saxonici obseruanda. Et primo quantum ad *citationem*, etsi ob caussarum ecclesiastica- Citat. Diff. 5. th.

 rum

rum naturam etiam *laici* coram iudicio ecclesiastico conueniri possunt, citantur tamen illi *mediate* per iudicem ordinarium secularem, sine tamen clausula: *in subsidium iuris*, iuxta morem ac stylum electoralem Saxonicum, qui approbatus in *resol. grauam. A. 1612 p. 1 §. 6 p. 314 & A. 1661 p. 1 §. 11.* Carpzou. *3 def. eccles. 19.* Similiter & *clerici* per superintendentes citari solent. *Id. def. seq.* Id quod tamen speciale est in electoratu: extra quem citationes immediate emanare solent, & iure possunt, vt demonstrat Franzk. *l. 1. res. 18. n. 16 seqq.* Conf. Brunnem. *iur. eccl. 3. 2, 11.*

§. XVII.

Testim. Diff. §. 57. Brunnem. 3. §. 15. Clerici etsi in caussis secularibus testes sunt, regulariter tamen coram iudicio ecclesiastico testimonium deponunt: nisi iudicium ecclesiasticum *committat* examen iudici seculari, *cau. 14 q. 2 can. 2.* Carpz. *3 def. eccl. 24.* Deponere vero tenentur etiam *iureiurando* praestito, a quo immunes primo facti clerici Constantinopolitanae ecclesiae *l. 25. §. 3 C. de episc.* In concilio Triburiensi Germanico A.C. 895 *c. 21.* Regin. app. c. 34. pro iureiurando obtestatio per S. consecrationem introducta *cau. 2 q. 5 c. 4.* cuius rei auctor Nouatus videtur. Euseb. *l. VI H. E. 43.* nec dum tamen omnis iurisiuran-

ran-

randi præstatio remissa *c. vlt. x. de purg. can.* Postea facultas clericis data iusiurandum per alium præstare, per constitutionem Henrici II. Imperatoris: quæ extat *lib. 2 LL. Longob. t. 48 c. XI.* qua priuilegium clericorum Constantinopolitanorum Marciani Imperatoris ad omnes clericos extensum est. Verum pontifex Romanus hoc priuilegium clericorum non confirmauit, vt patet ex Innocentii III. rescripto *cap. nuper. 51. de test. & attest.* Eoque iure vtimur. Carpz. *2, 16 def. for. 69 & lib. 3. def. eccl. 22 & 23.* Finckelth. *obs. 95.* Zigler. *ad Lancell. 3. 14, 6.* Leib. *resp. Coburg. p. 178. seqq.* De probationum veterum generibus per crucem, campum, aquam & ferrum, & canonica cum sacramentalibus, actum in *exerc. ad π. XXIII, 32.* & manud. *phil. mor. ad Ipr. c. IIX.* (a)

(a) In caussis matrimonialibus parentes, fratres & cognati in testimonio dicendo admittendi. *c. 3. X. qui matrim. accus.*

TIT. VI.

De

VISITATIONE ECCLESIASTICA.

Connex. t. IV 3 x. 39. Lancell. 2. n. §. 7, 8.

§. I.

Finis & forma.

PRæparatoria (*a*) & iudiciorum & ſynodorum eccleſiaſticarum ſunt viſitationes, ad id potiſſimum inſtitutæ, vt in ſtatum cuiusque eccleſiæ atque parochiæ ſpecialem, & non in perſonas tantum, earumque mores, & doctrinam, ſed etiam in rerum eccleſiaſticarum conditionem ex officio inquiratur, omnia iuxta præſcriptas regulas emendentur & conſtituantur, de ambiguis vero ad conſiſtorium eccleſiaſticum referatur, & ab eo vel ſynodo deciſio expectetur. (*b*)

(*a*) Non ſimpliciter & in vniuerſum, quaſi omnibus iudiciis viſitationes debeant præcedere, ſed quatenus extra ordinem neceſſariæ ſunt viſitationes, & cauſſas conſiſtoriis & ſynodis ſuggerunt, ſicuti & ordinoriæ iure veteri atque vtiliter dabantur annuæ viſitationes.

(*b*) Synodus etiam vocata. *Vide Baluzium ad Reginonem pag. 578.*

§. II.

Cauſſa effic.

Ius viſitandi pars eſt poteſtatis circa ſacra & curæ eius, qui dirigit eccleſiaſticam ſo-

societatem, quod iure suo exercuerunt reges ac principes, *4 Reg. XXIII. 2. Paral. XVII, 6 sq.* Ludouicus I. Imperator Goldast. *t. I. constit. Imp.* (a) Otto I. Imperator Lehm. *chr. Spir. l. 5 c. 9.* Apostoli quoque *Act. IX, 32. XV, 35, 36.* Vid. *M. Ant. de Domin. lib. VI. de rep. eccl. c. 5.* Melanchth. *apud Hortled. l. 1 de C. B. G. c. 37 n. 425.* Seckend. *T. F. St. p. 2. c. 15, 3.* Potest tamen & praescriptione ius hoc acquiri. *Bertach. repert. voce:* Visitator. *fin.* & ex conuentione, etiam inter ecclesias, & status diversae religionis.

(a) Lupus *pag. 199 & ibi Baluzius pag. 463.* Legati a latere petiti.

§. III.

Quemadmodum synodi, sic & visitationes inter se variant. Cuilibet episcopo (a) & superintendenti incumbit, sicut ad synodus conuocare pastores suos, ita etiam eosdem visitare, quae vocant *visitatio localis, specialis & dioecesana. Concil. Bracar. II c. 1. Can. 10. q. 1 c. 12.* Bertach. *repert. voce: Visitator. v. 30.* Porto qua ipsi episcopi & superintendentes visitantur per metropolitanum & generalem inspectorem, aut per certos deputatos, est visitatio *generalis* & prouincialis, *c. 1 pr. de censib. in 6.* Vid. St. Baluz. *ad Agob. pag. 41.* Ord. *eccl. Sax. elect. t. 12. von der visitat. c. 1 & vlt.* Species, diuisio a causa eff. & obiecto visitando.

§. 21. Denique qua metropolitani ipsi visitantur per primates & commissarios ecclesiasticos, ea dici poterit *vniuersalis*, qualem Ludouicus I intendit. Atque hae sunt ordinariae: *extra ordinem* quoque & non stato tempore, sed prout res exigit, fit visitatio siue generalis siue particularis. Ceterum sede episcopali vacante capitulum ius visitandi non habet, secundum *Cardin. in Clem. 2 q. 4.* Bertachin. *repert. voce*: Visitator. Ratio: sede vacante nil innouandum *t. t. x. ne sed. vac.* At verius est, quod ius visitandi habeat capitulum sede vacante, quia est pars iurisdictionis, quae ad capitulum tum recedit, *c. his quae c. olim. x. de maior. & obed.* (*b*) Denique visitator extraordinarius ad certum locum missus excludit ordinarium seu generalem *Bertach. ibid.*

(*a*) Vid. *notae Baluz. ad Reginonem pag.* 535.
(*b*) Barbosa. Lud. Engel. *p. 1 l. 1 t. 31 n.* 12. Sed limita: sine innouatione suscipienda.

§. IV.

Modus. Modus visitandi est vel communis, omnibus & semper competens, vel singulis proprius & specialis: qui peculiari instructione pro re nata ad singulas visitationes alia atque alia dari solet. De illo *vid. d. can. 1.* Concil. Bracar. II. *siue cau. 10 q. 1 c. 12.* Ord. eccl. *el. Sax. h. t. 2.* Instruct.

ſtruct. *adminiſtr. elect. A.* 1597 *pag.* 304 & 310. (*a*)

(*a*) Regino *de diſc. eccleſ. l.* 1. *c.* 2. & *l.* 2. *c.* 1. Baluz. not. *pag* 530. De tractoria epiſtola, commiſſionis reſcripto. Idem Baluz. *ad Lupum pag.* 400,

§. V.

Poſtquam itaque princeps vel penes quem eſt ius viſitandi, certis perſonis commiſit viſitationem, vel etiam ordinarius viſitator ſtato tempore viſitationem eſt aggreſſurus, ante omnia citatio vel notificatio ab his fieri debet. *Citandi* ſunt quicunque ſub iurisdictione viſitationem inſtituentis ſunt, ad locum, in quo viſitator examen inſtituit, niſi ad quælibet loca ſingulatim ipſe accedat: veluti paſtores, æditu os, adminiſtratores ærarii eccleſiaſtici, ſeniores populi: iudices item loci. Quod ſi hi ſunt *ſub aliena iurisdictione*, tunc non citatio, ſed *notificatio* facienda, ſi quid habeant contra clerum in cauſſis eccleſiaſticis proponere. Citatio autem fieri ſolet *mediate*: deputati enim ad viſitationem edictum *ein Ausſchreiben* transmittunt, ad ſuperintendentes & præfectus, vt hi tum clericis tum laicis, iudicibus & magiſtratibus, tum etiam patronis viſitationem intiment & ad certum diem in certum locum comparere iubeant. Quæ intima-

Citat.

tio fieri poteſt de ſuggeſtu: commodius tamen per literas patentes ad paſtores, æditnos, ludimoderatores: itemque patronos, iudices, & ſeniores de communitate directas.

§. VI.

Facta propoſitione & publicatione commiſſionis examen inſtituitur tum de doctrina & ſtudiis paſtorum & ludimoderatorum, tum de vita ac moribus & ipſorum & parochianorum, ad certos articulos præſcriptos, quibus & de perſonis & rebus eccleſiaſticis igitur. Si quas controuerſias inter paſtores, patronos, iudices aut parochianos deprehendunt viſitatores, eas cognoſcere debent, & componere, ſi poterunt, & præterea quicquid contra canones & leges eccleſiaſticas a quacunque perſona delinquitur, emendare. *Nouell. 123 c. 10.* Idque adhibitis admonitionum gradibus. *Matth. XVIII, 15.* Clem. *c. 2 §. 1 de ſtat. monach.* Ord. *eccl. Sax. el. h. t. c. 3 §. 1 & 4 &c.* Niſi exceſſus paſtorum ſint a magiſtratu ciuili puniendi, tunc omiſſis gradibus illi ſtatim ad conſiſtorium referendi. Etiam magiſtratum & iudices viſitator de negligentia in exequendo aut de aliis exceſſibus admonet: ſi non emendantur, refert eodem. Parochianorum delicta maiora denunciet magiſtratui ciuili, & rem referat.

§. VII.

§. VII.

Sumtus visitatoribus suppeditandi sunt, qui procurationes vocantur *rubr. x. de cens. exact. & procur.* Tabor. *de metat. p. 1. c. 3, 8. p. 2 c. 4, 1.* & honor cathedræ episcopalis, ad duos solidos, quinque vnciales definitus in *concil. Bracar. 2 c. 2.* & Tolet. *VII c. 3. c. au. 10. q. 3 c. placuit. & c. inter.* Quod tamen mutatum ab Innocentio IV & Gregorio X vt solum in esculentis & posulentis debeat recipi, non in pecunia numerata, *cap. 1 & 2 de censib. in 6.* Sed id vicissim correctum a Bonifacio VIII & concessum, a volentibus pecuniam licite recipere pro sumtibus moderatis faciendis, quoniam obseruatum fuisset, ex priori prohibitione tam personis visitantibus, quam locis & ecclesiis visitatis multa incommodorum dispendia prouenisse, *cap. 3 eod. in 6.* Conf. *ord. eccl. el. Sax. h. t. c. vlt. pr.* & *ref. nou. t.* §. 14.

Sumtus visitat. Auslösung.

Gronou.

§. IIX.

Præstationes istas ecclesiæ solæ faciunt, non item laici, licet simul visitentur, *c. cum instantia 17 §. sane in his x. de censib.* Tabor. *de metat. c. 3, 10.* Ratio: ob regulam, sumtus ecclesiasticos ex ærario & prouentibus ecclesiæ erogandos, nec grauandos parochianos, nisi in subsidium *c. 17 X. de censib.* & *infra. t. 20, 7.*

TIT. VII.

De

EPISCOPIS ET CLERICIS.

§. I.

1. C. 3, 1. x. 1. sqq. dist. 21. sqq. Lancell. 1. 4. c. 21. Diff. §. 16. Ius personarum.

Vidimus ecclesiasticam potestatem vniuersim: consequens est, vt singulatim iura personarum exponamus: quarum aliæ gubernant & curam gerunt, aliæ obediunt & curantur. *Supra t. 3. §. 13.* Vnde duplex personarum genus in ecclesia Christiana qualibet locali reperitur CLERICORVM & LAICORVM. (Clericor.) Etsi vero omnes Christiani clerici sint, κληρωθέντες ἐν Χριστῷ lecti per Christum ad occupandum κλῆρον (a) τῶν ἁγίων siue τὴν κληρονομίαν ac bona spiritualia & æterna. *Ephes. I, 11, 14. Coloss. I, 12.* Vnde etiam ecclesiæ in vniuersum κλῆροι dicuntur *1. Petr. V, 3.* Speciatim tamen illi, qui ad sacra ministeria seu functiones ecclesiasticas obeundas per ordinationem ab ecclesia constituuntur, κατ' ἐξοχὴν CLERICI *dist. 21 c. 1.* h. e. ministri τῶν κλήρων itemque ECCLESIASTICI h. e. ministri ecclesiarum appellantur, Germanis *Geistliche*, quomodo Paulus *ad Galat. vlt. 1.* τοὺς πνευματικοὺς vocat,

quos

quos paulo poſt *v. 6.* τοὺς κατηχοῦντας. Non quaſi ceteri eſſent carnales, ſed pariter κατ' ἐξοχὴν, quoniam ceteris exempla ſanctitatis & ſpiritualitatis præbere debent. Conf. Baluz. *ad Agob. p. 101.* (*b*)

(*a*) κλῆρος, ſors, pars hereditatis ſorte quæſita.

(*b*) Dodvvell. *diſſ.* 1. *ad Cyprianum.* Acta eruditorum 1686. p. 61.

§. II.

Clericorum genera duo in vniuerſum conſtitui poſſunt, *ordinarium* vnum, alterum *extraordinarium*, quod immediate a DEO vocationem accipere ſolet, velut Apoſtoli, Euangeliſtæ & Prophetæ, *1. Cor. XII, 28. c. IV, 3. 2. Cor. X, 8.* (*a*) Ordinarium eorum eſt, qui ab eccleſia vocantur & conſtituuntur: ſuntque duplicis imprimis generis, PRESBYTERI & DIACONI. *Act. VI. c. XIV, 23. c. XV, 2. 22. Tit. 1, 5.* Vid. H. Grot. *de I. S. P. circa ſacra c. X.* Salmaſ. *de primat. pap.* M. A. de Dom. *l. 2. c. 4.* Presbyteros eccleſia appellat, qui eccleſiam paſcunt verbi prædicatione, ſacramentis & clauibus: vnde etiam PASTORES vocantur, itemque ſacerdotes. *Innocent. I. epiſt. 1. c. 3.* Presbyteri

(*a*) Apoſtoli etiam vocantur Lucas & Titus, ſed eccleſiarum *2. Cor. 8, 23. & c. vlt. in fine.* Sic Epaphroditus apoſtolus Philippenſium. *Philipp. 2. 25.*

§. III.

§. III.

Episcopi. Etsi vero presbyteri & episcopi vocabula promiscue in primaeua ecclesia sumta sint, *Act. XX, 17, 28.* Tit. *1, 5 & 7.* dist. *21, c. 1.* Ibi: *vnde & apud veteres iidem & presbyteri & episcopi fuerunt, dist. 93 c. legimus 24.* Salmas. *d. tr. de prim. pap.* Zigler. *ad Lancell. 1, 5 & 21 §. 3.* Quilibet enim presbyter seu pastor respectu *ouium* suarum, quarum *curam* gerit & inspectionem, est episcopus, *Act. XX, 28.* Tamen quum & ordo etiam inter presbyteros sit, & *inspectio* etiam *in ipsos* vni ex ipsis sit credenda, itaque distingui coeperunt & res & vocabula, & EPISCOPVS is dici, qui inspectionem & ius in ceteros habet clericos ipsi subordinatos ab ecclesia. Appellantur etiam speciatim sacerdotes. *Concil. Agath. c. 32* & pontifices, *Innoc. I. epist. I c. 3.* atque papae. *Prosper. Aquit. ad Augustin.* Bosquet. *ad l. 3 Innoc. III epist.* In nostris ecclesiis superintendentes & inspectores, *d. 93 c. 24.* Carpz. *1 def. eccl. 19 & 63 & 71.* Hulsm. *apolog. minister. euangel. §. 64 sqq.* Quanquam magis est, vt, consistoria gaudeant iure episcoporum & iurisdictione, superintendentes solum notione aliqua, particula iuris episcoporum.

§. IV.

§. IV.

Tres igitur ab initio ecclesiæ fuerunt clericorum *ordines*, episcoporum, presbyterorum & diaconorum, *Herb. Thorndic. orig. eccl. c. XX.* Successu vero temporis & quilibet horum in diuersos *gradus* fuit subdiuisus, & alii quoque *minores ordines* adiecti, qui referuntur in *dist. 21 c. 1 dist. 25 c. 1 & c. a subdiacono 5 dist. 93*, de quibus infra. Ordines plures.

§. V.

Episcoporum ordo in tot gradus fuit diuisus, quot genera ecclesiarum antea *tit. 3.* exposuimus. Quorum primus est episcoporum, simpliciter ita vocatorum, & quorum ius & reliquis superioribus competit, non vicissim, *c. 1 dist. 21.* Ibi: *omnes autem superius designati &c.* Papæ & *apostolici* olim omnes appellati. *Duar. de SS. eccl. min. 1, 7.* St. Baluz. *ad Vinc. Lirin. p. 322.* (a) Episcopum vero a presbyteris & inferioribus ordinibus separat munus inspectionis atque *directorii* in collegio presbyterorum, atque iudicio ecclesiastico: quod videlicet vnus ille electus est, qui ceteris præponeretur, idque in schismatis remedium, vt ait *Hieronym. ad Euag. epist. 85 dist. 93 c. 24.* ita vt eorum consilio omnia gereret atque administraret. Cuiusmodi quid est hodie *canonicorum* Episcopus quid?

corum collegium, quod *capitulum* vocant, *senatum ecclesiæ* Hieronymus *cau. 16 q. 1 c. ecclesia 7.* Fr. Duar. *l. 1 de S. eccl. minist. c. 7* *De L. E. Germ. 1. 8. 2.* Atque hoc iure veteri ac primæuo, quo merito ecclesiæ nostræ vtuntur. Sequiori porro instituto factum fuit, vt episcopus quædam iura ante cum presbyterio suo communia sibi soli vindicarit, & ea ipsa prærogatiua a presbyteris distingui voluerit, velut est *ius ordinandi*, ius consecrandi, & alia *can. 1 dist. 25.* Duar. *d. l. fin.*

1, & 2.

(a) Episcoporum ordo an iuris diuini? *Vid. de L. E G. 1. 8, 2.* S. Lupus *epist. 84, & ibi Baluzius pag. 422 & 427.* Beuereg. *cod. can. eccl. lib. 2. c. 5.*

§. VI.

Ius episcopale quid?

Ex immutato sic regimine ecclesiastico, & potestate ecclesiæ, quam superius explicauimus, *tit. III. §. XIII.* imminuta eius libertate, ad vnum translata, ius directorii in collegio transmutatum fuit in speciem iuris monarchici: quod *ius episcopale* (a) vocari cœpit, cuius eædem partes constitutæ, quas antea potestati ecclesiæ assignatas vidimus. Videlicet ius ordinis, diœcesanum, & iurisdictio *c. 18. de off. iud. ord.* cui & quarta pars adiecta, *dignitas* episcopalis, præsertim postquam moribus Francorum & Germanorum episcopi simul

mu status regni & Imperii constituti fuere. Vide *legis Alemannorum inscriptionem.* (a) Hinc quoque contigit, vt *ius ordinandi* clericos & presbyteros, toti olim presbyterio commune, ad solos episcopos deuenerit. Quod ius ecclesiis euangelicis per pacem religiosam ab Imperatore, statibus & episcopis Germaniæ, etiam pontificiis, adeoque a tota ecclesia nationali redditum. *Rec. Imper. Noricus de A. 1522 §. 29.* Rec. *Imp. August. de A. 1525. §. 1. A. 1530 §. 55.* Carpz. *decis. 113.* Hulsm. *breu. theol. c. XIX, 21.* De L. E. Germ. 7. 3, 6. (b)

(a) Non confundendum tamen cum iure summo circa sacra & superioritatis, etsi in eodem subiecto concurrere possint. Vid. Stryck. *ad Brunnem. pag. 275. & 281.*

(b) Tempore Dagoberti. Dissentit Stryck. *d. l. pag. 278. Ius ordinis:* cura ordinis & disciplinæ in ecclesiis, scholis, circa liturgiam & actus sacros.

Lex diœcesana: cura veræ religionis, ius synodorum, constituendorum parochorum, inspectio in personas & res ecclesiasticas, ius sepulturæ.

Iurisdictio: audientia episcopalis. Pœnæ ecclesiasticæ. Absolutio a iuramento. Dispensatio graduum prohibitorum.

Dignitas: prærogatiuæ episcoporum præ ceteris clericis & laicis. Vid. Duarenus *pag. 366.* Tabor. *de metr. p. 2. c. 2, 3.* Sichman. *de iure epis. c. XII. n. 55.* 799

(c) Io. Gerbais, doctor Sorbonicus, *de caussis ma-*

maioribus, ad caput concordatorum de caussis h. e. de iudicio episcopali circa caussas maiores, fidei, disciplinæ, de episcopis ipsis. Anno 1679.

Iudex competens episcopi, non papa, sed concilium prouinciale, per canones ecclesiæ Africanæ, secus per epistolam suppositiciam pontificum veterum. Vid. Baluz. *præfat in hc ine-nem*, & concilium Rhemense in caussa Arnolphi episcopi.

§. VII.

Ius elig. ecclesiæ.

Ius eligendi episcopos antiquo & primæuo iure penes totam est ecclesiam, cum eligitur. Cyprianus epist. 68. *Propter quod plebs, obsequens præceptis Dominicis & DEVM metuens, a peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere: quando ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes vel indignos recusandi. Quod ipsum vidimus de diuina auctoritate descendere, vt sacerdos plebe præsente, sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur.* Concilium Nicenum in epistola synodali, apud Socrat. lib. I c. IX. *Quod si quempiam ecclesiasticorum diem suum obire contigerit, tum in defuncti locum atque honorem prouehantur ii, qui nuper adsciti sunt, modo digni videantur: & populus eos eligat, suffragante nihilominus & plebis iudicium confirmante vrbis Alexan-*

drinæ episcopo. Concil. *Aurel. II. can. VII.* Concil. *Aurel. III. c. 2.* Parif. I. *c. VI.* Aurel. *V. c. III. & IV.* Cabilon. *can. X.* Lex Boiarior. *tit. I. c. XI.* Gregor. M. *l. 1. ep. 56. & 58.* Greg. Turon. *lib. IV. c. 6. & 7. 11. 15.* Gesta Aldrici episc. *apud Baluz. l. 3. miscell. pag. 5.* Petr. de Marca *lib. IIX. c. XIX, 6. 7. 8.* Lehm. *chron. Spir. 2. 41.* Nec obstat *dist. 63. per tot.* (a)

(a) Eliguntur in Germania. Nominantur a rege in Gallia, Hispania, Hungaria & in Italia iure patronatus plurimi. Petrus Suauis *pag. 277.* De electione episcoporum vide deliberationem in concilio Tridentino *pag. 811. 819.* Papa & reges collationes inter se partiti, *ibidem pag. 790.* Vid. Steph. Baluzium *ad Lupum p. 413. 437. 484.* & Genebrardum *de sacrarum electionum iure & necessitate.*

§. IIX.

Successu temporis populus ab electione exclusus & ea a solo clero peracta, nec omni tamen, sed tantum qui collegium canonicorum siue capitulum constituit, *t. t. de elect. & el. pot.* Vid. H. Conring. *de constit. episc. Germ.* §. *LVI.* Id quod instar priuilegii ab Imperatoribus concessum, veluti ab Ottone I. capitulo Herbipolensi, Spangenb. *gen. Henneb. l. 1. c. 22. & l. 2. c. 10.* Quo iure hodieque capitula gaudent, per pacem Osnabrugensem *art. V.* §. *16.* Capituli. V. Dist. 63. c. pen.

E §. IX.

§. IX.

Plane si quem electuris canones obstant propter aliquod impedimentum, dispensationem atque veniam debent petere capitula a superiore: id quod speciatim POSTVLARE dixerunt. *t.t. x. de postulat. prælat.* & *dist.* 61. Cuius vestigia in *Concil. Carth.* quod *primum* vocatur, *can. VIII.* & *dist.* 54. *c. magnus episcopus*, apparent. Vid. *Fr. Duar. l. V.* 2. Bosquet. *ad l.* 1. *Innoc. III. epist.* 13. Vtraque & electio & postulatio in episcopos & administratores episcopatuum A. C. cadit *per I. P. d. art. V.* §. 6. eaque liberior, quam in episcopatibus pontificiis: nec enim confirmatio pontificis Romani exspectanda. (a)

(a) Vid. *c. nihil* 40. *X. de elect.* Schopp. *de postulat.* Baluz. *ad Lupum pag.* 433.

§. X.

Exam. & ordin.

Electum vel postulatum examinandi, approbandi atque consecrandi seu ordinandi ius habet metropolitanus cum comprouincialibus suis episcopis, *dist.* 75. *c.* 1. Ibi: *scrutinium* &c. Conc. Carth. 3. *c.* 22. *dist.* 24. *c.* 2. Concil. Mogunt. *a Carolomanno A. C.* 742. *habitum c.* 3. Lancell. *l.* 1. *t.* 9. & 10. Hæc approbationis species abusiue appellatur *confirmatio*. Lancell. *t.* 9.

§. XI

§. XI.

Confirmatio enim proprie vocata est principis vel alterius summæ in republica potestatis: quæ alio nomine etiam *inuestitura* dicebatur, & ante ordinatio seu consecratio fieri non poterat, *c. lectis 18. dist. 63.* Petr. de Marca *l. VIII. de C. S. & I. c. XIX, 6.7. & XX. fin.* St. Baluz. *l. 3. misc. pag. 490.* Inuestire autem, siue etiam *vestire* sit vox Latina, immantare, siue Teutonica *vesten, inuesten*, firmare, *vest*, firmum, significat confirmare, *bestatigen.* Est itaque generatim actus superioris τὸ κῦρος & auctoritatem habentis, & vi illius, negotio quod geritur, robur ac valorem suppeditantis, symbolica traditione, vnde *manu vestiri* dicitur. Vid. *de I. E. Germ. 4.35, 24.* Atque cumprimis confirmationes functionum atque munerum tum sacrorum tum ciuilium, quæ fiebant a regibus & principibus, dicebantur inuestituræ: sed & cum functionibus illis publicis salariorum loco, adiecta esset concessio vsusfructus in certis fundis ac possessionibus, quæ *beneficia*, tituli & præbendæ *t. t. x. de præbendis & dign.* dicebantur, itemque *feuda*: inde inuestitura speciatim quoque de solenni contractus feudalis confirmatione dici cœpit. Confirmationes autem munerum sacrorum & sacerdotio-

Confirm. & inuest.

Hugo Hoiac. de reg. pot. & sacerd.

rum, quanquam & ipsæ continebant concessiones beneficiorum & honorum ecclesiasticorum, quæ *collationis* & institutionis, *t.t. x. de instit. & ibi Iul. Pacius* uocabulo proprie veniunt: primario tamen atque formaliter consistebat confirmatio in dando consensu & auctoritate atque validitate functioni per electionem populi & approbationem sacerdotii delatæ, cum hoc effectu, vt sicut potestas reipublicæ confirmatum in fidem & protectionem suam, vt membrum ciuitatis recipit, ita vicissim confirmandus per iusiurandum fidelitatem & subiectionem confirmanti promisit.

§. XII.

Est pars maiest.

Hoc ius confirmandi seu inuestiendi est pars maiestatis siue summæ potestatis in qualiber republica, idque adeo proprium, vt nec *diuersæ religionis* principi denegetur. (*a*) Nam & Turcarum Imperator patriarcham Constantinopolitanum confirmat. Crusius *lib. III. Turco-Græciæ*. Atque exercuerunt illud Imperatores Romani orientales & occidentales, reges item Longobardiæ & Francorum, atque Gothorum, vsque ad Henricum IV. Imperatorem: contra quem Hildebrandus siue Gregorius VII. papa bellum de hoc iure mouit, eiusque successor Vrbanus interdixit:

ne

ne quis ecclesiasticorum principi suo sacramentum diceret. Tandemque Henricus V sedi Romanæ illud resignauit : quo iure, disputatum est *in lib. IV. 5. Comm. de libert. eccl. Germ.* (b)

(a) 1: ex natura rei, vt pars totius. 2: ex consensu gentium. *Arist. de sacerd.* 3: ex iure diuino: *omnis creatura subdita sit &c.*

(b) Improbatum hoc fuit teste Hugone Floriac. *lib. 2. de reg. pot.*

§. XIII.

Porro capitulum obtento solum iure eligendi, in participationem quoque administrationis, maiore in publici status, peruenit : quomodo & in *concil. Carth. IV. c. 23.* constitutum, vt episcopus caussas priuatas audiat in præsentia clericorum suorum *can. 15. q. 7. c. nullius*, & in eiusdem concilii *can. 35.* collega presbyterorum vocatur, *dist. 95. c. episcopus.* Vid. *t. t. x. de iis, quæ fiunt a prælato sine cons. capituli.* Itaque alii *socios* episcoporum in administranda republica & ecclesia capitulares agnoscunt, alii *mixtam* reipublicæ formam asserunt. Struu. *de feud. c. I. §. IV. fin.* Sithm. *de I. episcop.* H. Conring. *ad Lampad.* Obseruat tamen *Lud. Engel* consuetudine vel præscriptione passim introductum esse, vt in plerisque casibus sine consilio vel consensu capituli episcopi procedere valeant

Capituli ius. l. 6, 3. t. 7. 5.

p. I. *lib. I. t. 30. fin.* Conf. hist. *conc. Trid. 8. lib. V. pag. 893.* (*a*) Formulam quoque administrationis in electione praescribit capitulum, quae CAPITVLATIO vocatur, de qua *l. P. d. art. V. §. 17.* Atque sede vacante per mortem episcopi, administratio est penes capitulum, *l. P. ib. §. 20.* certo tamen modo *t. t. x. ne sede vac. aliq. innoc.* Quemadmodum quoque si minor XX. annis electus vel postulatus, qui tamen fructus percipit. Carpz. *decis. CXVI.* Vid. *de potestate capituli sede vacante, nec non sede plena, & quid possint episcopi per se, aut debeant vna cum capitulo exsequi* Nic. *Rodriquez Fermosin. Austricens. episcopus,* item Dn. Heroldi *consil. XV.* (*b*)

(*a*) Capitulorum sigilla siue ecclesiarum diuersa iam tum olim ab episcoporum sigillis, qui in contrasigillo insignia gentilitia exhibent, iam anno 1289. *Mabillion l. 2. de re diplom. c. 15. 2.* Similiter & abbatum & conuentuum iam tum anno 1770: quia abbates sigillo capituli nonnunquam abutebantur, *ibidem §. 5.*

(*b*) Petri Suauis *hist. conc. Trid. pag. 824.*

§. XIV.

Episc. titular. Episcopi *titulares* appellantur, qui de ecclesia certa cognominantur, a pontifice Romano constituti, sed eam accedere prohibentur. Quorum origo refertur ad concil. Antioch. *c. 18. dist. 92. c. si quis 5.* & con-

concil. Constantinopolit. *in Trullo can. 37.* Conf. etiam concil. Nicen. *c. IX.* & exemplum Melitii episcopi apud *Socrat. l. 1. H. E. c. IX.* sed dispar eorum videtur ratio. Vid. *M. A. de Dominis 2: 7, 26.* Hist. concil. Trid. *lib. VI. p. 553. & 803.* Pallau. *22, 8.* (*a*)

(*a*) VVihbischoue videntur vocari a Konigshouen *in chronico c. 2. §. 140.* Vide ibidem *appendicem de monasterio Honau. pag. 1139.*

§. XV.

Coadiutor. COADIVTOR est, qui adiungitur & substituitur episcopo ex caussa, (*a*) *c. un. de cler. aegro in 6. cau. 7. q. 1. c. petiisti 17.* Vid. Bosquet. *ad l. 2. Innoc. III. ep. 121.* M. Ant. de Dom. 3: 3. 61. Zigler. *ad Lancell. 1: 16.* (*a*)

(*a*) Non coepiscopus, sed successor forte. Vide Baluzium *ad Lupum pag. 461. & 484.*

(*b*) Oldrad. *consil 44.*

Suffraganei cur dicti? Vide Baluzium *ad Lupum pag. 419.*

§. XVI.

Gradus episcoporum superiores. Quae ratio eligendi & constituendi episcopi est, eadem quoque obtinuit in constitutione episcoporum *metropolitanorum, archiepiscoporum, primatum, patriarcharum,* & ipsius quoque *pontificis Romani,* suo modo. (*a*) **Ius constit. sedem Rom.** Atque quod huius constitutionem attinet, eius electio olim non

tantum penes clerum Romanum, sed & penes populum fuit, & confirmatio penes Imperatorem. Postquam Roma ab Imperio orientali sese liberauerat, & summa rerum ad Francorum reges deferretur, *ius ordinandi sedem Romanam* (ita vocabatur ius ordinandi papam) ad eosdem reges & Imperatorem pertinuit, non solum iure maiestatis, sed etiam ex peculiari confessione publica atque *lege regia* communis consilio synodi Romanae ab 173. episcopis & abbatibus constituta A. C. 774. & repetita A.C. 75. *dist.63. c. 22. & pass.* Vid. Sigebert. *in Chron.* Malmesbur.*l.2.c.13.* Onuph. Panuin. *in vit. Gregor.* VII. Auentin. *l.* IV. Huld. Mutius *lib. VII.* Goldast. *T. I. Const. Imp. I.* Petr. de Marca *l. VIII. de C. S. & I. c. XIX. 7.* vbi contra Baronium & Binium demonstrat *d. c. Hadrianus c. 2.* non esse suppostititium. Renouata ea denuo fuit Ottoni M. a Leone VIII. Vid. Baron. *ad A. C. 996.* Goldast. *T. I. const. Imp.* ac perdurauit vsque ad Henrici V. resignationem de inuestituris episcoporum. *De L. E. Germ. l. IV.*

Infra part. 2. c. 48.

(a) Papae nomen quando soli episcopo Romano tributum, vide Baluzium *ad Lupum pag. 418.*

§. XVII.

Pallium. Illud peculiare est superiori episcoporum

rum gradui, metropolitanis, archiepiscopis & patriarchis, in ecclesia occidentali, vt PALLIO vtantur *dist. 100. c. 1. t. t. x. de auct. & vs. pallii*, & *cap. antiquâ 23. x. de priuil. & excess.* Cuius concessio propria fuit Imperatorum, quippe quum pallium fuerit species vestimenti Imperatorii. *Gregor. M. lib. 2. epist. 27.* (a) Exemplum refert Baron. *ad A. C. 432. n. 91.* Ex horum porro permissione tum speciali, tum generali patriarchæ ius pallii & concedendi & eo vtendi, exercuerunt. Vid. Petr. de Marca *l. VI. de C. S. & I. c. VI.* Quod quum ab initio in testimonium orthodoxiæ gratis daretur, postea a curia Romana archiepiscopi magno sumtu acquirere coacti sunt. Qua de re conquesti Germani superiore quoque seculo. Vid. Strauch. *exot. V. §. XI. sqq.* Vnde per pacificationem Osnabrugensem iura pallii pontifici in archiepiscopatibus confessionis Augustanæ statuum abolita, *I. P. art. V. §. 19.*

(a) Vide tamen Gregorii *lib. 4. epist. 95. & 97. lib. 7. epist. 126.*

§. XIIX.

Quod episcopis capitulum, id pontifici Romano collegium cardinalium est: quo nomine quoslibet primos presbyteros vel diaconos in ecclesia occidentali venisse, Cardinal. Diss. §. 17.

E 5 do-

docet Cl. Salmaſ. *de prim. pap. c. 1.* Conf. Edm. Richer. *hiſt. concil. gen. cap. XII. §. 10.* Freinshem. *de praeced. c. 23.* Baluz. *ad Agob. pag. 65.* Hoc vero collegium tum ex presbyteris & diaconis, tum ex epiſcopis cardinalibus conſtat. Atque vt eligendi pontificis poteſtatem olim vna cum reliquo clero & populo Romano habebant, ita eam progreſſu temporis ſolam ſibi aſſeruerunt: etſi porro etiam adminiſtrationis pontificiæ quondam participes fuerint, veluti *coniudices*, quos Pius II. appellauit. Conf. Eugenii IV. bullam de cardinalibus *anno 1439.* Item *de L. E. Germ. 4: 7. 4.* Hodie tamen pontifex abſoluta auctoritate in ſuos pollens, iis tantum vt *conſiliariis* vtitur. Petr. de Marca *l. 1. c. 9.* Zigler. *ad Lancell. 1: 27, 24.* Lud. Engel. *coll. I. can. 1: 1, 28. §. 1. n. 9. 10.* Ceterum ipſorum *dignitatem* adauxit pontifex. Quanquam enim M. Ant. *de Domin. lib. IV. c. V.* demonſtret, eos nullam habere aut dignitatis aut poteſtatis ſuper alios clericos prærogatiuam, vllo iure, ſiue diuino ſiue eccleſiaſtico: pontifex tamen regibus eos adæquauit, qua de re iam tum Nic. de Clemangis *lib. de corrupt. eccl. ſtat. c. 10. 11. 12.* conqueſtus. De eorum reformatione actum in concil. Baſil. *ſeſſ. XXIII.* in Lateranenſi *ſub Leon. X.* Et vide tractatum

Do-

Dominici Veneti, episcopi Torcellani, ad Callistum III. papam *de cardinalium legitima creatione*, qui ad finem *lib. IV. M. A. de Dominis* est adiectus. De cardinali secreto Baluz. *3. miscell. pag. 271. & 303.* (a)

(a) Notitia cardinalatus Iac. Cohelii. *Romæ* 1653.

§. XIX.

Simili ratione capitula episcoporum ex presbyteris partim, partim ex diaconis, partim ex inferiorum ordinum clericis constare solent, qui CANONICI hodie vocantur, quod secundum canones tum generales tum speciales debeant viuere. Ceterum prærogatiua gaudent præ ceteris sui ordinis clericis, quatenus capituli sunt membra & socii regendæ ecclesiæ: singuli tamen cedunt abbatibus & præpositis. *L. Engel. C. I. C. 1. 1, 28. §. VI. n. 61, 63.* Inter quos eminet *archidiaconus* & *præpositus*, de quo Bosquet. *ad Innoc. III. lib. 1. ep. 54.* Baluz. *ad Gratian. dist. 25. c. 1.* Atque archidiaconus est perpetuus episcopi vicarius, primarius minister, vnde & ratio denominationis possit videri, *d. 25. c. 1. t. t. x. de off. archidiac.* Sed hodie est *vicarius gen.* seu *officialis* episcopi *t. t. de off. vic. in 6.* L. Engel. *1. 1, 33. & 34.* (a) Inter quos etiam referendus PRIMICERIVS, de quo apud

Canonic. 1. 11, 4.

Infra, 1. 9, 5.

apud *Baluz. 3. miscell. pag. 4. & 180*, primus cuiusque ordinis, & THESAVRARIVS, *d. 25. c. 1. x. t. t. de off. primicer. de off. sacristæ & de off. custod.* Præpositus est primus inter capitulares & ius conuocandi capitulum habet. Engel. *1: 1, 31. D. 60. c. 2. & 3.* Sequitur *decanus*, qui curam rerum ad capitulum spectantium potissimum gerit. Duar. *l. 1. c. 18.* Sed & *scholasticus* constitui consueuit, qui *magister* appellatur *c. 1. x. de magistr.* Fuerunt enim ecclesiis antiquitus *scholæ* adiunctæ, vt in qualibet ecclesia aut monasterio iuuentus erudiretur in pietate & bonis literis ac moribus. *Concil. Mogunt. c. 45.* Lateran. *c. XI.* it. *sub Leone c. VII.* Concil. Trid. *sess. 23. fin.* (*b*) Duaren. *l. 1. c. 11.* sed moribus haud obseruari fatetur *L. Engel. 1, 1. 38. fin.* Quo pertinet quod etiam *hospitalia* dicuntur in gratiam principum, comitum & nobilium fundata. Vid. Hortled. *de C. B. G. l. 1. c. 37, 435.* Lib. IV. *c. 1, 6.* Lib. V. *c. 5. fin.* Lib. VI. *c. 5, 7. cap. 23, 54.* Instr. pac. Osnabr. *a. V. §. fin.* Duar. *l. 2. de S. eccles. minist. c. 3. & 4.* Dedekenn. *de minist. in append. f. 2.* Balduin. *de cas. consc. 4: 4, 3.* Carpz. *2. def. eccl. 312.* Struv. *synt. exerc. 37. th. 30.* Sam. Maresius *lib. de canonicis.* Pet. Philippi *assertor & vindex cleri apostolico catholici.* Itemque eiusdem *mysteriorum diuinorum fidus dispensator.*

§. XX.

(*a*) Vicarius pontificis Romani *c. 5. x.* Vicarius generalis episcoporum, *t. t. in VI.* Vicarii in canonicorum, vicarii, *c. 1. x. eod.*

(*b*) Simonuille *comparaison des cerémonies des Iuifs.* Acta eruditorum *pag. 183.* Canonicus regularis & secularis Nicolai Desnos. *Parisiis 1675.*

§. XX.

Prælatorum dignitas etsi maxime episcopis competit, veluti maioribus prælatis, dicuntur tamen etiam prælati inferiores episcopis clerici, quicunque ecclesiam aliquam *regunt*, etsi solum *plebanam*, ob ius excommunicandi, quo pollent iure pontificio, *cap. 3. x. de off. iud. ord. & ibi gl.* Quorum dignitas *personatus* dicitur, *c. 8. x. de constit. c. 3. x. de off. vicar. c. fin. x. de cler. vel mon.* I. Pac. *isag. ad t. de præbend. & dignit.* Magis tamen est, vt hi dicantur prælati, qui *iurisdictione externa* & iure status saltem prouincialis, vt vniuersitates academicæ, gaudent, vt præter episcopos abbates, præpositi. Vid. *Gregor. M. l. 1. ep. 43.* Archidiaconi, archipresbyteri, &c. de quibus deinceps. Denique *prælati*, vox etiam de rege vsurpata. *Agob. t. 2. pag. 42.* (*a*) Prælati.

(*a*) Hugo Floriac. *de reg. pot. l. 1. c. 4.* Baluz. *4. miscell. pag. 17.*

§. XXI.

§. XXI.

Chorepisc. Denique extra ecclesiam cathedralem vicariam operam & inspectionem in minores ecclesias parœciales episcopo præstitit *chorepiscopus*; h.e. regionarius siue vilanus, adiunctus superintenturæ, *dist. 98. c. quamuis 4.* Quorum ius & officium describitur in *concil. Ancyr. c. 13.* Neocæsar. *c. 13.* qui est in codice canonum eccl. vniu. *can. 58.* Ceterum ad ordinem presbyterorum pertinent, vt constat ex concilio Hispal. II. *A. C. 619.* celebrati 7. can. VII. Ibi: *chorepiscopi & presbyteri iuxta canones iidem sunt.* Possunt tamen quædam etiam quæ episcopis propria, eorum permissu facere. *Concil. Nic. II. c. 14.* Hos Damasus episcopus Romanus in suo districtu reprobauit, *epist. 4.* & *dist. 68. c. 5.* Retinuit tamen ecclesia Germaniæ & Galliæ *d. can. quamuis 4. dist. 68.* Chytræus *Sax. lib. 25.* & *26.* Sithman. *de I. episc. c. 1, 73.* (a) In nostris ecclesiis ipsis similes sunt *decani* & *adiuncti* superintendentium. (b) Et alibi ipsis successerunt, vt videtur *archipresbyteri*, de quibus titulo sequenti. De *chorepiscopis* plura Bosquet. *ad Innoc. III. lib. 1. ep. 5.* M. A. de Dom. 2. 9, 17. Petr. de Marca *lib. XII. c. II.* Centur. *Magd. IV. c. 7. p. 490.* Herb. Thorndic. *orig. eccl. c. 20.* Zim-

Zimmerm. *menf. XII, 4.* Hulsm. *apol. mi-nift. eu.* §. 32. (c)

(a) Vid. Ziegler. *ad Lancellottum*, p. 111. Rhet. *l. publ.* 1: 16. 22. Eberhardus de Zweybruck chorepifcopus ecclefiæ Argentoratenfis, & iudex curiæ, *anno* 1378 *kal. April.*

(b) Item in Anglicanis. *Acta eruditorum* 1685. *pag* 107.

(c) Rhabanus *de chorepifcopis editus a Steph. Baluzio.* Corba, corbanus in ecclefia Hibernica. Spelman. *in gloffario.*

§. XXII.

Tandem & περιοδευταὶ huc cenferi pote-runt, quorum mentio in *l.* 42. §. 9. *C. h. t.* qui epifcopi vicem implent vndiquaque circumeuntes & fpeculantes ac vifitantes ecclefias, & parœcias: *Land*-Infpectores. Conf. *concil. Laodicen. c.* 57. *dift.* 80. *c.* 5. Cuiac. *ad l.* 6. §. *Grammatici x. de excuf.* Petr. Petrenonius *lib.* 1. *animadu. & var. lect. iur. ciu. c.* 29. AEg. Menag. *amœn. iur. ciu. c.* 55.

TIT. IIX.

De

PRESBYTERIS.

D. 21, 23, 67, 74, 81. 1. X. 24. Lanc. I, 14. & 21. Diff. §. 17.

Nomen.

§. I.

ALter clericorum ordo ſpeciatim presbyterorum vocatur, non propter decrepitam ſenectutem, ſed propter ſapientiam, qua debeat pollere. Anaclet. *epiſt. 2. diſt. 21. c. 1. diſt. 84. c. quisquis.* (a)

(a) Aetas XXX. annorum. *Rezin. append. 1. c. 33, 38 sequ.* Vide §. *fin.* Miniſtri epiſcoporum vocati archipresbyteri & archidiaconi. Baluz. *ad Reginonem pag. 530. & in addit.* Presbyteri in veteri eccleſia non diſtincti ab epiſcopis. Baluz. *ad Lupum, pag. 372.*

§. II.

Offic.

Horum officium eſt paſcere eccleſiam concreditam, *Act. XX, 28.* vnde & *paſtorum* nomen inditum h. e. incumbere prædicationi verbi, *Act. VI, 4.* & adminiſtrationi ſacramentorum. *diſt. 68. c. quamuis d. 25. c. 1. de conſecrat. diſt. 4. c. conſtat.* & totius liturgiæ omniumque actuum eccleſiaſticorum vnde *ſacerdotum cardinalium* forte appellatio *c. 2. x. de off. archipr.* (a) niſi quos ſolis epiſcopis eccleſia reſeruarit: quales recenſet Gratianus ex

Iſi-

Isidoro *dist. 25. c. 1. vers. ad episc.* & ex Leone I. *dist. 68. c. 4.* (*b*) Quod vti iuris humani est, ita ab ecclesia quoque mutari tollive potest. Vid. *Marsil. Patau. p. 2. def. pac. c. XIV.* (*c*)

(*a*) Cardinalis est primarius. Sacerdos cardinalis, id est, clericus primarius, supra diaconus, *cau. 7. qu. 1. c. 42.* Incardinare, instituere, incorporare, *dist. 71. c. 5. & ibi glossa.*

(*b*) Concil. VVormat. *anno 868 c. 8.*

(*c*) De antiquo iure presbyterorum in regimine ecclesiastico Cl. Fonteius. *Taurini, 1676.* An presbyteris competat ius ordinandi? Negant canonistæ, solis episcopis, *dist. 25.* Affirmat Marsilius *d. l.* Ratio decidendi ex potestate ecclesiæ, quæ non tantum est vniuersalis, sed & nationalis & prouincialis, h. e. quæ est in qualibet republica, quæ gaudet superioritate: qualis enim respublica, talis ecclesia, quoad libertatem ciuilem & sacram. Potestas ergo ordinandi, vt pars est penes quamlibet ecclesiam, & ex eius concessione penes presbyterium, siue episcopum habeat necne, habet tamen, qui iura episcopi exercet de iure. Accedit consensus ipsorum episcoporum pontificiorum, & totius Imperii ordinum per *recessum Imperii 1524.* De *L. E. G. 7. 3, 5.*

§. III.

Diuiduntur presbyteri secundum locorum differentiam in *ciuitatenses* seu vrbanos & in *diœcesanos* vel rusticanos, *cau. 12. q. 2. c. 32.* quomodo *ciuitates* & *parochia* Diuis.

contradistinguuntur concil. Agath. *c. 18. &* *32.* & parochiae *rusticanae* cognominantur *cau. 16. q. 3. c. 1.* parochiae vel basilicae *in pagis* ciuitatum constitutae *conc. Aurel. III. c. 3.* atque *can. 13. eiusdem* ecclesiae *ciuitatenses* opponuntur iis, quae in *territoriis. Conc. Aurel. V. c. 8.*

§. IV.

Archipresb. Deinde secundum diuersos quoque gradus diuiduntur, in quorum primo est *archipresbyter*, qui vel in *ciuitate* aliqua de episcopali inspectione participat, pastor primarius, *Ober-Pfarr*, *d. 25. c. 1. c. 1. & cap. pen. x. de off. archipresb.* vel in paroecia *rusticana* in reliquos presbyteros paganos siue *minores titulos* inspectionem habet, nobis *Pfarr*-adiunctus, decanus, *cap. vlt. x. eod.* Conf. *Gregor. Turon. l. V. c. V.*

§. V.

Aetas. Aetas presbyterorum in concil. Tolet. *IV. can. XIX.* anno trigesimo definita, quo Supra §. 1. ordinentur. *Concil. Constantinopolit. in Trullo can. 14. & 15. dist. 77. c. 6. & 7.* De ritu *ordinandi* presbyteros *dist. 23. c. presbyter.* ordin. Concil. Carth. IV. *c. 3.* Tolet. IV. *c. 27.* Horum officium & administratio regulariter obediant. dependet a directione episcopi. *Concil. Arelat. c. 19.* Concil. Carth. II. *c. 3, 4. 9.* Can. *apost. 39.* Zigler. *de diacon. cap. IIX.* §. 66.

TIT.

TIT. IX.

De DIACONIS.

Dist. 21, 25. 93. 1. x. 14. Nouell. 123. Diss. §. 17. Origo.

§. I.

Tertius clericorum ordo diaconorum est, ab incunabulis ecclesia ad hoc potissimum institutus, vt seruiret administrationi oblationum & ceterarum rerum ecclesiasticarum, quamquam neque a prædicatione euangelii arcerentur. *Act. VI. 1. Tim. 3. 9, 10.* Vnde Optatus Mileuitan. *lib. 1. aduers. Parmenon.* ait: *diaconos in tertio sacerdotio, presbyteros in secundo constitutos.* Scilicet vt omnes sacerdotes atque clerici sunt ministri ecclesiæ, ita primarii & immediati quasi sunt episcopi, postea presbyteri, qui episcopis, & denique diaconi, qui vtrisque ministrant & obedientiam debent, *dist. 93. c. 14, 15.* Vnde & *Leuitæ* dicti, *c. 23. eod.* Concil. Tolet. IV. *c. 19.* Septem numero in qualibet ciuitate constitui consueuerunt *Concil. Neocæs. c. 14. D. 93. c. 12.* Quod tamen certi ac perpetui iuris non est. *Concil. Constantinopolit. in Trullo c. 16.* Vid. Zigler. *de diacon. c. V.* (a)

(a) Diaconis etiam episcoporum nomen tribui *1. Tim. 3, 1. Philipp. 1, 1.* Acta eruditorum *1686. pag. 255.*

§. II.

Offic. i. vet. Munus eorum potissimum in eo consistit iure veteri, vt episcopo aut presbyteris sacra celebrantibus ministrent & assistant *dist. 93. c. 24.* item epistolam & euangelium legant, preces dicant, & responsoria decandent. *dist. 25. c. 1.* docendi etiam munere fungantur. Baluz. *ad Saluian. epist. 8.* in mores & actus totius ecclesiæ scrutentur, & quasi censores ad episcopum deferant, *dist. 93. c. 6.* Ceterum sacramenta administrare regulariter iis prohibitum, nisi in casu necessitatis. *Concil. Nicen. c. 14.* Concil. Arelat. I. *c. 15. 18.* Arelat. II. *c. 15.* Laodicen. *c. 21, 25.* Carth. IV. *c. 38.* Constantinopolit. *in Trullo c. 16.* Eliber. *c. 77. Dist. 93. c. 13. sqq.* de consecr. *dist. 4. c. 19.* Cyprian. *lib. 3. ep. 17.* Zigler. *de diac. c. IIX.* §. *63.* Procuratio denique rerum ecclesiasticarum ad *œconomos* ecclesiarum remissa, *cau. 16. q. 7. c. 21. & 22. l. 14. C. de SS. eccles. l. 3. C. de his qui ad eccles.* Iusta eorum ætas annorum XXV. ad exemplum Leuitarum. *Concil. Tolet. IV. c. 19.* Nouell. *123. c. 13.* Regin. *app. 1. c. 35. & 37.* De ritu ordinandi per oraria & albam. *Concil. Tolet. IV. c. 27.* Carth. IV. *c. 4, 5.* Zigler. *c. VI.*

§. III.

I. nou. Nostras ecclesias diaconis ea, quæ in casu necessitatis olim erant permissa, etiam re-

regulariter concessisse apparet, pro ea qua gaudent libertate in his talibus, sic vt *nomine* fere a presbyteris differre videantur. Id vero sublatum haud est, vt diaconi præpositum sibi presbyterum reuereantur ipsique *obediant*, adeoque in ambiguis ipsi cedant, memores *nominis* sui & *originis*, quod non tantum ecclesiæ, sed & presbyteri sui sint ministri, *dist. 93. c. 17. & 24.*

§. IV.

Ex quo fonte etiam illud proficiscitur, vt etsi collator iure *patronatus* diaconum *eligere* possit, presbyter tamen seu *pastor* loci concurrat, per *artic. generales Augusti elect. Sax. de A. 1557. qui die alten Generalien vocantur, vt, von Pfarrern, Kirchen- vnd Schuldienern in gemein p. 143.* Ibi: *die* diaconen *aber soll der Pfarrer neben dem* **Rath weblen.** Conf. Carpzou. *l. 1. def. eccl. 37.* Electio.

§. V.

Diaconorum ordo in tres species diuiditur: archidiaconus siue protodiaconus is est, cui in reliquos inspectio est delata, vt in officio suo sedule obeundo contineantur. *Concil. Agath. c. 23. dist. 74. c. episcoporum.* Acceptis & expensis præficitur, *dist. 25. c. perlectis.* Nou. *123. c. 3.* Gregor. *M. 1. epist. 10.* Examinationi clericorum *c.* Archidiac.

Supra §. 19. *ad hoc 7. x. de off. archidiac.* Tandemque eo deuentum, vt vicarius episcopi factus, *c. ix. eod.* Vid. Zigler. *de diac. XVII. L.* Engel. *coll. I. can. I, 1, 24.* (*a*)

(*a*) Steph. Baluzius *ad Lupum pag. 411.* Nic. Ianuarius *de officio archidiaconi. Parisiis*, 1625.

§. VI.

Subdiac. Seculo tertio ac deinceps diaconorum ordini etiam *subdiaconi* addi cœperunt, *dist. 21. pr. in fin.* Gregor. M. *l. 1. ad Petrum subdiaconum Siciliæ*, auctore vt aiunt Fabiano papa: qui primo notariis ecclesiæ Romanæ & deinde ipsis inseruirent diaconis, eosve subleuarent in quibusdam, *dist. 25. c. perlectis.* Vales. *ad Socrat. pag. 71. & ad Sozom. pag. 121.* ita tamen vt ab initio inter sacros ordines non computati. *Dist. 60. c. 40.* ideoque nec per manus impositionem ordinati. *Dist. 23. c. 15.* Conf. *concil. Laodic. c. 21.* postea subdiaconatus quartum sacrum ordinem constituit. *cap. 9. x. de ætat. & qual.* Zigler. *de diac. c. 18.* In nostris ecclesiis archidiaconi & subdiaconi non habentur, sed qui ita vocantur, diaconi sunt serie sua ita distincti sine potestate aut subiectione.

§. VII.

Diaconissæ. Diaconissas quoque veteres canones agno-

gnoſcunt, hoc eſt, viduas ſeniores eccleſiis inſeruientes, ſed ex eccleſiæ reditibus alimenta accipientes. Quarum origo ex inſtituto Apoſtolorum, de quo S. Paulus *1 Tim. V, 9. ſqq. Rom. XVI. 1.* Quo etiam ſunt qui referant locum *1. Tim. III, 11.* Munus autem earum non in verbi prædicatione, *1. Tit. II, 12. 1. Cor. XIV, 34.* ſed in externo miniſterio circa baptiſandas mulieres, aliaque charitatis Chriſtianæ officia ægrotis, peregrinis, captiuis aliisque exhibenda. *Concil. Carth. IV, c. 12.* Nouell. VI, 6. Harmenopul. *epit. S. canon. ſect. 2. tit. 4. c. 7.* Conſtit. Apoſtol. *lib. 8. c. 28. lib. 2. c. 26, 57. lib. 3. c. 15.* Zigler. *de diacon. c. vlt.* Aetas a Paulo definita ſexaginta annorum, *1. Tim. V, 9, l. 27.* C. *Th. de epiſc. l. 9.* C. *Iuſt. eod.* paratitl. *Græc. a Leunclau. edita tit. eod. §. 9. & ibi Leunclau.* quæ ætas reducta ad L. & XL annos *conc. Chalced. c. 14. cau. 27. q. 1. c. 23.* Nouel. 6. *c. 6.* Nou. 123. *c. 13.* Non autem erant in ſacro ordine diaconorum, ſed ordinabantur tantum per preces & manus impoſitionem absque conſecratione. Vid. Iuſtell. *in cod. can. eccl. vniu. c. 19. 115. & 193.* M. Chemnit. *exam. concil. Trid. p. 3. de cælib. c. 9.* (a)

(a) Regino *app. 1. c. 14. ſqq. c. 56. ſqu. app. 2. c. 44.* At Saluianus *epiſt. 9.* meminit puellarum in ſacris altaribus conſecratarum.

TIT. X.

DE CLERICIS MINORVM ORDINVM.

1, C. 3. D. 21. 25, 93. 1. x. 33. Lanc. 1. 23. Diff. 5. 16. fin.

§. I.

Quatuor.

MInores ordines clericorum quatuor recensentur, acoluthorum, exorcistarum, lectorum & ostiariorum: qua serie iamtum Cornelii papæ Romani tempore, h. e. A. C. 255. fuerunt magno numero in ecclesia Romana recepti, vti est apud Eusebium *lib. VI. H. E. c. 43.* Conf. *l. 6. C. de episc.* Dist. *25. c. 1.* Dist. *93. c. 5.* Duaren. *L. 1. de S. eccl. min. c. 14.* L. Engel. *1. 1, 1. pag. 224.* (a)

(a) Clerici primi gradus, *tonsura, c. 11. x. de at. & qual.*

§. II.

Acoluthi.

Acoluthi, ἀκόλουθοι asseclæ, post subdiaconos a Cornelio papa dicto loco recensentur. Quem gradum ipsis etiam Caius papa postea confirmasse dicitur. Ceterum in ecclesia orientali a clericis quidem distinguuntur, sed tamen in immunitate ecclesiastica coniunguntur *l. 6. C. de episc.* a Iustiniano; in codice enim Theodosia-

no

no acoluthorum nulla mentio illa in constitutione *l. 24. C. Theod. l. 10. C. Th.eod.* (*a*) Vocabantur quoque iuuenes *d. l. 10.* & iuniores vel minores, *c. 2. x. de foro comp.* Iac. Gothofredus *in d. l. 10.* eorum officium ait fuiſſe, ad omne eccleſiæ ſeruitium paratos in eccleſia eſſe ; veluti mediaſtinos ſeruos in domo patrisfamilias. Imprimis vero ipſorum fuit, in exequiis defunctorum funalia præferre. *Nouell. 59. c. 4.* Sed & omnis cura luminarium ipſis concredita in eccleſiis, vnde & *ceroferarii* dicti, *diſt. 21. c. 1. diſt. 25. c. 1.* Ibi: *ad acolytum pertinet &c.*

(*a*) Sed non ſequitur : in codice Theodoſiano acoluthi heic omiſſi, ergo non fuerunt clericis adnumerati : nec enim neceſſe eſt, vt in vna conſtitutione omnes & omnium immunitates enumerentur.

§. II.

Exorciſtæ alterum gradum minorem conſtituerunt, ad quos pertinuit, exorciſmos memoriter retinere, manusque ſuper energumenos & catechumenos in exorciſando imponere. *Diſt. 25. c. 1. diſt. 21. c. 1.* In eccleſia primitiua erat donum extraordinarium, quoad energumenos, quod vsque ad ſeculum IV. viguit : inde nomen muneri ordinario impoſitum, ſed in eccleſia orientali non adeo vt in occidentali fre- Exorciſtæ.

quentatum. Vid. Iac. Goth. *in l. 24. C. Th. de episc.* Quare & in nostris ecclesiis ad quemlibet ministrum ecclesiæ ordinatum pertinet. Ceterum retentum fuit nomen ex *Iudaica* ecclesia, in qua exorcistarum quidam ordo, *Luc. XI, 19. Act. XIX, 13.* quos intelligit Gratianus *dist. 21. pr.* Habuerunt & *gentiles* huiusmodi homines, teste *Tertull. de idololatria.* Ibi: *qua constantia exorcisant alumnos?* Atque hos tales merito Vlpianus *impostores* appellauit *l. 1. §. 3. de extraord. cognit.* (a) Dissentit Duaren. *l. 1. c. 14. de S. eccl. min. p. 100.* & ministros ecclesiæ ita appellatos putat. Potest vtrumque intelligi.

(a) Medicus non est, si quis incantauit, aut si quis, vt vulgari verbo impostorum vtar, exorcizauit.

§. IV.

Lectores. Tertio gradu consistunt LECTORES, ad quos pertinet lectiones pronunciare, & ea quæ prophetæ vaticinati, populis prædicare. *Dist. 25. c. 1. dist. 21. c. 1. dist. 77. c. 5. caus. 20. q. 1. c. 14.* Lectores *diuinorum apicum* vocat Constantinus *l. 7. C. Th. de episcop.* Quæ functio itidem ad presbyteros diaconosque nostros pertinet, id quod & veteri ecclesiæ vsitatum docet Io. Bona Cardin. *lib. 1. rer. liturgic. c. XXV. §. XVII. l. 2. c. VII. §. 1.* Conf. *dist. 92. c. 2.*

§. V.

§. V.

Infimum ordinem conficiunt *ostiarii* Ostiarii.
quibus commissæ claues templi, & custodia rerum quæ inibi habentur, idemque munus eiiciendi aut non admittendi excommunicatos. *Dist. 21. & 25. c. 1.* Quæ functio ad *adituos* nostros hodie pertinet. Conf. *H. C. Trid. p. 821.* vbi ostenditur, etiam a non ordinatis istas functiones exercitas.

§. VI.

Hi quator ordines fuerunt præcipue in Psalmistæ. veteri ecclesia, ita tamen, vt nec præroga- cantores.
tiua atque series eorum, neque etiam numerus fuerit idem in omnibus ecclesiis. Itaque & psalmistæ siue cantores ordinem fecerunt. *Dist. 21. c. 1. dist. 25. c. 1. dist. 32. c. 15. dist. 72. c. 2. dist. 93. c. 5. cau. 11. q. 1. c. 38. cau. 27. q. 1. c. 6. Nouell. 3.* Nec tamen semper & vbique. Vid. *dist. 92. c. 2.* & Fr. Duaren. *l. 1. de S. min. eccl. c. 14.* & Io. Bona Cardin. *l. 1. rer. liturgic. c. vlt.* Idem habendum de *organicis*, qui inter ministros Organ.
ecclesiæ secundarios referuntur. Carpzou. *lib. 1. def. eccl. 80.*

§. VII.

Enimuero sunt etiam qui inseruiunt Ministri ecclesiis, qui tamen inter clericos proprie laici.
non

non censentur, veluti œconomi, defensores siue apocrisiarii, parabolani, decani siue copiatæ, orphanotrophi, xenodochi, *t. t. C. de episc. & cler.* Fr. Duaren. *l. 1. t. 19.*

Oecono-mus. De œconomis *supra tit. IX.* §. *2.* qui etiam *dispensatores pauperum* dicuntur, & ab episcopo eliguntur, *l. 33.* §. *4. C. de episcop. Kastener, Kastenvægte, Kastenvorsteher, Kirchenvater*, eorum quoque est iura &

Defensor. priuilegia ecclesiarum in foro vt actores vel reos tueri: idque ductu & consilio *defensoris ecclesiæ*, h. e. aduocati & syndici, *d. l. 33.* §. *4. l. 38. C. Th. de episc.* Hi etiam

Vicedom. *vicedomini* & *maiores domus* vocantur a Gregorio papa *dist. 89. c. 2.* sed & cauendum ait, ne nisi clericis hæc administratio committatur *d. dist. 89. c. 5.* quod tamen non districte obseruatum. Expedit enim potius a strepitu caussarum seruos DEI esse quietos, *cap. vn. x. de syndico.* Vnde in *capitularibus Francorum* tantum comitis centenarius prohibetur episcopi aduocatus esse, *lib. 4. c. 62.* & per Pipini Imperatoris constitutionem tam laicus quam clericus admissus, *lib. 3. LL. Longob. t. 31.* Conf. *exerc. ad* *. *X.* §. *8.* Apocrisiarii quoque & *responsales* vocabantur defensores seu aduocati ecclesiarum. *Nou. 123. c. 25.* Voss. *de vit. serm. lat. l. 3. c. 1.* Denique distinxerunt *vicedominum* ab *œconomo*,

mo, vt is res episcopi, hic res canonicorum curaret, *post speculat.* Bertachin. *repert. Vicedom.* Ex hoc fonte enatum fuit ius protectionis principum in ecclesiis sui territorii, de quo agitur apud Hortled. *de C. B. G. l. 4. c. 12. & 16. passim.* Archicapellanus. *Supra tit. 5. §. 5.*

§. IIX.

Parabolani dicebantur, qui medicæ artis periti ad curationem ægrotantium pauperum in nosocomiis & piis locis erant deputati & ad clerum relati, *l. 27. & 28. C. de episcop. l. 42. & 43. C. Th. eod. & ibi* Iac. Gothofredus. Etsi enim horum & similium functiones inter ministeria ecclesiæ Christianæ, quibus cultui diuino immediate inseruitur, haut referantur: cum tamen pontifices cauerent, ne nisi clericis negotia sua committerent, inde factum, vt hæc talia inter ministeria ecclesiastica & huiusmodi personæ inter clericos relatæ, non quod formaliter & quatenus hæc ministeriorum genera sustinent, clerici sunt, sed quod clericis hæc commissa. Conf. Duaren. *l. 1. de S. eccl. min. c. 19.* **Parabolani.**

§. IX.

Ea ratione huc quoque *orphanotrophi* referuntur, qui orphanotrophiis præsunt, locis piis *Weisenhausern*, vbi orphani pupil- **Orphanotrophi.**

pilli & minores aluntur, & res ipsorum factis inuentariis custodiuntur, *l. 31. & 35. C. de episc.* rationes reddunt non orphanis, *d. l. 32. fin. Nou. 131. c. 15.* sed episcopo. *Nou. 123. c. 23.* Pari iure censentur & aliorum venerabilium locorum gubernatores ecclesiastici, vt vocantur *d. nou. 123. c. 23.* puta *xenodochi*, qui peregrinos recipiunt. *Rubr. C. de episcop. l. 35. eod.* itemque *brephotrophi*, qui expositos infantes in brephotrophis educant, in *Findelhaüsern*, & *ptochotrophi*, qui pauperes alunt in ptochotrophiis, *Hospitalen*, *d. t. de episcop. Kirch-Ord. tit. von Hospitalen.*

Xenodochi. Brephotrophi. Ptochotrophi.

§. X.

Copiatæ.

Non ad viuos solum, sed & ad defunctos cura ac potestas ecclesiæ sese extendit: igitur ne defunctis & eorum cognatis graues & damnosæ fierent sepulturæ, excogitauerat Constantinus damna lugentium auferendi medium, *Nou. 43. præf. Nou. 59. c. 1.* constituens certum numerum scilicet *950. ex decanis* singulorum collegiorum siue corporum Constantinopoli, *Zunfftmeister*, eosque ab omni vectigali immunes faciens, atque ecclesiæ Constantinopolitanæ concedens ad hoc, vt non tantum ex illorum consueto vectigali necessarii sumtus ad humandos mortuos sup-

ſuppeterent, ſed & ex iis ſumerentur, qui ſine mercede lugentium, mortuos obuoluerent, efferrent, ſepelirent. Hinc qui alias *decani* & *collegiati* in republica erant, *lecticarii*, & *κοπιάται*, *laboratores* appellati *Nou. 59. c. 2.* cuius nominis etiam Ignatius *epiſt. XII.* meminit. Vid. *l. 4. C. de SS. eccleſ. Nouell. Leon. 12.* ac de ſimilibus confraternitatibus in Belgio & Hiſpania Perez. *in Cod. t. de decan.* Dilherr. *diſp. philol. tom. 1. d. XV. p. 456.* Imprimis vero vide Iac. Gothofred. *in C. Th. de decanis*, vbi plura decanorum genera recenſet, atque de noſtris in *l. 1. de luſtral. conlat.* & *l. 15. de epiſcop.*

§. XI.

Ad hunc cenſum & alii omnes cenſeri debent, qui ſub cura & directione eccleſiæ miniſteria etiam ſordida obeunt, vt *veſpillones*, *obſtetrices*, *mendicantibus præpoſiti*, *campanarii*, & ſimiles. Illud adiicimus *altariſtas* ſiue *altarleute* vocari in plurimis locis hos, qui inter S. communionem communicantibus linteola aperta ſubtendere ſolent: & quorum præcipuum munus eſt œconomiam & rerum eccleſiaſticarum curam gerere: ſicut & eleemoſinas viritim in eccleſia *mit dem Klingbeutel*, colligere ſolent. Seckend. *T. F. St. p. 2.* Plures alii. Altariſtæ.

p. 2. c. XIII. §. 6. Igitur quod *den Altarleuten* legatum dicitur, non presbyteris aut ordinatis ecclesiæ ministris sed œconomis *oder den Kastenuorstehern* relictum intelligitur. Dissentit Carpzou. *l. 2. def. eccl. 323.* Grœnvveg. *ad l. 42. §. 2. C. de episc.*

Nouel. 5. 123. 132. 16. C. Th. 3. cau. 16. sq. 3. x. 31. 37. Lanc. 1, 30. Diff. 5. 12, 13. Natalis Alexand. select. H. eccl. Act. erud. 84. p. 224. Monachi.

TIT. XI.

De

ABBATIBVS ET MONACHIS.

§. I.

Etsi monachi non sint clerici, sed ab his distinguantur *t. t. C. Th. de episc. & cler.* & *t. t. de monachis* : (*a*) quia tamen his vicini sunt, conueniens est, vt deinceps de ipsis videamus. Vocantur quoque *continentes l. 20. C. Th. de episc. & cler.* cumque sint vtriusque sexus personæ : feminæ vocari videntur *ascetriæ rubr. C. de episc. & cler.* & *asceteria* cœnobia feminarum, *l. 54. C. eod.* Nou. *123. c. 34.* quæ tamen quandoque inuertuntur, vt *nou. 133. c. 3.* Asceteriæ alias *moniales*, itemque *nonnanes*, *concil. Mogunt. de A. C. 813. c. 29. fin.* Lehman.

Nonnæ.

man. *chron. Spir. l. 2, 33.* ἄσκησιν autem ἐγκράτειαν h. e. continentiam interpretatur Hesychius.

(*a*) Et melior gradus clericatus. *Baluzius ad S. Lupum. pag. 370. & 382.*

§. II.

Scilicet Christiani *Hebraei* ex disciplina Pythagorea, ab Essenis recepta, iamtum Apostolorum temporibus hoc continentiae institutum in ecclesia Alexandrina introduxerunt. Chemnit. *exam. concil. Trid. p. 3. p. 113.* Cent. Magd. IV, *6, p. 464.* Quod sub persecutione praesertim quinta in reliquis etiam ecclesiis increbuit. Boxhorn. H. V. *ad A. C. 200. p. 204.* atque in eremis ac speluncis seorsim morantes, statis fere horis in vnum conuenerunt, vnde *eremitarum*, *anachoretarum*, *hesychastarum* nomina *Nouell. V, 3.* Duaren. *l. 1. de S. E. M. c. 20. seq.* (*a*) Alii etiam in vrbibus vel castris intra *priuatarum adium* sacraria hoc vitae genus exercuerunt. *Nou. 133. c. 1. can. 20. q. 3. c. 4.* Iac. Gothofr. *in l. 20. C. Th. de episc.* (*b*) Rebus ecclesiarum pacatis aedes communes his consecratae, quae *asceteria*, *monasteria*, *coenobia* (*c*) dicta: qua ita debent constitui, vt *omnia necessaria* intra monasterium exerceantur, vt non sit necessitas monachis vel

Origo.

G cle-

clericis vel puellis vagandi foras. *Concil. Mogunt. c. 20.* Idque auctoritate episcopi, *Nou.V. 1. Nou. CXXXI, 7.* Atque obseruat Duarenus *d. l. 1. c. XXI.* etiam *episcopos* cum clero siue canonicis monasteria ingressos: imo iam tum olim clericos etiam in monasteriis fuisse testatur *can. 18. concil. Chalced.* Gregor. M. *l. 1. ep. 38. sqq. (d).* Vnde *monasterium* & *Münster* etiam de ecclesia cathedrali dicitur. *Concil. Mogunt. c. 9.* Bosquet. *in l. 1. Innoc. III. ep. 4.* Lehm. *chron. Spir. 2, 33.* Boxhorn. *ad A. C. 816. p. 462.* H. Conring. *antiq. acad. p. 84.* Hildebr. *de sacr. vet. eccl. c. 2.* Besold. *thes. pract. voc. Münster.* Baluz. *3. misc. pag. 7. & append. ad Saluian. pag. 443* item & *ad Lupum pag. 375. (e) (f)*

(a) Id quod adhuc S. Hieronymi ætate frequentatum, vt arguit epistola eius prima ad Heliodorum, itemque quarta ad Gallum, ita tamen vt ludum monasteriorum prius, quam eremum commendaret.

(b) Reuocauit hoc Lambertus le Begue, vnde *Beghardi* & *Beguinæ*. Vide *glossarium du Fresne. B.* & *nostrum glossarium Alemannicum.*

(c) Synodi, vnde *synoditæ* nuncupati *l. 6. C. de episc. audien.*

(d) Paulinum episcopum præfectum monachis in monasterio B. Theodori. Atque recte per omnia obseruat, arbitror, Thom. Dempsterus *in [illegible] apparatui ad historiam Scoticam [illegible] pag. 146. & in hist. eccles. l. 4. c. 356.* in

pri-

primitiuis seculis monachatum in occidente haud ita receptum fuisse, atque veteres *colideos*, i. e. cultores DEI fuisse non tam monachos, quam canonicos regulares, seu presbyteros, monachatu nondum indutos.

(*e*) Fuit ante mille annos monasterium Scoticum in insula Rheni prope Argentoratum, *Honau* dictum: vbi aliquando & episcopus fuit & simul abbas atque prior, vt vetus MS. id testatur, ita vt non episcopus, sed abbas directerium obtinuerit, qui mos vetustissimus monasteriorum in Scotia, de quo *Seldenus praf. ad scriptor. Anglic. pag. 8.*

(*f*) De decem otiosis in synagogis Hebræorum, qui a mundo & mundanis rebus semoti diuinis officiis operati studiosius *Campegius Vitringa in archisynagogo.* Acta eruditorum, 1686, *p. 254.*

§. III.

Cui fini atque functioni destinata hæc monasteria fuerint, late exponit Iustinianus *nouell. CXXXIII*, qua sancitur: *quomodo oporteat monachos viuere*, tandemque rem in pauca contrahens. *Oportet*, inquit, *duplex hoc opus monachis esse, aut diuinis vacare scripturis, aut quæ monachos decent, quæ vocant ἐργόχειρα manuum opera meditari & operari.* Ne sub specie religionis ignauiæ sint spectatores, *l. 26. C. de decur.* Imprimis vero monachis adesse debet instructio necessaria, ex quibus probatiores & meliores in clerum assumantur, *caus. 16. q. 1. c. legi 36.* velut Finis & offic.

G 2 ex

ex seminario quodam ecclesiæ. Lehm. *chron. Spir. l. 2. cap. 33.* quem in finem instructas *bibliothecas* monasteriis esse vult Iustinianus *nou. 133. c. 2.* Studiis porro non idoneos, itemque moniales & vitæ integritati atque perfectioni Christianæ studere, pro salute ecclesiæ & reipublicæ DEVM sollicitare, & artibus popularibus aliisque bonis operam dare oportet, *d. nou. 133. c. 5.* cau. *16. q. c. 4.* Sulpic. Seuer. *dialog. 1.* Dorschei *parallela monast. & acad.*

§. IV.

Diuis. in monachos

Etsi ab initio vnum genus monachorum fuit, abiit tamen progressu temporis in diuersas species: quas *religiones & ordines religiosorum* vocant, de quibus *L. Engel. p. 1. l. 1. t. 21. §. 1.* Conf. Baluz. *ad Saluian. pag. 379.* & *pag. 425.* præcipue vero in *monachos* vel *canonicos*: promiscue enim olim ita dictos docet H. Conring. *diss. III. de antiq. academ.* simpliciter ita dictos, Gratian. *cau. 16. q. 1. post can. 39.* & in *canonicos regulares*, *cau. 19. q. 3. c. 2. & 3. cap. 9. & 10. x. de regular.* qui etiam *monachi presbyteri* & *monachi sacerdotes* vocari videntur *cau. 16. q. 1. c. 24, 25.* quorum hi etsi a monachorum consortio non putentur seiuncti, *cau. 20. q. 3. c. 4.* regulæ tamen inseruiunt laxiori, inquit Innocentius III. *c. 5. de stat. monach.* Videlicet, vtrisque

V. capitul. Caroli Calui p. 241, & V. Gregor. M. l. 1. ep. 40. Baluz. ad Lup. p. 375.

que *communia* sunt tria, quæ *substantialia* vocant, & ad perfectionis Christianæ studium, demto abusu, apprime faciunt: primum est, propriæ voluntatis renunciatio, h. e. sui abnegatio, studiumque perfectæ *obedientiæ*, & sequelæ voluntatis diuinæ. *Rom. XII, 2.* S. Lupus *epist. 29.* Alterum, *proprietatis abdicatio*, possidendo bona temporalia, quasi non habentes ea, & cum animo ita præparato, vt omnia propter Christum alienare velint: tertium vt concupiscentiæ carnis renuncient, & castitatem seruent *1. Ioh. II, 16. 1. Cor. VII, 25.* Carpzou. *decis. 114.* Ex quibus postmodum *tria vota*, obedientiæ, paupertatis & continentiæ condita, & virtutibus perfectionis suffecta fuerunt. Conf. Saluian. *pag. 47. & 309.* Baluz. *ad eund. pag. 379.* Gudelin. *de I. nouiss. 6, 10. p. 408.* Concil. *prou. Mogunt. fol. 97.* Erasm. *in epist. IV. Hieron. p. 33. fin.* Quibus ipsis quum monachi siue religiosi magis atque strictius obligentur, quam *canonici regulares*, quippe qui ob functiones publicas inter homines versentur, quemadmodum *clerici & canonici seculares.* L. Engel. *l. 1, 21. §. 1. n. 15.* Ideo hi *regula laxiori* dicuntur inseruire. (a)

Otfrid. in 15, 103.

(a) De voto obedientiæ *vide acta eruditorum 1685. pag. 567.* Abusus voti continentiæ abrogant canones. *Vide Reginonem app. 1. c. 5, 7, 8, 9.*

§. V.

& regulares. Ceteroquin habet quælibet religio siue secta vel ordo monachorum & regularium, præter illas tres generales, etiam suas *proprias regulas*, v. g. ieiunii, silentii, certarum precum & mortificationum, abstinentiæ a carnibus, & alias quas quilibet auctor atque conditor suis præscripsit. Harum quatuor præcipue recensentur. Prima & antiquissima ad *S. Basilium* refertur in orientali ecclesia, altera ad *S. Augustinum* in Africana, (*a*) tertia ad *S. Benedictum*, quam prout extat, H. Conringius *diss. III. de antiq. acad.* huic vt auctori suo non abiudicat. Conf. Lehm. *chron. Spir.* 2. 33. B. Bernhardi *tr. de pracepto & dispensat.* Mabillon *acta sanctor.* ordinis S. Benedicti. (*b*) Quarta denique *S. Francisci* est, quam qui profitentur etiam *minores* appellantur: de qua vid. *cap. exiit. 3. de V. S. in 6.* De *L. E. Germ.* 6: 2. ad cuius illustrationem faciunt acta a St. Baluzio nuper primum edita *lib. 1. miscell.* Hos infiniti conditores aliorum ordinum secuti, de quibus Barbosa *l. 1. iur. eccles. c. 41.* Holstenii *codex regularum, quas SS. patres monachis & virginibus sanctim. seruandas præscripsere, collectus olim a S. Benedicto Anianensi abbate, Paris.* 1663.

(*a*)

(*a*) Regulam vide apud Augustinum *tomo* 1. *ad finem.* & ibi censuram Erasmi, qui eam non abiudicat Augustino, ac negat clericis scriptam, sed feminis, quæ in vnum collectæ sub moderatione sororis Augustini viuebant: eam præpositam vocare, sed omnium summam potestatem fuisse penes presbyterum. Nonnullis autem immutatis accommodarunt, inquit, eam viris &c. Sed vide *Goldastum apud Schobingerum pag.* 90. *tom.* 3. *rerum Alemann.*

(*b*) S. Benedictus pater monachorum in occidente. *Baluzius ad Lupum pag.* 381.

§. VI.

Etsi porro monachi generatim clerici non sint iure veteri, nec laicos tamen esse, verius videtur: quanquam posterius asserat M. Ant. de Domin. *l.* 2. *de rep. eccl. c. XII.* (*a*) Certe & a clericis & a laicis, velut medii generis, eos secernunt capitularia Francorum *l. VII. c.* 2. quod excerptum est e *concil. Chalced. can. VIII.* In quo ipso quidem concilio prohibitum fuit monachis, & ecclesiasticis & secularibus negotiis sese immiscere. Conf. Leidradi *epist. apud Agob. t.* 2. *pag.* 128. Ambrosii *Camald. Hodepor. A.* 1450. *pag.* 19. sed cum ea limitatione; *nisi forte propter necessariam caussam ab episcopo ciuitatis permissum fuerit, can. IV. cau.* 16. *q.* 1. *c.* 9, 11, 12. vnde liquet, capaces tamen iamtum fuisse monachos functionum ecclesiasticarum, etsi Ius administr. sacra.

 exer-

exercitium a vocatione populi & permissione speciali episcoporum dependeret. Gratian. *cau. 16. q. 1.* Ibi: *ecce in hoc cap.* (*b*) Iam tum tamen & postea monachi sibi ipsi contra canones confessiones suscipere, ligare & soluere soliti, vt constat ex *lib. IV. iur. Graeco-Rom. p. 342. d. cau. 16. q. 1. c. 9, 10, 21.* Progressu temporis *indulgentia pontificis Romani* ordines monachorum etiam sacra ecclesiae ministeria & intra & extra sua monasteria *inuitis episcopis* & Leone papa *cau. 16. q. 1. c. 19.* celebrarunt. Duaren. *l. 1. c. 20*, vbi chronologiae gradus. Qua de re quum episcopi in concilio Tridentino conquesti, & regularium generales de iure a pontifice Romano donationis titulo, longissimique temporis praescriptione quaesito exciperent: re ad pontificem & congregationem relata, obtinuit caussa monachorum. Vid. P. Suauis *histor. concil. Trid. l. 2. p. 185. & 850.* Hinc factum, vt hodie *clerici* in *seculares* & *religiosos* diuidantur, *L. Engel. p. 1. l. 1. pref.*

(*a*) Sed verum est de iure veteri, & qui *priuatim* erant monachi. De ceteris, qui *publico* instituto sunt monachi, non sequitur: quia non sunt clerici, ergo sunt laici: datur enim genus tertium, per *concilium Chalcedonense*, *Capitul. Franc.* Ratio iuris: quia separati sunt a seculo ad studium perfectionis Christianae, votiui, Na-

za-

zarzi. Capaces clericatus, clerici potentia, actu primo. Iure nouissimo inter clericos recepti.

Clerici iam { seculares, Priester, Pfaffen, religiosi, Ordens - Leute, Münche.

b) Conf. Hugo Floriac. *de reg. pot. & sacr. dign. l. 1. c. 12.*

§. VII.

Susceptio schematis & ordinis monastici etsi veteri iure dominium rerum suarum, & ius testandi de iis, atque transmittendi ad heredes ab intestato non impedit. *l. 20. C. de episc. l. vn. C. Th. de bon. cler. & monach. l. 33. C. de SS. eccl.* Iure tamen Iustinianeo hunc habet effectum iuris, vt dominium rerum suarum monachus transferat ad monasterium (a) *Nouell. V. c. V.* Auth. *ingressi. C. de SS. eccl.* Cuius rei ratio est, quod ius monasterii & potestas abbatis habet effectum patriæ potestatis, docente Vrbano II. *cau. 19. q. 3. c. 3.* vnde non seruis, sed filiisfamilias monachi comparandi. Vid. *diff. §. 12.* Salua tamen liberorum legitima. *Nou. 123. c. 38.* Auth. *si qua mulier. de SS. eccl.* Cau. *19. q. 3. c. si qua.* & dote ac donatione propter nuptias vxoris, *d. nou. V. c. V.* Auth. *nunc autem C. de ep.* A quo iure C. Rittershusius ex Bartolo recedere vult ius canonicum, ita vt hoc iure monachus possit

Effectus.

Reg. V. tamen Greg. M. l. ep. 44.

Rat.

Lim. 1. Diff. §. 12. contra Engel. p. 486.

2.

3. Reiic.

de bonis suis loco praebendae relinquere, *lib. VII. diff. I. C. & C. c. IV.* sed per loca adducta id non probauit. Verius igitur est, nullam heic esse differentiam, adeo vt nec *peculium* habere possit monachus, nisi ex concessione praelati, & reuocabile quandocunque, *cap. 2. 4. & 6. X. de statu monach.* Conf. Gerg. M. *l. 1. ep. 40. & 42.* L. Engel. *p. 1. l. 1. t. 22. n. 1, 2. & t. 21. §. 2. n. 1. 9. 18.* Exerc. nostr. *ad ≈. XXVII. §. 90.*

(*a*) Non ad fiscum. Et demto iure testandi post ingressum siue professionem. Quae tamen potestas reddita per nou. 123. Auth. *si qua mulier.*

§. VIII.

Ampli Quod adeo verum est, vt, quamuis per canonicam electionem *monachus* eligatur v. g. *episcopus*, tamen non recipiat ius sibi acquirendi, cui semel renunciauit: sed quaecunque post confirmationem acquirit, acquirat *ecclesiae* suae, *non monasterio* amplius: prout decisum in concilio apud Altheum A. C. 916. a Conrado I. Imperatore & Iohanne X. papa celebrato, & habetur in *can. vn. q. 1. cau. 18.* Dissentit L. Engel. *p. 1. l. 1. t. 21. §. 4. n. 17. 18.* sed communis sententia verior videtur. Infra *1: 12. fin.* (*a*)

(*a*) An habitum monachalem episcopus factus deponere possit? disputatum sub Carolo iuniore. *Vid. Flac. test. verit. pag. 177.*

§. IX.

§. XI.

Curam, inspectionem, atque directorium super personas & res monasterii qui habet, ABBAS est, qui & *pater* vocatur *can. 19. q. 3. c. 3.* Archimandrita, *l. 53. pr. C. de episc.* Quod munus etsi per se non est de ordine clericorum, vt tamen laicorum sit, ratio iuris prohibet, quum a negotiis secularibus totus monachorum chorus separatus sit, DEOque dicatus. *Concil. Chalced. c. 3. dist. 36. c. fin.* Capitul. Franc. *l. 1. c. 22.* adeoque tertium saltem genus personarum constituat, quod ecclesiastici generis dicitur, & clericorum ordini & laicis contradistinguitur. Conf. capitular. *lib. 1. c. 69. c. 38.* LL. Long. *l. 2. 4. 56. c. 18.* Abbates quandoque episcopis prælatos obseruat St. Baluz. *ad Agob. pag. 73.* Honau monast. apud Königshou. *p. 1139.* Abbas generalis est, qui ordini integro præpositus, vt Ambrosius Camaldulensis, eremitarum. (*a*)

Abbas ecclesiast.

(*a*) Ordo Præmonstratensis ab initio præpositum, non abbatem habuit. *Caes. Heisterb. 4. 62.*

§. X.

Fuisse tamen abbatias quandoque *laicis* & secularibus statibus concessas a principibus, negari non potest, ita, vt per *decanos* vel *præpositos* aut *priores* rexerint mona-

Quandoque & laicus.

nachos. Aimo *lib. 5.* Quo pertinet capitul. Franc. *lib. 2. c. 8.* *Abbatibus quoque & laicis specialiter iubemus, vt in monasteriis, quæ ex nostra largitate habent, episcoporum consilio & documento, ea quæ ad religionem canonicorum, monachorum, sanctimonialium pertinent, peragant, & eorum salubrem admonitionem in hoc libenter audiant & obediant.* Vid. Seruatus Lupus, abbas Ferrariensis, de statu abbatiarum regiarum, monachorum & disciplinæ ecclesiasticæ sub initium seculi noni, a *St. Baluzio* emendatus & illustratus. Boxhorn. *hist. vniu. ad A. 888.* Atque hæc monasteria videntur ea esse, quæ dicuntur *in mundio palatii* esse. *LL. Longob. l. 3. t. 1. c. 19. l. 2. t. 56. c. 18.* Conf. Lehmann. *l. 2. chron. Spir. c. 33.* de Weissenburgensi & Erffurtensi ad S. Petrum. Alteserr. *de ducib. & comitib. prouincial. c. XIII.* (a)

(a) Tamburingus de iure abbatum & aliorum prælatorum; & de iure abbatissarum. *Lugduni, 1650. 2. vol.*

§. XI.

sub episcopis.

Quum vero monachi & abbates veluti religiosi ad genus ecclesiasticorum pertineant, consequens est, eum qui totam ecclesiam, ad quam illi pertinent, regit, etiam hanc eius particulam sibi subiectam habere regulariter h. e. episcopum. *Concil.*

Chal.

Chalc. c. 3, 4. dist. 86. c. peruenit. cau. 16. q. 1. c. 12. cau. 18. q. 2. c. 10. 11. 15. 16. 17. 18. 19. Capitul. Franc. *l. 2. c. 8. l. 5. c. 25. 78. seq.* Bosquet. *ad l. 1. Innoc. III. ep. 7.* Regin. *app. 1. c. 32. seq.* Exemtio igitur a iurisdictione episcoporum probanda abbatibus. Baluz. *ad Lup. p. 353.* Quæ tamen ipsa exemtio non impedit, quo minus episcopus inspectionem habeat in monasteria exemta, saltem iure delegati. (*a*) *c. vn. fin. de stat. regular. in 6.* Concil. Trid. *sess. 25. de reform. c. 9. & 14.* Diploma *Ottonis M. apud Meibom. t. 1. p. 753.* Exemti.

(*a*) Itemque ius ordinandi. *Diploma Ludouici pii monasterio Eberibeimensi datum.* In quo ipso ius eligendi concessum fratribus, de quo *Vide Baluzium ad Lupum pag. 374. & 388.*

Monachis non licuit peregrinari, nec Romam vsque, sine permissu episcopi. Baluz. *ad Lupum pag. 439.*

§. XII.

Quibus modis potestas in monachos acquiratur, explicat regula concil. Tolet. IV. *c. 48. Monachum aut paterna deuotio, aut propria professio faciat. Quicquid horum fuerit alligatum, tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad seculum interdicimus regressus.* Conf. Gregor. M. *l. 1. ep. 48.* Quæ confirmata in concilio Wor- Quib. mod. fiant monach. I. R. Iurisp. med.

Wormatiensi *can. V. & VI.* Conf. *can. 20. qu. 1.* St. Baluz. *app. ad Saluian. p. 451.* Restringitur tamen hæc parentum facultas vsque ad annum XIV, (a) ex quo propria professione monachatus suscipi poterit. *Concil. Tolet. XI. c. 6. cau. 20. quest. 2. c. 1.* Deinde *iure veteri* nec effectus paternæ deuotionis vltra XIV. annum sese exserebat ex parte liberorum: & liberum erat liberis traditis (b) a parentibus ad secularem habitum reuerti, quia satis inutile sit, vt coacta seruitia domino præstentur, vt Marcellus papa decreuit, *cau. 20. q. 1. c. 10.* & Leo I. approbauit, *d. q. 1. c. 8.* sed & Eugenii II. tempore id adhuc viguit, *d. q. 1. c. 9.* Conf. *concil. Eliber. c. fin.* Conc. Mogunt. *c. 23.* Quod ius per *concil. Trid. sess. XXV. cap. 15.* ne professio fiat ante XVI. annum expletum, ante facta nulla sit, reductum. L. Engel. *p. 1. l. 1. t. 21. §. 2. n. 3.*

Exc. 1.

2. I. vet. & nou.

(a) *XVIII. Regino app. 1. c. 34.*

Traditio dicta, quia etiam cum bonorum aliquorum immobilium traditione fieri solita. *Baluz. d. l.*

Consuetudo, ne vltra septennium recipiatur. *Cæsar. Heisterb. l. 6. c. vlt.*

§. XIII.

II. R.

Altera ratio est *professio* in genere propria siue votum de suscipienda religione, siue expresse, siue tacite fiat, *d. c. 20. q. 1. & cap.*

cap. 22. de regular. & passim. (*a*) Quæ professio siue deuotio tunc vim habet, quum non solum propositum corde concipitur & ore enunciatur, sed etiam subsequenti obligatione se reum voti quis facit, monasterio vel abbati se tradendo aut promissionem scribendo, *cau. 17. q. 17. per tot.* Nec impediunt sponsalia contracta, vel etiam nuptiæ concubitu nondum consummatæ, *c. 2. x. de conuers. coniug.* Sin matrimonium est consummatum, professio non valet & profitens ex monasterio reuocari potest, *c. 1. x. de conuers. coniug.* L. Engel. *p. 1. l. 1. t. 23. n. 9.* Conf. St. Baluz. *ad Agob. pag. 135.* C. Zigl. *ad Lancell. 2, 16, 4.* Baluz. *ad Lup. pag. 370.* Declar. Voti oblig. I. R. Ampl. Regin. app. 1. c. 51.

(*a*) Professio hæc vocatur CONVERSIO *t. t. de conuersione coniugator.* Quibus modis & intentionibus ea fiat vide *Cæsar Heisterb. l. 1. c. 5.*

§. XIV.

Cum votum legitimum iure diuino & humano in perpetuum obliget, *c. 7. x. de voto.* Gregor. M. *l. 1. ep. 33. & 40.* (*a*) regulariter ius monasterii in monachum semel quæsitum nunquam dissoluitur, nisi morte. Excipitur tamen, si ad clericatum & ecclesias seculares promouetur, *supra* §. 5. Deinde si vouens non habet liberum vouendi voluntatem, veluti infra pu- Q. m. solu. R. Exc. 1.

pubertatis annos, quo vsque parentibus vel tutoribus facultas est, id factum irritum facere, *can.20. q. 2. c. 2.* Postea non item. L. Engel. *p. 1. l. 1. t. 21.* §. *2. n. 1.* Denique & illud adiiciendum, dari monasteria, in quibus monachi vel canonici votis illis religiosis non astringuntur, sed more clericorum secularium viuunt, & appellantur *abbatiæ* & *prioratus seculares.* Duaren. *l. 1. de S. eccl. min. c. 22. Weltliche Stiffter.* Vid. etiam Chemnit. *exam. concil. Trid. p. 3.* Conf. Iac. Middendorpii *histor. monastic.* Alteserræ *asceticῶν siue origin. rei monast. libri X. Paris. 1674.* (b)

(a) *Ad Vinantium, cancellarium Italiæ, exmonachum.* Regino 2. *164. seqq. app. 1. c. 46. seqq. c. 51, 60. seqq.*

Etsi crimine votum violatum, obligatio tamen manet. *Bachiarius epistola ad Lanuarium.* Vixit tempore S. Augustini. *Bibl. pat. t. 1. pag. 419.*

(b) Acum secum portare, signum monachi. *Cæsar. Heisterb. l. 6. c. 15. seqq.*

TIT.

TIT. XII.

DE SACRIS ORDINIBVS EQVESTRIBVS. (a)

Diff. §. 15.

§. I.

Natura.

EQuestris ordo, plerisque in regnis & prouinciis receptus, iure Romano inter senatorium ordinem & plebeium constituebat intermedium fere: iure Teutonico etiam altiores petit gradus, qua de re in iuris publici expositione. Etsi vero *ordo equestris* in republica regulariter est *secularis*, ad ciuilem societatem pertinens: est tamen etiam *ecclesiasticus*, qui & *religiosus* dicitur, quod religionem Christianæ ecclesiæ contra impugnatores, defendere armis, voto sese obstringat. Vid. Limnæi *I. P. lib.* 6. 2, 11. & 53. Ant. Matth. *de nobilit. l.* 4. *c.* 14. 1. 3, 6.

(a) *Vide* Aub. Miræi opera *de originibus monasticis: de ortu & progressu Carmelis: de statu religionis per vniuersum orbem: de equestrium seu militarium ordinum origine, statutis, symbolis, & insignibus*. Coloniæ, 1643. 4. *vol*.

§. II.

Præcipuus equestrium ordinum ecclesiasticorum est ordo equitum S. *Iohannis*, qui Origo.

& de insula Rhodo atque Malta cognominantur. Huius ordinis origo ad seculum duodecimum refertur. (*a*) Quo ipso quoque cœpit ordo *Teutonicus* equitum Hierosolymitanorum siue hospitaliorum S. Mariæ Hierosolymitanæ: de quo Henrici VI. Imperatoris constitutio de anno 1195. Itemque *Templariorum* ordo, a templo Hierosolymitano appellatus, eodem seculo ortus, postea internecioni datus: sed & alii plures ac speciales quoque in certis nationibus. (*b*)

(*a*) De hoc exstat relatio Christiani de Osterhausen, 1650. *August. Vindel.* Idem Megiseri, 1617. *Lipsiæ.*

(*b*) De Templariorum damnatione in Gallia Pet. Puteanus *Paris.* 1654.

§. III.

Effectus in genere.

De his porro dubitatum fuit, vtrum inter personas sacras & prælatos sint referendi? quod cultui diuino immediate, vt clerici non incumbere debeant, sed militiæ seculari. Gl. *in cap. quia contingit. X. de religios. domib.* Obtinuit tamen, vt inter prælatos & ecclesiasticos ordines referantur, quoniam militiæ quidem, sed pro ecclesia & votis religiosis susceptis, deputati sunt, & ob id beneficia ecclesiastica possideant, quæ *commeatura*, *Comptureyen*, appellantur, eo quod commeatum militarem exinde ceperint, vt patet ex centum grana-

uaminibus nationis Germanicæ §.XXXIIX Generaliori vocabulo etiam *baliuiæ* vocantur, h. e. præfecturæ: ab illis differunt *commendæ* & *commendatores*, quando quæcunque beneficia ecclesiastica, & præbendæ alicui ad tempus quoad vsumfructum commendantur & conceduntur. Conf. Hortled. *de C. B. G. lib. V. cap. XX, 15.* Besold. *thes. pract. c. 31.* Gylman. *symphorem tom. 1. tit. 3. pag. 193.* & *tom. vlt. voc. Teutonici fratres.* Klok. *vol. 1. consil. 1. & X, 43. & 124.* Sekend. *T. F. St. p. 1. c. 4, 3.*

§. IV.

Speciatim ordo Teutonicus eiusque magister est status Imperii ecclesiasticus, inter archiepiscopos medium obtinens locum: quanquam non sine aliqua contradictione episcopi Bambergensis. Vid. Limn. *de I. P. tom. IV. 6. 2, 60.* De eorum iure territoriali vide Klok. *d. consil. 1. & 9. n. 589. sq. tom. 1.* Gylman. *symphor. p. 2. pag. 63. vot. 6.* in specie.

§. V.

De successione equitum Teutonicorum, qui, vt aliorum dominorum feudalium vasalli, feuda possident, quæsitum memini, vtrum ordo succedat, an qui alias iure feudali succedunt? Qua in re distinguen- Successio quæ Qu. 1.

dum inter feudum ipsum, velut rem immobilem, & inter mobilia & fructus feu-
R. dub. di. Quantumuis porro equites, vt alii religiosi, proprietati per votum paupertatis renuncient, exinde tamen non conficitur, quod dominium vtile *feudi ipsius* post mortem suam ad ordinem transmittant: quia ex ratione iuris feudalis dominium
R. dec. vtile inuito domino, aut agnato proximo alienari nequit, ne quidem expresse, multo minus tacite: & conf. *l. si quis presbyt.*
Qu. 2. *20. C. de episc.* Sed quantum ad *mobilia* & *fructus* extantes attinet, iuris quidem
R. dub. communis est, ista regulariter acquiri vasallo, quoad proprietatem & transmitti consequenter ad heredes. Verum enim vero exceptio est hoc tali in casu, quando
R. dec. vasallus renunciauit propriæ possessioni, ita vt acquirat proprietatem harum rerum ordini suo, & vsufructu earum viuus tantum gaudeat, adeoque ad heredes allodia-
Exc. 1. les non transmittat. Id quod tamen salua *liberorum legitima* intelligendum vide-
2. tur, in cuius præiudicium nec testamentum nec votum valet. Adde alteram exceptionem *supra 11, 8.*

TIT.

TIT. XIII.

De

SCHOLIS ET VNIVERSITATIBVS.

10. C. 52.
11. C. 18.
12. C. 15.
5. x. 5.
Diff. §. 15.

§. I.

CVm scholæ quæ & *studia* vocantur *seminaria* sint *ecclesiæ* reique publicæ summa huius potestas, quæ vtramque saluam vult esse, id agit, vt scholæ bene sint constitutæ, in quibus adolescentes, discendi cupidi a professoribus & magistris, in literatura, quæ omnium virtutum magistra est, *l. 1. C. Th. de decur. V. R.* informentur, vt eis legitimo spatio peracto possint ecclesiæ & reipublicæ partes gubernandæ concredi. Iustin. *proœm. Instit.* Defin. 27, 14.

§. II.

Hinc & Imperatores iure maiestatis in vtraque Roma & alibi, itemque reges in certis vrbibus scholas instituerunt: & in ecclesiis cathedralibus, nec non in monasteriis scholæ sub episcoporum & abbatum regimine viguerunt: vnde aliæ *regiæ*, aliæ *episcopales* vel ecclesiasticæ, aliæ *mona-* Diuis. 1.

steriales fuerunt. H. Conring. *de antiq. academ. diss.3.* quum ius constituendi ad summam reipublicæ & ecclesiæ potestatem pertineat. Iustin. *constit. ad antecess.* §. *10.* Concil. in Trull. *c. 71.* M. Steph. *de iurisd. l.3.p.2.c.2.n.215.* Sekendorff. *T. F. St. 2, 14.* Carpz. *l.1. def. eccl. 8. 9. & 2. def. eccl. 396, 7.* Struu. *de iur. feud. c. 6, 14, 4.* Sithm. *de iur. episc. c. 12, 87.* Atque hinc academiæ *forum* sortiuntur, non in curiis prouincialibus, sed coram senatu ecclesiastico vel regimine aulico regulariter. Carpz. *l. 3. def. eccl. 12.*

§. III.

Aliter diuiduntur in *particulares*, quibus pars literaturæ inferior docetur, quæ & *triuium* & *quadriuium* appellatur: & vniuersales, quæ & *vniuersitates* atque *academiæ*, vbi omnis aut pleraque & diuinarum & humanarum rerum doctrina docetur. Vid. *diss.* §. *15.*

§. IV.

Medium inter eas *gymnasia* constituunt, postquam non omnes scholæ vniuersales ius *gradus* & honores academicos conferendi obtinuerunt. Quod ius cœpisse seculo XIII. annotauit H. Conring. *diss. antiq. acad. IV.*

§. V.

§. V.

Corpus academicum constare solet ex diuersis collegiis, inter quae praecipua, quae FACVLTATES appellantur; quarum quatuor sunt, & theologiam, iurisprudentiam, medicinam & philosophiam p[illegible]fitentur, & quaelibet discentibus suis test[illegible]monium publicum & dignitatem vel doctoris, & licentiati, vel magistri, & baccalaurei, conferendi suo modo facultatem habet. Carpz. 2. *def. eccl. 397.* Limn. *de iur. publ. l. 8. c. 1, 70.* Quaelibet regitur a DECANO, quod officium alternatim obiri solet, de cuius partibus idem Carpzou. 2. *def. eccl. 401, 413.* assessores & adiuncti facultatum differunt per se a professoribus, etsi saepius coincidant. Idem *d. def. 402. fin.* Singulae subsunt rectori & senatui academico, nisi exemtionem hactenus impetrarint, vt quaelibet facultas iure schriftsassiorum, summae potestati circa sacra immediate subsit, vt in academia Lipsiensi. Idem *d. def. 402.* Facultates IV.

§. VI.

Gaudent academiae vel vniuersitates dignitate praelatorum, siue statuum prouincialium ecclesiasticorum, itemque iurisdictione in ciues suae vniuersitatis per *authenti-* Iurisdict.

ticam Friderici I. Imperatoris. *habita C. ne fil. pro patre.* eaque ciuili non criminali, regulariter. Brunnemann. *in C. ad d. auth.* Sunt tamen qui putent, in dubio etiam merum imperium & caussas capitales iurisdictione academica contineri, quarum vero executio per iudicem secularem exercenda sit. Sithmann. *de iur. episc. c. XIII. 48.*

§. VII.

Rector & senatus.

Iurisdictioni & regimini academico praeest RECTOR & senatus: quorum hic ex corpore facultatum solet consistere, ille eligitur vel a senatu, vel a tota vniuersitate per nationalia collegia diuisa, nec exspectanda principis confirmatio specialis. Carpzou. *2. def. eccl. 398.* in cuius personam *iniuriae* factae *capitales* esse possunt. Idem *d. def. 398. 9.* Huic etiam *cancellarii* vel vice-cancellarii aut syndici etiam adiungi solent, quoad academiae administrationem: *procancellarius* vero in promotionibus constituitur, qui decanis promouendi potestatem largiatur. Sithm. *de iur. episc. c. 12. 87.*

§. IIX.

Profess.

PROFESSORES, qui & *magistri* dicuntur *t. t. x. de mag. strib* debent & ipsi pro-

promoti doctores vel magistri esse. Carpz. 2. def. eccl. 397. ad hoc saltem, vt in facultatem suæ professionis recipiantur. Ius *nominandi* professores est penes omnes facultates coniunctim, imprimis penes eam, vbi professio vacat, cum reliquarum consensu. Carpz. 2. *def. eccles.* 399. *def.* 400. & 402 *fin.* Excepto *ordinario*, siue præside facultatis iurisconsultorum, qui sine denominatione a solo principe constitui potest. Idem *def.* 401. Et quum *exspectatiuæ* in fraudem iuris nominandi de iure non subsistant. Idem *def.* 400. 5. Ex iusta tamen caussa potest princeps vel summa reipublicæ potestas etiam omissa denominatione eum, qui antea denominatus fuit, vel dignus iudicatus, constituere. Idem *def.* 403.

§. IX.

Pertinet ad iura academiarum, & ad cuiuslibet decanum facultatis *censura librorum*, ita tamen vt summa huius rei potestas reseruata sit principi, aut summæ reipublicæ potestati, eiusque consistoriis. *Concil. in Trullo c.* 63. & 68. (a) Lateran. *sub Leone X. sess.* X. Nicen. 2. *c.* 9. Carpzou. 2. *def. eccl.* 413. Sekend. *T. F. St. l.* 2. *c.* 14. Hist. *concil. Trid. lib.* 6. *pag.* 529. **Ius censuræ.**

(a) Kapitular 1. *anno 789. c. 76. Kapitul. 78.* Regin. *app. c. 1.* Baluz. *ad Lupum p. 365.*

§. X.

Studiosi fiunt ciues alicuius vniuersitatis per immatriculationem, & *iusiurandum* obedientiæ, iuxta statuta academica. Aduersus quæ qui peccat, reus fit, sed non præcise periurii, nisi speciatim quid iureiurando pollicitus id non obseruauerit, *l. 41. C. de transact.*

§. XI.

De *priuilegiis academicis* generatim Fridericus constituit in *auth. habita.* & latius explicarunt Rebuffus, & Oldendorpius *de iure singulari.* Ceterum *electio* interforum academicum & episcopale, quæ in dicta authentica studiosis concessa, desuetudine abolita est. Vid. Carpz. *process. 3: 9. 52. & 1. 27. def. 10.* Brunnem. *consil. pen.* Exerc. *ad ϖ. 30. 138.* (a)

(a) Iac. Benius *de priuilegiis ICtorum, Heidelbergæ 1611.* Christoph. Cuppenerius *ad auth. habita.* Iul. Pacius *ad eandem*, itemque Richterus.

TIT.

TIT. XIV.

De

IVRE PATRONATVS. (a)

Nouel. 57. 3, x. 38. Lancell. 2, 28 Diff. §. 17.

§. I.

Communia clericorum.

COmmunia clericorum sunt ipsorum constitutio, immunitates & excessuum coercitio. *Constitutio*, (*b*) quæ etiam *vocatio* laxiori significatione dici solet, distinctis conficitur actibus: quorum primus est ELECTIO & nominatio alter admissio ad concionem vel similem actum δοκιμαστικὸν publicum: sequuntur suffragia populi & VOCATIO proprie dicta: inde PRÆSENTATIO ad examen & ordinationem : ORDINATIONEM sequitur CONFIRMATIO & denique INVESTITVRA.

(*a*) Clericorum { essentialia { specialia, *supra tit. 7. l. 9 9.* / communia siue generica. *h t.* } / propria : obligatio & iura, *tit. 17.* / accidentalia : priuilegia *tit 18.* Pœnæ, *tit. 19.* }

(*b*) Modus procedendi nostrarum ecclesiarum

rum magis conformis est veteri iuri. Ratio differentiæ in officiis ipsis & functione.

§. II.

Electio libera.

Ius eligendi ministrum vel pastorem ecclesiæ diuino & humano ipsa obtinuit ecclesia, quæ illo indiget. *Act. 1, 15. 23, 24. c. VI, 3. 5. 6.* Duaren. *l. V. de S. E. M. c. 1.* supra *tit. 3. §. 15.* (a) Quemadmodum & abbatis electio conuentui monachorum competit *l. 47. C. de episc. & cler.* (b)

(a) Diuino, at permissiuo, non præceptiuo. Hulsman. *breu. theol. c. 19. 7.* contra *Gubert. Voet. de iure patronat.* cui respondit *Mart. Schok. exerc. 18.*

Supra II. II. vbi Baluz. *ad Lup. p. 388.* De sui ipsius electione *Cæsar. Heisterb. l. 6. c. 19.*

§. III.

restricta.

Iustiniani Imperatoris æuo inualuit, vt his, qui ecclesias fundarent, aut ministris earum alimenta assignarent, quos *doctores* posteri vocarunt, liceret earundem ministros aut pastores *instituere*, h. e. eligere & nominare. *Nouell. LVII. c. 2.* Conf. *concil. Tolet. IX. c. 2.* & antea *concil. Arausic. c. 9.* (a)

(a) Diss. *Dn. Stryk. ad Brunnem. 2. 8. 1.*

§. IV.

Saluo iure.

Vtut vero ecclesiæ hac ratione ius liberum eligendi certæ personæ pro præmio fun-

fundationis aut dotationis concesserunt, reseruatum tamen ipsis fuit nihilominus ius approbandi, aut reprobandi electum a patrono. *Nouell. 123. c. 1. & 18. Nou. 137. c. 2.*

§. V.

Itaque ius eligendi, quod antea omnium erat, ad certum indiuiduum restrictum *ius patronatus* dici coepit. Hulsm. *breu. c. XIX, 7.* Dissentit Besold. *thes. pr. voc.* Beruff der Kirchen-Diener *fin.* (*a*) De origine & progressu iuris patronatus Bosquet. *ad lib. 3. Innocentii III.* In nostris ecclesiis synonyma sunt: *Election*, *Collatur*, *Kirchenbestellung*, *Beruffung*, *Pfarrleben*, *Pfarrsatz*, Sekend. *T. F. St. p. 2. c. 13. 3.* etsi per se differant. Ius patronatus.

(*a*) Rem rediisse ad statum primaeuum, & patronis ius suum ademtum. Iurisdictionem episcopalem esse suspensam simpliciter, etiam quoad ius patronatus.

§. VI.

Extra caussam fundationis & dotationis locum non inueniebat ius patronatus, adeoque ceteroquin electio omni populo & clerico libera manebat, *dist. 63. c. 20.* Vnde diuisio ecclesiarum in *liberas* & *patronatas*. Carpz. *decis. 5. n. 6. & lib. 1. def. eccl. 21.* Et inde coepit vox *electionis* & *postu-* Eccles. liberae & patronatae.

stulationis. (*a*) de episcopis; *nominationis* de parochis vsurpari. Belold. *th. pract. voc.* Bischoff. Eiusdemque originis esse videtur, quod ius patronatus non esse *spirituale*, sed spiritualitati annexum dicatur. (*b*) Carpzou. *1. def. eccl. 13. num. 5. 6.* quum a laicis exerceatur. (*c*)

(*a*) Ad capitula restrictæ. Vid. *Dn. Stryk. ad Brunnem. p. 435.*

(*b*) Est reuera ius ecclesiasticum, ad ecclesiam pertinens, originaliter præsertim: spiritualia proprie ad S. liturgiam.

(*c*) In casu quoties ordines ecclesiæ dissentientes in electione non conueniunt, potest superior potestas ecclesiastica per tertii arbitrium rem expedire, exemplo *Gregorii M. l. 1. ep. 78.* vel per se.

§. VII.

Partes iur. patr.

Partes iuris patronatus sunt ius nominandi, eligendi & præsentandi. *Concil. Arelat. II. c. 35.* Lancell. *h. t. pr.* K. O. *t. vom Beruff §. 4.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 43: 5.* Finkelth. *de I. patr. c. 2. 11.* Spekhan. *3. cl. 1. q. 35. (3) 18.* Col. Arg. *h. t. th. 8, 10.*

§. IIX.

Vocatio.

Nostrarum Ecclesiarum obseruantia etiam *ius vocandi* ad naturam iuris patronatus pertinet. Finkelth. *d. c. 2. n. 14. & 19.* Carpz. *dec. V. n. 17. l. 1. def. eccl. 22, 1.* Hulsman. *breuiar. c. XIX, 7.* (*a*)

(a) Li-

(a) Literæ vocationis nouum institutum. *Iacob. Heinrichsman Vol. 3. consil. 22.* totum vocationis negotium tantum a patrono præsentante & episcopo confirmante peragi.

§. IX.

Sed inter has particulas essentialis est electio & præsentatio. Bertach. *repert. voce:* Patronus ecclesiæ; *& voce* præsentatio: quæ salua huius iuris substantia abesse non possunt. Ad naturam vero duntaxat pertinent *ius nominandi*, siue offerendi, recommendandi, *das Vorschlagungs-Recht*, itemque *ius vocandi*: ita vt vtrumque quidem regulariter insit iuri patronatus, salua tamen eius substantia abesse possit & alii, quam patrono competere. Herold. *decis. V.* Essentia & natura.

§. X.

Ius itaque *nominandi* potest etiam alteri competere, quam patrono. *Instr. pac. Osnabrug. art. VII.* §. *1.* & eatenus vulgo abusiue vocatur *præsentatio*, sed quæ non episcopo vel consistorio, sed ipsi patrono fit. In ecclesia Græca dicitur ius τοῦ προχειρίζεσθαι ἢ ὑποβάλλειν ὀνόματα eligendorum, ius præsentandi & commendandi candidatos populo ad electionem, penes quem est electio. Hulsm. *apolog. ministr. euang.* §. *VII.* Ita quoque princi- Ius recommendandi.

pes patroni solent nominatos a superintendentibus eligere & consistorio praesentare. (a)

(a) Diss. *Dn. Stryk. ad Brunnem. p. 433.* Nec enim sequitur: praesentatio & nominatio promiscue sumuntur, ergo per se non differunt. Differre probauimus.

§. XI.

I. voc. Similiter *ius vocandi* saepe solent habere senatus, communitates & paroeciani: quum ius patronatus sit penes principem vel alium. Carpzou. *l. 1. def. eccl. XXIX, 13.* vnde a iure vocandi ad ius patronatus probandum consequentia nulla est, sed *probatur* omnium fortissime per praesentationis actus. Finckelth. *de iur. patron. c. vlt.* Speckh. *3. cl. 1. q. 41.* Carpzou. *1. def. eccl. 21.* (a)

(a) Quaeritur: an patronus possit variare? hoc est, vno electo & praesentato & alium praesentare? Negatur de patrono ecclesiastico. De laico affirmat Lucius III. papa *anno 1180.* Alexander & Innocentius III. *cap. 24. & 29. x. de iure patron.* Brunnem. *1 8. 4. & ibi Stryk.* Sed nulla ratio est differentiae, quia essentia iuris patronatus consistit in electione & determinatione certi indiuidui: facta ergo eius praesentatione, res non est amplius integra, & cessat ius & officium patroni, nisi refutetur electus, vt inidoneus. Ius nouum canonicum in praeiudicium patronorum laicorum incautorum fuit introductum, vt cum ipsorum damno ipsis variare liceat, quo deuolueretur ius eligendi & determinandi ad episcopum.

§. XII.

§. XII.

Viciſſim plura ad ius patronatus referri poſſunt, quæ non ex natura eius fluunt, ſed ex pactis, aut legibus, aut præſcriptione. Itaque patronus quoque *defenſor* & propugnator eccleſiæ, quam fundauit vel dotauit dicitur. Duaren. *l. V. de S. E. M. c. 4.* quum tamen *ius protectionis* a iure patronatus ſua natura differat (*a*) *cap. 13. de elect. & el. pot. in 6.* Coll. Arg. *h. t. th. 14.* L. Engel. *2. 3. 16. n. 28.* Quo iure alias tenentur capitula a ſe electum notificare patrono laico aut protectori. (*b*) Sithmann. *de iur. epiſc. c. 3. fin.* Hortled. *l. 1. de C. B. G. c. 35. n. 70. c. 37. n. 330.* Ius defenſ. & protectionis.

(*a*) *Mundeburdium* etiam dicitur Francis & Alemannis. *Vide Reginonem Baluzii pag. 614.* Aduocatus eccleſiæ. In eccleſia patronata regulariter patronus eſt protector, ſed etiam eccleſiæ liberæ indigent protectore, qui ſpeciatim vocatur *aduocatus*.

(*b*) Lis inter Numburgenſem epiſcopum & electorem Saxoniæ Ioannem Fridericum.

(*c*) Brunnemannus 2. 8. 1. ius patronatus *regium* vocat: minus accurate. *Videndus ibidem §. 19.* & Dn. Stryk. *ad §. 30.*

§. III.

Pariter etiam patrono competere ſolent alicubi *iura ſacra* & epiſcopalia in eccleſia, cuius eſt patronus, veluti ius reformandi, ordinandi, inueſtiendi & remouendi. *Stryk.* Ius epiſc.

 ad

ad Brunnem. 2: 8. fin. Sed istud non fit vi iuris patronatus, sed ex præscriptione, consuetudine, vel pacto. *Instrum. pac. art. V. §. 29, 41, 47.*

§. XIV.

Cui I.P. competat. R.

Quemadmodum igitur ius patronatus regulariter competit fundatori vel (*a*) dotatori ecclesiæ, eiusque successoribus: ita in dubio atque si plures (*b*) de eo litigant, nec constat, vter fundator vel dotator eorumue successor sit, tunc is, qui in quasi possessione iuris huius bona fide deprehenditur h. e. qui vltimum actum præsentationis exercuit bona fide, præfertur. Carpz. *l. 1. def. eccl. 21.* Stryk. *ad Brunnem. 2: 8.* Sed & is, qui præscriptione XXX. vel XL. annorum hoc ius acquisiuit, pro patrono habetur, etsi de dotatione vel fundatione non constet, *arg. can. 16. Concil. Chalced.* Carpz. *dict. def. 21, 4.* Stryk. *ad Brunnem. 2: 8, 8.*

(*a*) An in feudo? an per fideicommissum? Vid. *Dn. Stryk. ad Brunnem. pag. 437. 445.*

(*b*) Regino *l. 242, ibi Baluzius pag. 344. & 566.*

§. XV.

3. Creditor quoque immissus in bonorum possessionem, exercitium iuris patronatus simul obtinet, quia illud est ius reale, inhærens fundo, ex quo dotatio forte facta, vel

vel cui ius hoc quæsitum legitimo titulo. Idem Carpz. *l. 1. def. eccl. 44, 4. ibi:* si non fuerint immissi. Dissentit Brunnem. *I. eccl. 2: 8, 16. & ibi:* Stryk. Vid. Herold. *consil. 1.* (*a*) Enimuero etiam emtionis & conductionis Dn. Stryk. p. 446. titulo, acquiri ius patronatus potest, si cum vniuersitate venditur, *c. 6. & 7. x. h. t.* Conf. Zigler. *ad Lancell. l. 1. t. 28. §. 13.* Memini & seorsim.

(*a*) Ratio dubitandi ex iure alimentorum *Brunnemann. 2. 8, 23.* Ergo præsumitur reseruatum. *Infra §. 31.* & beneficio competentiæ, *Ratio decidendi:* regulariter præsumitur immissio in omnia iura & emolumenta. Reseruatio vero non præsumitur in fraudem creditorum, quibus beneficium competentiæ non nocet.

§. XVI.

Atque quum plures quoque esse soleant compatroni, siue eiusdem iuris consortes, quoties hi in electione conuenire non possunt, res decidenda est à consistorio, ita vt eligatur vel is, quem maior pars optat, vel quem sors (*a*) eligit, vel per turnum vt compatroni alternis vicibus eligant. Carpz. *l. 1. def. eccl. 45,* Vid. Brunnem. 2: 8, 18. (*b*)

(*a*) Vid. *Molinæum ad consuet. Paris. s. 1. §. 13. gl. 1. pag. 261.*

(*b*) Vide *exemplum apud Gregorium M. l. 1. epist. 78.*

An clericus seipsum eligere possit? Negat *Brunnemannus*. 2, 8, 17.

§. XVII.

Limit. de voto neg. Ita vero ius patronatus libere exerceatur, vt tamen ius ecclesiae saluum sit. Itaque concurrere ad electionem nomine ecclesiae Superintendens dicitur voto negatiuo, habens ius intercedendi seu dissentiendi ob caussas sonticas. Carpz. *l. 1. dif. eccl. 37. sq.* Quod sic intelligendum, vt post factam a patrono electionem & denominationem, atque oblationem ad concionem pirasticam habendam, regulariter locus sit voto & suffragio superintendentis, neque deliberationi ipsi vt intersit superintendens necesse sit. Carpz. *d. def. 37. n. 11.* Nisi & hoc ipsum per consuetudinem vel conuentionem sit introductum. Idem *def. seq. 38. n. 2.* Quemadmodum vicissim consuetudine alicubi receptum, vt irrequisito superintendentis voto electio & vocatio fiat, *d. def. 38. n. 8.* (a)

(a) Magis est, vt vocatio non fiat inscio superintendente.

§. XIIX.

Qu. Quodsi princeps vel superior patronus superintendenti ius patronatus concessit, prin-

princeps nihilominus & adiungere superintendenti præfectum loci potest, ad hoc, vt vocationem ambo coniunctim expediant: & substituere pastori aliquem potest, mandans superintendenti & præfecto, vt vocationis literas exhibeant, *cap. dudum. 14. de præb. & dignit. in 6.* quia non priuatiue, sed cumulatiue & subordinate veluti præfecto ecclesiastico ius patronatus superintendenti concessum intelligitur.

§. XIX.

Qui eligendi. R. I. Ampl.

Qui iure patronatus gaudet, non tantum pastores & ministros ecclesiæ suæ eligere potest, sed etiam *scholæ* ad eam pertinentis ministros, quia & scholæ ad ecclesiæ statum faciunt. Supra *t. 13. §. 1.* Carpzou. *l. 1. def. eccl. XIV. & LXXIII.* Excipitur *superintendens* ecclesiæ, quam non patronus, sed princeps, iure summæ potestatis circa sacra constituit: quia tamen inspectionis cura & sollicitudo *pastori* concredi solet, itaque habet patronus ius nominandi quem in pastorem, & cum consensu principis vocandi, ac præsentandi, sed princeps deinde inspectorem vel superintendentem ipsum constituit in ceteras ecclesias, ad quas patroni ius extendi nequit. Carpzou. *l. 1. def. eccl. XIX, 12. art. gen. veteres tit. von Wahl und*

Exc.

Amt der Superint. Pariter nec ad ecclesiam *filiam* ius patronatus in ecclesia matre se porrigit, per canonistas communiter. Post *speculat. de iure patron.* Bertachin. *reperi. voc.* vnio.

v. 3, 13.

§. XX.

Rat. 1.

non notis, sed meritis.

Præ forensibus & peregrinis *indigenæ* & ciues eligendi sunt, si sunt idonei, vt hi incitentur ad bonas artes. *Concil. Aruern. c.* 2. Carpz. *l.* 1. *def. eccl.* 24, 25. Ch. S. L. Ordn. *de ann.* 1612. *§.* 15. *P.* 2. Conf. *l.* 11. C. *de episcop. & cler.* Abbas *in c. significati. X. de iur. patron.* sunt enim ciues rerum & ingeniorum patriæ peritiores, & habent quoque plus affectus & fidei in patriam. *I. Lips. l.* 3. *polit. c.* 4. *§.* 4, 5. Hortled. *l. V. c. XIII,* 2. Clasen. *de relig. polit. c. XV.* (*a*) Quemadmodum etiam *stipendiarius* academicus præferendus alii. *Ord. eccl. t. vom Beruff.* Carpz. *l.* 2. *def. eccl.* 25, 59. & 62.

§. 13. h.

3.

(*a*) Et pauperes potius, quam diuites. *Baluz. ad Saluianum pag.* 425.

§. XXI.

4.

Promotio hæc *secundum gradus* fieri debet regulariter, non per saltus, nisi propter singularem aptitudinem atque dona dispensetur a summa potestate. *Concil. Sardic.*

dic. c. 13. Innoc. I. *epist. 4, 5.* Art. Gen. 1. Ord. Eccl. *El. Sax. tit. wie ein Kirchen-Diener.*

§. XXII.

Prohibentur per veteres canones alterius dioeceseos ministri sollicitari. *Concil. Sardic. c. 18, 19.* Arausic. *c. 7, 8.* vnde & translatio regulariter prohibita, *tit. X. de trans. episcop.* Strauch. *amoen. I. can. eclog. IV. c. 7. sqq.* Conuictus criminis eligi prohibetur. *Can. Apost. 60.* Conc. Neocaes. *c. 9, 10.* Nicen. *c. 2.* Eliber. *c. 30.* confessus peccatum mortale, *Conc. Tolet. IV. c. 25.* Eunuchus, qui seipsum castrauit. *Can. Apost. 22, 23.* Concil. Nicen. *c. 2.* qui prob. Vid. can. Apost. 14. sq.

§. XXIII.

Eligendus & praesentandus est minister ecclesiae vel scholae more recepto & legibus sacris approbato, ex re ecclesiae aut scholae, non ex vtilitate propria. *(a)* Igitur non per *simoniam* siue nundinationem aut munera, *Can. Apost. 30.* Concil. Chalced. *c. 2. l. 31. C. de episc.* Concil. Aurel. *II. c. 3.* Turon. *II. c. vlt.* Tolet. XI. *c. 9.* Mogunt. *c. 30.* Constant. *sess. 43.* Ord. *eccl. Sax. elect. t. von Beruff.* §. 3. Carpzou. *l. 1. def. eccl. 4.* Conf. Cassiodor. *l. IX. ep. XV. & sq. (b)* Modus elig. R. Confect. I. Regin. I. 225. sqq. I.

Neque per *ambitum* & factiones. *Can. Apost. c. 31.* Conc. Constantinopol. VIII. *c. 12.*

(*a*) Id quod tribus modis fieri dicitur: per *inspirationem*, hoc est, vnanimi consensu: per *scrutinium*, hoc est, per maiora: & per *compromissum*, per deputatos. Vide *Lancellottum inst.* 1: 6. §. celebratur.

(*b*) Conring. *de electione Vrbani VIII. praef.* Lehmann. V, 22.

§. XXIV.

Neque per *nuptias* & affinitatem. *Can. Apost. 75.* Concil. in Trull. *c. 33.* Carpzou. *l. 1. def. eccl. 17. & 42.* Heig. *p. 1. q. 6, 57.* Clasen. *de rel. pol. c. 15.* Quod si tamen inter aequales doctrina & vita alter viduam, vel filiam antecessoris ducere vult, alteri praeferendus. Finkelth. *de I. patron. 6, 38.* Steph. *de iurisd. 3. 1, 19.* Spekh. 3: *3, 5.* Clasen. *d. l.* Brunnem. 1: 5, 16. Dissentit Tabor. *de obligat. success. in offic. c. 7.* Dedeken. *consil. vom H. P. Amt.* Quistorp. *piis desid. p. 97.* (*a*)

(*a*) Sed distinguendum inter vsum & abusum: abusus est in inidoneitate & in coactione & spe alioquin promouendi praecisa. Vsus vero fundatur in fauore erga defunctum & personas miserabiles non sine commoditate successoris.

§. XXV.

Cum tamen gratificatio quandoque de iure

iure locum habeat; *pauper* ditiori præferri poteſt. Carpzov. *l. 1. def. eccl. 26.* Conf. *Concil. Carth. III. c. 45.* Ceterum *reuerſales* literas ab eligendo patronus exigere nequit, quibus ſibi eum ultra effectum iuris patronatus obliget. Carpzov. *l. 1. def. eccl. 20.* Conf. *Concil. Conſtantinopol. VIII. c. 8. & 9.* §. 10. h.

§. XXVI.

Altera iuris patronatus pars eſt PRAESENTATIO ad examen & conſecrationem Carpzou. *l. 1. def. eccl. 43, 5.* concurrit tamen & hic *ſuperintendens* regulariter, ad hoc, vt conſtet de iudicio ac voto ſuperintendentis. *c. quod autem 5. X. h. t.* (*a*) Brunnemann. *1. 5. 18.* adeo, & ſolus ſuperintendens, conſenſu tamen patroni, præſentare poſſit. Idem *def. 46. 6. & def. 82.* Poterit tamen & ſolius patroni præſentationem admittere conſiſtorium, ſi de iudicio ſuperintendentis alias conſtat. Idem *def. 47.* Præſentatio.

(*a*) A conſenſu epiſcopi ad ſuperintendentem fit collectio: rectius ad conſiſtorium. Brunneman. *1. 5. 18.* localem conſuetudinem vocat.

§. XXVII.

Præſentare poteſt patronus vel eccleſiaſticus vel laicus. Ille vel præſens, per ſe, *c. 6. X. de his quæ fiunt a prælat.* quo caſu Modus præſ. ex parte patroni.

 pro-

probatio electionis fit per literas institutionis episcopi. Bertach. *repert. voce:* Praesentatio. Vel absens per literas, *d. c. 6.* Carpz. *l. 1. def. 48, 1.* Laicus si praesentat, tunc formula praesentandi non debet esse: *praesento vobis clericum, cui ecclesiam concessi vel contuli.* quia per electionem, quae fit iure patronatus, non, sicut in canonica electione, statim transfertur ius spirituale in electum, sed est quoddam initium ad institutionem obtinendam *d. c. 5. X. de iur. patron.* Verum formula haec praescribitur: *hunc clericum elegi vobis praesentandum*, siue: *praesento eum, & peto eum per vos institui.* Abbas *in c. fin. X. h. t.* Bertach. *repert. voc. patron. eccles.* Infra §. 37. *h.* (*a*)

(*a*) Vid. *Caesar. Heisterb l. 6. c. 13.* Hinc literae praesentationis diuersae a literis vocationis. *Vide infra* §. *cit.*

§. XXIIX.

Ex parte praesentandi. R. Praesentandus debet esse *praesens* in actu praesentationis, regulariter: nec enim dicitur praesentari, nisi exhibeat se sensibus corporis illius, cui fit praesentatio Bertach. *ex Gl. in voce:* Patronus. Carpz. *l. 1. def. eccl. 48. &* 83. Finkelth. *de I. patron. c. VI. 140.* praesertim quum ad examen & iuramentum praestandum praesentia requiratur;

Exc. 1. quod si tamen praesentandus alias notus sit

ſit, & probatæ fidei ac vitæ, vt examen remitti poſſit, poterit & *abſens* præſentari, quemadmodum & abſenti beneficium conferri poteſt, ex quo eſt cognitus a ſuperiore. *c. accedens 24. X. de prebend.* *(a)* *c. ſi tibi abſenti. 17. eod. in 6.* Bertach. *d. l.* Ceteroquin ſi morbo, bello aliove legitimo impedimento prohibetur ſe ſiſtere, tunc examen committi poteſt ſuperintendenti, præſtatio vero iuramenti & ſubſcriptio differenda: confirmatio tamen & introductio differri non debet, vt vult Carpz. *l. 1. def. eccl. 49, 50. & 84.* Brunnemann, *l. 5. 8.* a quo diſſentit Finkelthuſ. *l. c. n. 140.* *(b)*

(a) Textus loquitur de inueſtitura beneficii eccleſiaſtici, a qua ad examen non poteſt argui.

(b) Per *d. c. 24. x. de prebend.* non remitti comparitionem perſonalem ad examen. Carpzouii ſententia in foro eccleſiaſtico obſeruatur, nec ratio in contrarium & vetus praxis.

§. XXIX.

Cum patronus ius ſuum non niſi *vacante* officio eccleſiaſtico vel ſcholaſtico exercere poſſit, conſequens eſt, viuo vel exiſtente paſtore vel miniſtro non poſſe alium eligi, nec *exſpectatiuas* dandas eſſe. *Concil. Aurel. V. c. 5.* c. nulla *X. de conceſſ. prab.* Zachar. *papa epiſt. ad Bonifacium.* Carpz. Quando I. P. exercetur. R. I.

l. 1.

l. 1. def. eccl. XVI, 4. Multo minus actu alius *substituendus*. Nisi in casu necessitatis, quo pastor viuus non amplius sufficit functioni. Carpz. *d. def. 16. & 152.* tunc enim alius substitui potest, idque *cum spe successionis* regulariter. Vid. Brunnem. *2. 8. 20. vbi* Dn. Stryk. aut saltem, vt, si alius succedere debeat, ipse vel ad aliud officium ecclesiæ promoueatur, vel de alimentis ipsi prospiciatur. *Ord. polit. elect. Sax. de ann. 1612.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 16. 17. 18.* Neque ius est pastori, sibi aliquem substituere, *can. 23. concil. Antioch.* Carpzou. *l. 1. def. eccl. 17.*

Ext. de substitutione.

§. XXX.

R. 2. V. Regin. 1. 242. sq.

Temporis spatium, intra quod patronus tenetur successorem eligere, iure veteri trium mensium. *Concil. Chalced. c. 24.* annuum. *Concil. Carth. V. c. 8.* Postea iure pontificio spatium quatuor mensium laico: sex, ecclesiastico patrono a die notitiæ definitum. *c. vn. §. verum de iur. patr. in 6.* Nostris vero moribus, (in ecclesiis Saxonicis, illud præcise non attenditur, sed quia per sex menses, siue dimidium annum gratiæ viduæ defuncti parochi & heredibus vsusfructus concedi solet, eo saltem effluxo tempore, nec interim electo successore patronus a consistorio, vt intra

tra certum terminum peremtorium, v. g. XIV. dierum, præsentet successorem, cum clausula comminatoria, *daß in dessen Verbleibung die Pfarr* ex officio *vor dismahl und sonsten dem* patrono *an seinem* iure patronatus *vnbeschadet, ersetzet werden solle.* Ord. *eccl. elect. Sax. t. vom Beruff.* Carpzou. *l. 1. def. eccl. XV.*

§. XXXI.

Interea *officio vacante* administratio a consistorio per superintendentes demandari solet vicinis aliquot pastoribus, vel in oppidis diaconis, *cap. nemo 15. de elect. in 6. ibi gl. de commendis.* P. Suau. *hist. conc. Trid. pag. 279. & 561.* Ord. *eccl. d. l.* Carpz. *1. def. eccl. 162.* (*a*) Quibus non quidem ius est, aliquid exigere a vidua & liberis, honestum tamen est, vt hi illis *honorarium* dent. Carpz. *1. 163.* (*b*) At tempore *pestis* vicini non tenentur, sed nouus constituendus, vel substituto aut extraordinario ministro committenda administratio. Idem *def. 165. sqq.* Superintendentis autem munere vacante, interim sufficitur quis a principe. Idem *def. 168. sq.*

Vacante off. eccl. quid iuris

n. 17. 18.

(*a*) *Ratio dubitandi.* Debet statim nouus pastor constitui. *Ratio decidendi.* 1. Res spatium deliberandi requirit. 2. Viduæ afflictæ & liberis non est addenda afflictio, vt in continenti emit-

vocandi, per interrogationes parochianorum. (*a*) *1. Tim.* 3, 10. Tit. 1, 7. Concil. Nicen. *c.* 9. Laodicen. *c.* 12. Carth. *III*, 22. Carth. *IV. c.* 22. Aurel. *V. c.* 4. *l.* 31. *C. de episc. & cler. l.* 42. *coll.* Nouell. 137. *c.* 1. & 13. *c.* 1. Conf. Ael. Lamprid. *in Alex. Seuero.* Carpz. 1. *def. eccl.* 33. & 37. *sq.* Vnde mensis aut octidui spatio antea de suggestu parochianis nomen & natales praesentandi publicari solent, vt inquirere possint. Hulsmann. *Apol. M. E.* §. 1. & 20. non praecise viritim, sed a praecipuis de plebe, sed & tacitus consensus sufficit. *Conc. apost.* 37. Carpzov. *l.* 1. *def. eccl.* 30. 31. 32. nec rationes friuolae attendi debent. *Ord. eccl. el. Sax. t. wie ein Kirchendiener.* Interrogari solent parochiani per superintendentem. *Ord. eccl. el. Sax. t. vom examine. fin.* Carpz. 1. *def. eccl.* 35, 8. Alicubi etiam per patronum. (*b*)

(*a*) Licentia datur parochianis, rationes dissentiendi & dubitandi de idoneitate aperire. Decisio est penes potestatem ecclesiasticam.

(*b*) Regulariter per superintendentem: quia de facto patroni quaeritur, an idoneum elegerit, ergo non debet esse iudex in caussa propria. Deinde quia hic actus est pars actus aperturae suggestus, adeoque potestatis ecclesiasticae. Sed quia patronus habet ius & iurisdictionem aliquam in parochianos, itaque potest coniunctim actus fieri.

§. XXXV.

§. XXXV.

Concio piraſtica regulariter nunquam omittenda, vt conſenſus populi impetretur: vnde ea neglecta vocatus non admittitur ad ordinationem, ſed illa etiamnum habenda, Carpzou. *1. def. eccl. 33, 34.* Niſi ipſe populus *commendaverit* vocatum. *Ord. eccl. el. Saxon. t. vom examine* §. *fin.* Carpz. *l. 1. def. 36.* Neceſſitas.

§. XXXVI.

Poſtquam populus audiuit nominatum, & vel expreſſe vel tacite conſenſerit, vocatur nominatus. Carpz. *1. def. eccl. 39.* quæ vocatio non poteſt ad tempus fieri. Idem *l. 1. def. eccl. 41.* (*a*) Fieri conſueuit per literas. *Concil. Sardic. c. 2.* vel ſaltem verbis, vt circa organicos & cuſtodes ſolet obſeruari. Carpz. *def. eccl. 81.* Vocatio. ſcripta, §. 8. h.

(*a*) *Ratio dubitandi.* Natura miniſterii & officii id admitti: Ita vt & miniſter vel officialis poſſit dimitti, & ipſe reſignare, & conſtitui ad certos annos, intra quos non reſignet. Sicut & clauſula talis adiici ſolet mandatis, inſtructionibus, & reuerſalibus officialium *Ratio decidendi.* In reuerſalibus recte admittitur, vt dominus in tempore poſſit de alio ſucceſſore proſpicere ſibi. Sed vt ipſe dominus ſibi reſeruet liberam ſine cauſſa dimiſſionem, id in iure non fundatur, immo cum iniuria fit, quoties officium continet ho-

Amt der Superint. Pariter nec ad ecclesiam *filiam* ius patronatus in ecclesia matre se porrigit, per canonistas communiter. Post *specul. de iure patron.* Bertachin. *reperi. voc.* vnio.

1:3, 13.

§. XX.

Rat. 2.

non notis, sed meritis.

Præ forensibus & peregrinis *indigenæ* & ciues eligendi sunt, si sunt idonei, vt hi incitentur ad bonas artes. *Concil. Aruern. c. 2.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 24, 25.* Ch. S. L. Ordn. *de ann. 1612. §. 15. P. 2.* Conf. *l. 11. C. de episcop. & cler.* Abbas *in c. significati. X. de iur. patron.* sunt enim ciues rerum & ingeniorum patriæ peritiores, & habent quoque plus affectus & fidei in patriam. *I. Lips. l. 3. polit. c. 4. §. 4, 5.* Hortled. *l. V. c. XIII, 2.* Clasen. *de relig. polit. c. XV.* (*a*)

1. 23. h.

3. Quemadmodum etiam *stipendiarius* academicus præferendus alii. *Ord. eccl. t. vom Berüff.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 25, 59. & 62.*

(*a*) Et pauperes potius, quam diuites. *Baluz. ad Saluianum pag. 425.*

§. XXI.

4. Promotio hæc *secundum gradus* fieri debet regulariter, non per saltus, nisi propter singularem aptitudinem atque dona dispensetur a summa potestate. *Concil. Sardic.*

dic. c. 13. Innoc. I. *epist. 4, 5.* Art. Gen. I. Ord. Eccl. *El. Sax. tit. wie ein Kirchen-Diener.*

§. XXII.

Prohibentur per veteres canones alterius diœceseos ministri sollicitari. *Concil. Sardic. c. 18, 19.* Arausic. *c. 7, 8.* vnde & translatio regulariter prohibita, *tit. X. de trans. episcop.* Strauch. *amœn. I. can. eclog. IV. c. 7. sqq.* Conuictus criminis eligi prohibetur. *Can. Apost. 60.* Conc. Neocæs. *c. 9, 10.* Nicen. *c. 2.* Eliber. *c. 30.* confessus peccatum mortale, *Conc. Tolet. IV. c. 25.* Eunuchus, qui seipsum castrauit. *Can. Apost. 22, 23.* Concil. Nicen. *c. 2.* qui prob. Vid. can. Apost. 14. sq.

§. XXIII.

Eligendus & præsentandus est minister ecclesiæ vel scholæ more recepto & legibus sacris approbato, ex re ecclesiæ aut scholæ, non ex vtilitate propria. (*a*) Igitur non per *simoniam* siue nundinationem aut munera. *Can. Apost. 30.* Concil. Chalced. *c. 2. l. 31. C. de episc.* Concil. Aurel. *II. c. 3.* Turon. *II. c. vlt.* Tolet. XI. *c. 9.* Mogunt. *c. 30.* Constant. *sess. 43.* Ord. *eccl. Sax. elect. t. von Beruff.* §. 3. Carpzou. *l. 1. def. eccl. 4.* Conf. Cassiodor. *l. IX. ep. XV. & sq.* (*b*) Modus elig. R. Confess. I. Regio. II 223. sqq. I.

Neque per *ambitum* & factiones. *Can. Apost. c. 31.* Conc. Constantinopol. VIII. *c. 12.*

(*a*) Id quod tribus modis fieri dicitur: per *inspirationem*, hoc est, vnanimi consensu: per *scrutinium*, hoc est, per maiora: & per *compromissum*, per deputatos. Vide *Lancellottum inst. 1: 6.* §. celebratur.

(*b*) Conring. *de electione Vrbani VIII. praef.* Lehmann. V, 22.

§. XXIV.

Neque per *nuptias* & affinitatem. *Can. Apost. 75.* Concil. in Trull. *c. 33.* Carpzou. *l. 1. def. eccl. 17. & 42.* Heig. *p. 1. q. 6, 57.* Clasen. *de rel. pol. c. 15.* Quod si tamen inter aequales doctrina & vita alter viduam, vel filiam antecessoris ducere vult, alteri praeferendus. Finkelth. *de I. patron. 6, 38.* Steph. *de iurisd. 3. 1, 19.* Spekh. 3: 3, 5. Clasen. *d. l.* Brunnem. 1: 5, 16, Dissentit Tabor. *de obligat. success. in offic. c. 7.* Dedeken. *consil. vom H. P. Amt*, Quistorp. *piis desid. p. 97.* (*a*)

(*a*) Sed distinguendum inter vsum & abusum: abusus est in inidoneitate & in coactione & spe alioquin promouendi praecisa. Vsus verò fundatur in fauore erga defunctum & personas miserabiles non sine commoditate successoris.

§. XXV.

Cum tamen gratificatio quandoque de iure

iure locum habeat; *pauper* ditiori praeferri potest. Carpzov. *l. 1. def. eccl. 26.* Conf. *Concil. Carth. III. c. 45.* Ceterum *reuersales* literas ab eligendo patronus exigere nequit, quibus sibi eum ultra effectum iuris patronatus obliget. Carpzov. *l. 1. def. eccl. 20.* Conf. *Concil. Constantinopol. VIII. c. 8. & 9.* §. 20. h.

§. XXVI.

Altera iuris patronatus pars est PRAESENTATIO ad examen & consecrationem Carpzou. *l. 1. def. eccl. 43. 5.* concurrit tamen & hic *superintendens* regulariter, ad hoc, vt constet de iudicio ac voto superintendentis. *c. quod autem 5. X. h. t.* (a) Brunnemann. *1. 5. 18.* adeo, & solus superintendens, consensu tamen patroni, praesentare possit. Idem *def. 46. 6. & def. 82.* Poterit tamen & solius patroni praesentationem admittere consistorium, si de iudicio superintendentis alias constat. Idem *def. 47.* Praesentatio.

(a) A consensu episcopi ad superintendentem fit collectio: rectius ad consistorium. Brunneman. *1. 5. 18.* localem consuetudinem vocat.

§. XXVII.

Praesentare potest patronus vel ecclesiasticus vel laicus. Ille vel praesens, per se, *c. 6. X. de his quae fiunt a praelat.* quo casu Modus praes. ex parte patroni.

 pro-

probatio electionis fit per literas institutionis episcopi. Bertach. *repert. voce:* Præsentatio. Vel absens per literas, *d. c. 6.* Carpz. *l. 1. def. 48, 1.* Laicus si præsentat, tunc formula præsentandi non debet esse: *præsento vobis clericum, cui ecclesiam concessi vel contuli,* quia per electionem, quæ fit iure patronatus, non, sicut in canonica electione, statim transfertur ius spirituale in electum, sed est quoddam initium ad institutionem obtinendam *d. c. 5. X. de iur. patron.* Verum formula hæc præscribitur: *hunc clericum elegi vobis præsentandum,* siue: *præsento eum, & peto eum per vos institui.* Abbas *in c. fin. X. h. t.* Bertach. *repert. voc. patron. eccles.* Infra §. 37. *h.* (*a*)

(*a*) Vid. *Cæsar. Heisterb l. 6. c. 13.* Hinc literæ præsentationis diuersæ a literis vocationis. *Vide infra §. cit.*

§. XXIIX.

Ex parte præsentandi. R.

Præsentandus debet esse *præsens* in actu præsentationis, regulariter; nec enim dicitur præsentari, nisi exhibeat se sensibus corporis illius, cui fit præsentatio Bertach. *ex Gl. in voce:* Patronus. Carpz. *l. 1. def. eccl. 48. & 83.* Finkelth. *de I. patron. c. VI. 140.* præsertim quum ad examen & iuramentum præstandum præsentia requiratur,

Exc. 1.

quod si tamen præsentandus alias notus

fit

sit, & probatæ fidei ac vitæ, vt examen remitti possit, poterit & *absens* præsentari, quemadmodum & absenti beneficium conferri potest, ex quo est cognitus a superiore. *c. accedens 24. X. de præbend.* (a) *c. si tibi absenti. 17. eod. in 6.* Bertach. *d. l.* Ceteroquin si morbo, bello aliove legitimo impedimento prohibetur se sistere, tunc examen committi potest superintendenti, præstatio vero iuramenti & subscriptio differenda: confirmatio tamen & introductio differri non debet, vt vult Carpz. *l. 1. def. eccl. 49, 50. & 84.* Brunnemann, *1. 5. 8.* a quo dissentit Finkelthus. *l. c. n. 140.* (b)

(a) Textus loquitur de inuestitura beneficii ecclesiastici, a qua ad examen non potest argui.

(b) Per *d. c. 24. x. de præbend.* non remitti comparitionem personalem ad examen. Carpzouii sententia in foro ecclesiastico obseruatur, nec ratio in contrarium & vetus praxis.

§. XXIX.

Cum patronus ius suum non nisi *vacante* officio ecclesiastico vel scholastico exercere possit, consequens est, viuo vel existente pastore vel ministro non posse alium eligi, nec *exspectatiuas* dandas esse. *Concil. Aurel. V. c. 5.* c. nulla *X. de conceß. præb.* Zachar. *papa epist. ad Bonifacium.* Carpz. Quando I. P. exercetur. R. I.

l. 1.

l. 1. def. eccl. XVI, 4. Multo minus actu alius *substituendus*. Nisi in casu necessitatis, quo pastor viuus non amplius sufficit functioni. Carpz. *d. def. 16. & 152.* tunc enim alius substitui potest, idque *cum spe successionis* regulariter. Vid. Brunnem. *2. 8. 20. vbi* Dn. Stryk. aut saltem, vt, si alius succedere debeat, ipse vel ad aliud officium ecclesiæ promoueatur, vel de alimentis ipsi prospiciatur. *Ord. polit. elect. Sax. de ann. 1612.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 16. 17. 18.* Neque ius est pastori, sibi aliquem substituere, *can. 23. concil. Antioch.* Carpzou. *l. 1. def. eccl. 17.*

Exc. de substitutione.

§. XXX.

R. 2. V. Regin. 1. 242. sq.

Temporis spatium, intra quod patronus tenetur successorem eligere, iure veteri trium mensium. *Concil. Chalced. c. 24.* annuum. *Concil. Carth. V. c. 8.* Postea iure pontificio spatium quatuor mensium laico: sex, ecclesiastico patrono a die notitiæ definitum. *c. vn. §. verum de iur. patr. in 6.* Nostris vero moribus, (in ecclesiis Saxonicis, illud præcise non attenditur, sed quia per sex menses, siue dimidium annum gratiæ viduæ defuncti parochi & heredibus vsusfructus concedi solet, eo saltem effluxo tempore, nec interim electo successore patronus a consistorio, vt intra

tra certum terminum peremtorium, v. g. XIV. dierum, præsentet successorem, cum clausula comminatoria, *daß in dessen Verbleibung die Pfarr* ex officio *vor dismahl und sonsten dem* patrono *an seinem* iure patronatus *vnbeschadet, ersetzet werden solle.* Ord. *eccl. elect. Sax. t. vom Beruff.* Carpzou. *l. 1. def. eccl. XV.*

§. XXXI.

Interea *officio vacante* administratio a consistorio per superintendentes demandari solet vicinis aliquot pastoribus, vel in oppidis diaconis, *cap. nemo 15. de elect. in 6. ibi gl. de commendis.* P. Suau. *hist. conc. Trid. pag. 279. & 561.* Ord. *eccl. d. l.* Carpz. *1. def. eccl. 162.* (a) Quibus non quidem ius est, aliquid exigere a vidua & liberis, honestum tamen est, vt hi illis *honorarium* dent. Carpz. *1. 163.* (b) At tempore *pestis* vicini non tenentur, sed nouus constituendus, vel substituto aut extraordinario ministro committenda administratio. Idem *def. 165. sqq.* Superintendentis autem munere vacante, interim sufficitur quis a principe. Idem *def. 168. sq.*

Vacante off. eccl. quid iuris

1. 17, 16.

(a) *Ratio dubitandi.* Debet statim nouus pastor constitui. *Ratio decidendi.* 1. Res spatium deliberandi requirit. 2. Viduæ afflictæ & liberis non est addenda afflictio, vt in continenti e- mit-

mittantur ex ædibus parochialibus. 3. Vsusfructus & salarium solet etiam deberi &c.

(*b*) Honorarium non debetur, nec exigi potest actione ciuili a defuncti posteris &c.

§. XXXII.

Sicuti ad effectum iuris patronatus pertinet, protectio ecclesiæ §. 12. h. t. & eius iurium, cura ædium, reuerentia patrono debita: (*a*) & rationum ecclesiasticarum susceptio, vna cum inspectore ecclesiastico. Vide Stryk. *ad Brunnem. 2, 8, 26.* ita ipsa ordinatio vel administratio rerum dotalium ad ipsum haud pertinet. *Concil. Tolet. III. c. 18.* Tolet. IV. *c. 32.* Patronus tamen inops *alimenta* ex bonis dotalibus exspectare habet. *Conc. Tolet. IV. c. 37.* Finkelth. *c. 6, 163.* (*b*)

(*a*) Processionis aditus vocatur *can. 16. qu. 7. c. 27. c. nobis 25. x. de iure patron.* quo continetur (1) ius obuiandi illustri patrono processionaliter. Vossius *sit. serm. 4. 35.* Dn. Stryk. *ad Brunnemann. 2. 8.* (2) Primus locus, variat vsus. Consistorium Lipsiense præfert superintendentem patrono nobili, quasi loco episcopi.

(*b*) Quibus modis amittatur? *Lancellotus inst. 1. 28. §.* tollitur. Brunnemann. *2, 8. 28.* Coll. Arg. *§. 13. h. t.* Cessione: negligentia: interitu ecclesiæ: delicto: hæresi, &c.

§. XXXIII.

Concionem piriasticam. Ad concionem, vel similem actum *pirasticum*, admittendi nominatum facultatem

tem (a) non patronatus, sed superintendens a consistorio (b) impetrauit, iure delegati: quare patronus si absque eius consensu admiserit (c) nominatum ad pirasticam, actus est nullus & repetendus. *Ord. polit. el. Sax. de anno 1612. §. 5. p. 1.* Carpz. *1. def. eccl. 35. & 36.* Sin consistorium, remissa pirastica, vel & examine, Brunnemann. *1. 5. 24.* ad confirmationem admiserit nominatum, non habet superintendens, de quo queratur: nisi habeat caussas sonticas, ob quas non admitti debeat nominatus ad S. ministerium, quas allegare potest. Carpz. *l. 1. def. eccl. 37.* quis concedat.

(a) Facultas hæc & hic actus: aperire suggestum &c. est facultas & actus potestatis sacræ & ecclesiasticæ.

(b) Admissio hæc est effectus falsus iuris patronatus, & abusus.

(c) Sed quid, si nullum adest consistorium? veluti in Alsatia, inter nobiles &c. Extenditur tunc ius patronatus & supplet defectum consistorii & inspectoris ecclesiastici. Dependentia a conuentu ecclesiastico metropoleos, heic stabilienda.

§. XXXIV.

Concionis pirasticæ, similisve *probæ*, finis est, collectio suffragiorum ecclesiæ, ministerii nempe & parochianorum, siue inquisitio in doctrinam, mores & vitam Eius vsus.

vo-

vocandi, per interrogationes parochianorum. (*a*) *1. Tim. 3, 10.* Tit. *1, 7.* Concil. Nicen. *c. 9.* Laodicen. *c. 12.* Carth. *III, 22.* Carth. *IV. c. 22.* Aurel. *V. c. 4. l. 31. C. de episc. & cler. l. 42. eod.* Nouell. *137. c. 1. & 13. c. 1.* Conf. Ael. Lamprid. *in Alex. Seuero.* Carpz. *1. def. eccl. 33. & 37. sq.* Vnde mensis aut octidui spatio antea de suggestu parochianis nomen & natales praesentandi publicari solent, vt inquirere possint. Hulsmann. *Apol. M. E.* §. *1. & 20.* non praecise viritim, sed a praecipuis de plebe, sed & tacitus consensus sufficit. *Conc. apost. 37.* Carpzov. *l. 1. def. eccl. 30. 31. 32.* nec rationes friuolae attendi debent. *Ord. eccl. el. Sax. t. wie ein Kirchendiener.* Interrogari solent parochiani per superintendentem. *Ord. eccl. el. Sax. t. vom examine. fin.* Carpz. *1. def. eccl. 35, 8.* Alicubi etiam per patronum. (*b*)

(*a*) Licentia datur parochianis, rationes dissentiendi & dubitandi de idoneitate aperire. Decisio est penes potestatem ecclesiasticam.

(*b*) Regulariter per superintendentem: quia de facto patroni quaeritur, an idoneum elegerit, ergo non debet esse iudex in caussa propria. Deinde quia hic actus est pars actus aperturae suggestus, adeoque potestatis ecclesiasticae. Sed quia patronus habet ius & iurisdictionem aliquam in parochianos, itaque potest coniunctim actus fieri.

§. XXXV.

§. XXXV.

Necessitas.

Concio pirastica regulariter nunquam omittenda, vt consensus populi impetretur: vnde ea neglecta vocatus non admittitur ad ordinationem, sed illa etiamnum habenda, Carpzou. *1. def. eccl. 33, 34.* Nisi ipse populus *commendaverit* vocatum. *Ord. eccl. el. Saxon. t. vom examine §. fin.* Carpz. *l. 1. def. 36.*

§. XXXVI.

Vocatio.

Postquam populus audiuit nominatum, & vel expresse vel tacite consenserit, vocatur nominatus. Carpz. *1. def. eccl. 39.* quæ vocatio non potest ad tempus fieri. Idem *l. 1. def. eccl. 41.* (*a*) Fieri consueuit per literas. *Concil. Sardic. c. 2.* vel saltem verbis, vt circa organicos & custodes solet obseruari. Carpz. *def. eccl. 81.*

scripta. §. 8. h.

(*a*) ***Ratio dubitandi.*** Natura ministerii & officii id admitti: Ita vt & minister vel officialis possit dimitti, & ipse resignare, & constitui ad certos annos, intra quos non resignet. Sicut & clausula talis adsici solet mandatis, instructionibus, & reuersalibus officialium ***Ratio decidendi.*** In reuersalibus recte admittitur, vt dominus in tempore possit de alio successore prospicere sibi. Sed vt ipse dominus sibi reseruet liberam sine caussa dimissionem, id in iure non fundatur, immo cum iniuria fit, quoties officium continet ho-

 no-

norem, dignitatem & immunitates: quod ius quæsitum non poteſt auferri ſine cauſa. 2. Speciale quoque eſt in ſacro miniſterio, vbi ordinatio eſt perpetua, & habet effectum perpetuum, nec remotio eſt penes patronum.

§. XXXVII.

Præſentatio.

Vocatum patronus cum ſuperintendente præſentat & ſiſtit cum literis vocationis conſiſtorio, ad concionem piraſticam, ſi populus non diſſentit, ad examen, ordinationem & confirmationem. Carpz. *lib. 1. def. eccl. 43. & 46. n. 6, 10, 12.*

§. XXXIIX.

Examen.

Ceterum cum vocationis literæ atque diplomata ſoleant pure ac ſimpliciter, non vero ſub conditione, *ſi in examine idoneus repertus, conſenſum ſuperiorum meritus fuerit*, exhiberi & conſiſtoriis offerri: rationi iuris magis conſentaneum videri poſſet, vt *examen præcederet vocationem*, (*a*) & concionem piraſticam. Gerhard. *de miniſter. §. 169.* Brunnem. *1. 5, 23.* adeoque nominatus prius ad examen ſiſteretur, (*b*) poſtea vocatus ad ordinationem quoque præſentaretur a patrono. Eſt autem *examen* actus epiſcopi vel conſiſtorii (*c*) aut quibus hoc committere ſolet, quo tum in doctrinam tum in mores & vitam inquiritur nominati, vt informetur epiſcopus vel conſi-

ſiſtorium de idoneitate præſentati. *Concil. Nic. c. 9.* Carth. III. *c. 22. IV. c. 1.* Mogunt. *c. 3.* Lateran. *ſub Leone X. ſeſſ. XI. Trident. ſeſſ. VII. decr. 2. de reformat. c. 13.* De iure precum primariarum vid. *de L. E. Germ. VI: 5, 11. & in addend.* (d)

(a) Abuſus circa ordinem inter examen & vocationem: 1. inconueniens: vocare ſimpliciter, antequam idoneus repertus eſt. 2. inconueniens: vocare euentualiter. *Tu. ptus ex:itur* &c. Ergo tertium melius: vocare ſimpliciter, ſed poſt examen & approbationem.

(b) Et ad concionem piraſticam. *Gerhard.* §. 169. Brunnemann. 1, 5, 23.

(c) Vel magiſtratus etiam, qui conſiſtorium non habet: ſed gaudet iure epiſcopali, vel circa ſacra.

(d) Alias pro ineundo aduentu. *Alteſerra de duc. & comit. c. 9.* Vulgo *erſte Bitte* Imperatoris ad eccleſiam aliquam. Reliquiæ iuris circa ſacra hæ ſunt Imperatoris. Addatur Io. a Chokier in ſcholis de hoc argumento. *Coloniæ 1631.*

TIT. XV.

De

ORDINATIONE.

Dist. 65. sqq.-75. de consecr. 3. x. 7. Lancell. 1. 20. 2. 8.

§. I.

ORdinatio est actus sacer, (a) quo vocatus ad S. ecclesiæ ministerium segregatur a laicis, & in ordinem ecclesiasticum recipitur, eique potestas ordinis docendi & administrandi solenni manuum impositione & consecratione confertur ab ecclesia repræsentata S. ministerio. Estque hactenus iuris diuini, quoad separationem a laicis, & destinationem ad ministeria sacra *Act. XIII, 2. XIV, 26. 1. Tim. IV, 14.* Vocatur etiam consecratio, institutio, Græce ἱέρωσις, καθιέρωσις, καθοσίωσις, καθίδρυσις, χειροθεσία. a qua χειροτονίαν applausus, extensio manuum non differre vult Salmas. *appar. ad lib. de prim. papæ p. 178.* Conf. B. Strauch. *eclog. 3. amœn. I. cans t. XI.* Hulsm. *apol. min. euang. §. 9. & breu. theol. c. 19, 9. & supplem. c. 19, 3.* Concil. prou. Mog. *f. 213.*

Vid. §. seq.

(a) Actus sacer & sacramentum vi vocis non differunt: scilicet actus quo quis vel aliquid sacratur, consecratur. Sed sacramentum species est actus sacri, quo quis sacratur & vnitur cum Chri-

Christo, interueniente specie visibili, elemento; & re cœlesti, ad acquirendam salutem. Differt ergo ordinatio & sacramentum fine, elementoque benedicto, ex diuina institutione. Chrisma est oleum ex oliua, & balsamo admixto.

§. II.

Caussa effic. principalis, Ius ordinandi est presbyterii.

Ordinandi ius, cum reliqua potestate sacra, ecclesiæ a Christo per Apostolos acceperunt, quæ per ordinem ecclesiasticum vt alia iura sacra & hoc exercere solent, *2. Cor. IIX, 19. Ibi:* χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν *I. Timoth. IV, 14.* Art. Smalcald. *p. vlt. de potestat. & prim. pap. p. 353.* Hulsm. *breu. d. c. XIX, 10. suppl. §. 4.* H. Grot. *de imper. circa c. 10.* (*a*) Episcopi vero, exclusis presbyteris ius ordinandi iure humano quæsiuerunt. *Concil. Nic. c. XVII.* Hispal. II. *c. 5. & 7.* Siric. Papa *epist. 4.* Hulsm. *d. apol. §. 525.* Conf. L. Engel. *C. I. C. proleg. t. 5, 13.* Nec requiritur iurisdictio in ordinante. Hulsmann. *d. l. §. 26.* (*b*).

De L. E. G. I. 12, 15.

(*a*) Petauius *de potestate consecrandi sacerdotibus a* DEO *concessa, Parisiis 1639.*

(*b*) An presbyteri ecclesiarum euangelicarum iure fint ordinati. *Ratio dubitandi* 1. quia non ab episcopis, quibus ius ordinandi competit, fuerunt ordinati. 2. iurisdictio in ordinante requiritur. *Ratio decidendi.* Ad 1. *maior limit* qui non ordinatus ab eo, cui ius ordinandi competit iure diuino, is non rite ordinatus. Sed *minor negatur*: ordinati sunt nostrates

ab ecclesiis, quibus ius ordinandi iure diuino competit, & ex earum concessione, ministerio. Et quamuis episcopi etiam ex concessione ecclesiæ ius ordinandi excluso presbyterio obtinuerunt, potuerunt tamen ecclesiæ iure suo vti, & ex caussa iusta reuocare ius ordinandi, & presbyterio concedere, abrogatis episcopis. 2. Accessit consensus episcoporum per pacem religionis iam & ante. 3. iurisdictio non requiritur. Non requiritur plus in dante, quam quantum datur: sed non datur iurisdictio, sed tantum potestas interna siue ordinis, clauium.

§. III.

Causa effic. ministr. competentis.

Competens tamen esse debet, h. e. cui ab ecclesia illa ius hoc delegatum fuit: itaque *alienæ* ecclesiæ sacerdos ius ordinandi in alia non habet, *can. apost. 36.* Conc. Nic. *c. 17.* Carth. I. *c. 5.* Sardic. *c. 19, 26.* alias est irrita ordinatio. *Concil. Antioch. c. 13.* Carth. III. *c. 27.* Carth. V. *c. 3.* (*a*)

(*a*) Regino *1. 383. 399.* Excipe: si requiritur presbyterium alterius ecclesiæ. *Vid. dist. 71.* Sic hodie in vniuersitatibus pastores alienarum ecclesiarum examinantur & ordinantur. *Cæsar. Heisterb. l. 7. c. 40.*

§. VI.

An heterodoxi.

Etiam ab heterodoxo facta ordinatio in orthodoxa ecclesia valet, si essentialia ordinationis obseruata, etsi alia quæ non sunt iuris diuini superaddita. (*a*) *Can. Apost. 67.* *vbi Fr. Sylu.* Art. Smalcald. *p. 3. a. 10.* Holm. *breu.*

breu. c. 19. Supplem. §. 8. Apol. *min. eu.* §. 39. *fin.* & §. 58. Brunnem. *l.* 5, 20. (b)

(a) Similiter in baptismo.

(b) Dissentit et Caluinian. *Claudius.* Vide *acta erud torum* 1686. p. 450. quia schisma per concilium Tridentinum confirmatum: sed non valet consequentia, alias & rebaptisatio. Io. Claudii defensio reformationis aduersus librum Arnoldi: *praeiudicia contra Caluinianos Amstelodami* 1683.

§. V.

Regulariter ordinari nullus debet, nisi qui ad *certam* ecclesiam est *vocatus*, in qua functionem sacram obire possit *Act. VI*, 6. *c. XIII*, 2, 3. Concil. Nicen. *c.* 6. Chalced. *c.* 6. Mogunt. *c.* 22. *dist.* 70. Hulsm. *breu. c.* 19. §. 11. & *Supplem.* §. 5. Apolog. *min. euang.* §. 37, 38. Strauch. *amoen. I. can. eccl.* 1. *c.* 12. Conf. Struu. *de feud. c. VI.* §. 4, 2. Iure tamen pontificio locum habet ordinatio *generalis* sine titulo. *Concil. Trid. sess.* 23. *de reformat. c.* 16. Duaren. *l.* 1. *de S. eccl. minist. c.* 16. *fin.* H. Grot. *de imper. circa sacra c. X.* Bosquet. *ad Innoc. III lib.* 3. *epist.* 184. Hist. *Conc. Trid. pag.* 550. & 823. Brunnem. *l.* 5, 21. (a) — *Ordin. generalis.*

(a) Baluzius *ad Lup. pag.* 370. Etiam in ecclesia Anglicana. *Acta eruditorum* 1685, pag. 103.

§. VI.

Ordinatio confert ordinato ius ac facul- — *Ordin. effectus.*

cultatem in ecclesia docendi & administrandi sacramenta, inducit obligationem ad obeundum hoc ministerium per omnem vitam. *Concil. Chalced. c. VII.* Dicitur χάρισμα *1. Tim. IV, 14. 2. Tim. I, 6.* χάρις *1. Cor. III, 10.* χρῆμα sacerdotale *l. 3. §. 4. C. de S. Trinit.* Cingulum cœlestis militiæ. *Concil. Nicen. c. XI.* Siricius Papa *epist. 4.* Concil. Tolet. VIII. *c. 7. XII. c. 2. fin.* Lancell. *Inst. de pœnitentia §. 1.* Character. *Marsil. Patau. def. pac. I, 19. p. 95.* (a) Vnde scholasticorum *character indelebilis* natus. *Concil. Florent. c. 5.* quem concil. Trident. *sess. VII. can. de sacramentis 9. & sess. 23. cap. 4. & can. 4.* sub anathemate inculcauit. Vid. Hulsm. *breuiar. c. XIX, 12. & supplem. th. 6. sqq.* Hist. *concil. Trid. pag. 666.* Pallau. *9. 5.* Regulariter tamen ordinatio repeti non debet, *can. apost. c. 67.* Concil. Nicen. *c. XIX. can. 1. q. 1. c. 57. si quis.* Conf. Hulsm. *apol. min. euang. §. X. sqq.*

(a) Facultas ministrandi & exercendi sacra est duplex; interna & externa. ICti de externa potissimum agunt, ita tamen vt internam præsupponant. Interna facultas vocari etiam solet *vocatio interna*. h. e. aptitudo tum natura, tum per institutionem & industriam, acquisita, per diuinam benedictionem & dona Spiritus S. quæ apostolis & discipulis Christi extra ordinem immediate dabantur? postea fundata semel ecclesia per media ordinaria, vt (1.) natura (2.) insti-

ſtitutio (3) induſtria meditationis & exercitationis (4) deſtinatio & ſeparatio per preces & benedictionem, ſiue confeſſio publici exercitii ordinarie in aliqua eccleſia. Interna itaque eſt velut potentia: externa vt actus. Interna eſt fundamentum & anima externæ. Vnde ſi inidoneus ordinatur, non eſt vocatio diuina, nec DEVS concurrit cum ſua gratia: nec enim qui plantat, nec qui rigat, ſed gratia DEI eſt, quæ dat incrementum & efficaciam *1. Cor. III, 7.* Hæc gratia & facultas interna dicitur χάρις, χάρισμα, χάραγμα, character. Sed ſcholaſtici fingunt aliquid præter illam gratiam & donum ſpirituale: at non extricant, quid ſit, & imponunt huic enti rationis hanc vocem & tribuunt ipſi effectum initerabilem. Vid. Ziegler. *ad Lancellottum pag. 303.* Occaſionem ſcholaſticis dedit baptismus, ſed per ἀπαιδευσίαν putarunt, eandem vtriusque rationem. Sed ratio differentiæ eſt. Baptiſmo regeneramur: ſi relabimur in peccata mortalia, renouamur per conuerſionem, non regeneramur. Ordinatione ſeparatur quis a ſecularibus ad ſocietatem eccleſiaſticam & ordinem clericorum. Ergo ſemel receptus, recipi amplius non poteſt regulariter, ſed per degradationem poteſt extrudi ex ordine. Ergo poſtea & recipi & denuo ordinari.

§. VII.

Modus ordinandi ex apoſtolico inſtituto impoſitionem manuum imprimis continet, coniunctam cum precibus ac benedictione & ieiunio. *Act. XIII. vbi* Chryſoſt. *Vid.* Gregor. M. *lib. ſacrmment. in fin.* Græ- **Ritus.**

 cis

cis χειροθεσία, & χειροτονία: quam etiam *confessio* præcessit *Concil. Nicen. c. IX.* Conf. *Concil. Hispal. II. c. 5.* Accessit & canonum ecclesiasticorum inculcatio. *Concil. Carth. III. c. 3.* Rasura quoque verticis, quæ jam tum Nazianzeni ætate in vsu fuit, vt ex Maximi Cynici ordinatione patet. Conf. *Concil. Constantinopolit. in Trullo c. 33.* Tolet. XII. *c. 2.* Tribur. *c. 20.* Hulsm. *apol. pro min. eu. §. 40.* Vnde *coronati* pro clericis *l. 38. C. Th. de episcop. & ibi Iac. Gothofr.* Denique datur ordinato *testimonium* ordinationis ab ordinantibus. *Concil. Mileu. c. 14.* Carpzou. *l. 1. def. eccl. 52.* Hist. *conc. Trid. pag. 555.* vbi uotum Ant. Augustini: item, an pro ordinatione quid accipi debeat?

Vid. Regin. l. 440. sqq.

§. IIX.

Necessarii ad ordinationis actum *sumtus* præstandi sunt ex ærario cuiuslibet ecclesiæ, ad quam instituitur minister, & in subsidium demum ex collecta paroecianorum. *Concil. Bracar. II. c. 3.* Art. *gen. elect. Sax. 1.* Carpz. *l. 1. def. 53. & 57.*

TIT.

TIT. XVI.

De

CONFIRMATIONE ET INVESTITVRA. (*a*)

t. x. de inst.

§. I.

Confirmationem esse actum summæ in sacra potestati competentem, antea *tit. VII. §. 12.* docuimus: ex cuius concessione synodi. *Concil. Mogunt. c. 3.* & postea episcopi, *c. fin. x. de iur. patron.* id exercuerunt: *episcoporum* confirmatione summæ potestati reseruata. (*b*) Nostræ ecclesiæ initio reformationis ius confirmandi pastores itidem penes *synodos* volebant esse. *Ord. eccl. elect. Sax. t. vom Beruff &c. §. 4. fin.* Ibi: *so sollen sie von unsern Consistorialen, mit Bericht, wie sie in der Lehr geschickt und rein befunden, an unsern* synodum *zur* confirmation *beschrieben werden.* Sed mox ad *consistoria* remissum. Carpzou. *l. 1. def. eccl. 51. n. 3.* (*c*)

Ius confirm. cuius.

(*a*) Tituli paralleli non adsunt, quia papæ & canonistæ hoc ius confirmandi non agnoscunt, nisi de papali. *Vid. Lancellot. de actu episcopi, & tit. de institut.* qui non præcise de inuestitura, sed in genere *de constitutione* agit. Dilucidius iura-

di-

distinguntur in ecclesiis nostris, & veteri ecclesiæ praxi.

(b) Hugo Floriac. *de reg. pot. apud Baluzium 4. misc. p. 22.*

(c) Caussa, quod decretum synodale a statibus prouincialibus non approbatum. Itemque affectatio Caluinismi.

§. II.

Iuram. relig.

Confirmandus in nostris ecclesiis duo præstat, iuramentum religionis, & subscriptionem articulorum, qui visitatorii vocantur: *iuramentum religionis* orthodoxæ & vt membrum ecclesiæ & reipublicæ, etiam fidelitatem & subiectionem ratione muneris sui continet: quale & veteri iure Imperatoribus & regibus Francorum atque Saxonum episcopi & abbates præstare tenebantur. Lehman. *chron. Spir. l. 2. c. 4. & l. 5. c. 9. fin.* St. Baluz. *præf. ad capit. Francor.* Finckelth. *de I. patronatus.*

§. III.

Literæ Confirm.

Confirmato testimonium siue *literæ confirmationis* dandæ, & in originali relinquendæ, quibus legitime vocatum & confirmatum se probet. Carpz. *l. 1. def. eccl. 52.* Sumtus vt in ordinatione, ex ecclesiæ fisco, vel a parœcianis soluendi, non a confirmato. Idem *def. eccl. 53. 56. & 17.*

§. IV.

§. IV.

Iure veteri *confirmatio* præcessit ordinationem *c. lectis 18. dist. 63.* Supra *tit. VII. §. XI.* quia ordinatio non potest commodius fieri, quam quum omnium, quorum interest, maxime vero summæ potestatis consensus accesserit. Et dicebatur *inuestitura.* Quæ cum ordinatione confusa a pontificibus, velut actus sacro ordini proprie competens, pontifici Romano fuit asserta. Conf. *concil. Aurel. IV. c. 4.* Sed & *in ord. eccl. elect. Sax. tit. V.* ordinatio & inuestitura pro eodem haberi videtur. (*a*)

Tempus.

Vid. de L. E. G. l. IV.

(*a*) Iure nouo consensus præsumitur ex permissione ad examen & ordinationem.

§. V.

At nostris moribus *inuestitum* (*a*) & ab ordinatione & a confirmatione differt, & significat iurisdictionem confirmati in ecclesiam suam, *die Einweisung.* Quam definit Carpz. *l. 1. def. eccl. 54, 1.* actum ecclesiasticum solennem, quo persona ad ministerium legitime vocata & ordinata, gregi, cui præficienda est, per superintendentem sistitur, in ecclesiam suam instituitur, & in possessionem officii sui actualem deducitur, & quidem palam ac publice, vt omnis

Inuestitura.

omnis euitetur suspicio. *Cau. 1. q. 2. can. eum cleric. dist. 81. vn. x. de instit. in 6.* Hulsman. *apolog. minist. euang. §. 1.*

Inuestituræ vox
1. Confirmatio principis, proprie.
2. Ordinatio ministerii, noue.
3. Introductio in ecclesiam.
4. Collatio patroni, inuestitura quasi feudalis, quæ abrogata, ne patroni abutantur pastoribus, vt vasallis. Pfarrlehn.

§. VI.

Institutio. Alio nomine etiam *institutio* dicitur, & rectius, quum inuestiendi vox ad collationem potius pertineat. Ita in responsis Witteberg. *p. 2. t. I. p. 19, 1.* Ibi: *Quam (ordinationem) & confirmationem sequitur institutio, qua datur nouo pastori in ecclesia sua docenda ac regenda, & vicissim, pastor ecclesiæ, vt eum audiat tanquam legitime a Christo sibi datum,* ἡγέμενον, *doctorem.*

§. VII.

Collatio. Canonistæ & inuestituræ & institutionis & collationis voce promiscue vtuntur, vt & Iul. Pacius obseruat *Isag. ad tit. x. de instit.* Quibus *collatio* alia libera, alia non libera. *Libera* est, qua episcopus non exspectare habet præsentationem a patrono aliquo, *c. 16. de præbend. in 6.* Lan-

Lancell. *t. de collat. & t. de instit.* de qua dicunt, quod habeat vim electionis & confirmationis. Bertachin. *voce:* collatio beneficii *vers. 1. & vlt.* Cui similis est vocatio principum, vbi penes ipsos etiam ius patronatus est. Collatio vero *non libera* fit ad præsentationem patroni. Bertachin. *voce:* instit. de benefic. Atque in hac significatione *collationis* vocabulo vtimur, pro actu collationis, h. e. patroni.

§. IIX.

Atque concurrunt vtique in actu inuestituræ & *superintendens* & *patronus*. Ord. *eccl. elect. Sax.* Ibi: *soll der* superintendens *samt dem Amtmann, Collatorn oder Erbherrn desselben Orts.* Carpzou. *l. 1. def. eccl. 55.* Officium superintendentis hac in parte est quædam executio ordinationis. Ita enim & canonistæ distinguunt inter *institutionem* ipsam, & inter eius *executionem* siue institutionem corporalem: illam esse episcopi, hanc ad archidiaconum pertinere. Bertach. *voce:* institutio de benef. Conf. Hulsm. *apol. min. euang. §. 62.* Est itaque inuestitura actus ecclesiasticus, quo, stato die, de quo inter superintendentem & patronum conuenit, eoque e suggestu denunciato, atque adhibitis vno alteroque parœco vicino tanquam teste, literæ confir-

Inuestituræ defin.

firmationis publice præleguntur, & confirmato extraduntur, pastor nouus toti ecclesiæ sistitur & introducitur, adiunctis seriis tum adhortationibus, quibus tam pastor, quam parœciani officii sui admonentur, & stipulata manu ad sedulam obseruationem obligantur, tum precibus, quibus officium pastoris DEO commendatur. Carpzou. *l. 1. def. eccl. 54. n. 6. def. 55. n. & fin.*

§. IX.

Impos. manuum.

Manuum quoque impositio ad inuestituram refertur in *ord. eccl. tit. Gemeine Form und Weise 5. circa fin.* qui & ordinationis fuerat. *Art. gen. 1. §. Desgleichen wollen.* vbi idem modus inuestituræ præscribitur, qui & ordinationi. Conf. Carpz. *l. 1. def. eccl. 54. 10.* & vide *responsum theol. Witteberg. p. 2. de A. 1618.* vbi respondent quærenti: an manuum impositio in inuestitura iamtum ordinati pastoris sit reiteranda? affertive, non tamen, quasi absolute necessarium sit, sed quia vtile & in plerisque ecclesiis vsitatum. Prima articulorum generalium editio *tit. de elect. & offic. superint.* modum inuestiendi describens, *manuum impositionem* omittit, mentionem vero adiicit exhibendæ *designationis* redituum. (*a*)

(*a*)

(a) Ordinatio cum inueftitura in *electorali ordinatione ecclefiaftica* fere confundi videtur. Ratio, locus ordinandi non certi iuris fuit, iure veteri in ecclefia, ad quam vocabatur: iure nouo, in ecclefia epifcopi, vnde in ecclefia propria repetita manuum impofitio, &c.

§. X.

Scilicet concurrit in inueftitura etiam patronus vel *collator*, inueftiens parochum cum bonis parochialibus, etiam per *literas inueftiturae*, & quodam *laudemio* exacto. Quo etiam pertinent *cathedratica* & *enthrodiftica*, de quibus *nouell. 123. c. 3. & ibi* Gothofr. Vid. ord. *polit. elect. Sax. de anno 1612.* §. 5. art. gen. *vet. XI. vom Beruff.* Quamuis hæc ratio conferendi & inueftiendi de parochiis a patrono facta poft reformationem ecclefiarum pedetentim in defuetudinem abierit.

Collatio proprie dicta.

2. 8, 21.

§. XI.

Inueftit regulariter, qui ipfe eft inueftitus *c. transmiffam c. quod ficut x. de elect.* Duaren. *l. V. de S. E. M. c. 1.* isque *orthodoxus* orthodoxum. Valet tamen inueftitura ab heterodoxo facta orthodoxo, fi effentialia obferuarit, h. e. non ad heterodoxam doctrinam fpecialiter demandauerit. Hulsm. *breu. c. 19. th. 25.* Orthodoxus vero heterodoxum inueftire non de-

Quis inueftire poffit.

Supra 1. 15, 16.

L bet,

bet: quia non debet eum commendare ecclesiæ, quem nouit puræ fidei non esse addictum. Dedeken. *vol. I. p. 2. f. 7.* (*a*) An laicus? Vid. Brunnem. *1, 5, 21.* Vid. §. 6.

(*a*) Duplex quæstio: 1, de validitate actus: 2, de obligatione conscientiæ. Actus valet quantum ad ecclesiam: sed factum orthodoxi an contra conscientiam? *Resp.* si ecclesia est heterodoxa, non potest alium ipsi commendare.

§. XII.

Effectus. Cum finis & effectus inuestituræ sit *executio* confirmationis & ordinationis, & coniunctio realis inter pastorem & ecclesiam, traditioque bonorum parochialium, ad effectum agendi ex interdicto retinendæ possessionis. Duaren. *l. VII. de S. E. M. c. XI.* itaque *vtilis* est inuestitura, *necessaria* non item, vt ea omissa vocatio nulla sit, quum non sit de substantia ministerii, *c. 1. dist. 23.* Gerhard. *de minist. eccl. c. 14. §. 170.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 54. 5.* Et quanquam comparetur coniunctioni matrimoniali. Dd. *ad nouell. 123. c. 9.* Innoc. III, *c. cum inter 21. x. de elect.* Idem *c. requisiuisti 15. x. de testam. c. 2. x. de translat. episc.* M. Steph. *de iurisdict. l. 3. p. 1. c. 16, 5.* Euerhard. *in top. leg. loc. 76. sq.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 54, 3. & def. 72,* eam tamen vim non habet, vt propterea aut resignare non possit

sit pastor, vt *Petrus Damiani* libro singulari ad Nicol. II. papam demonstrauit *Baron. ad A. C. 1059. 4.* aut transferri. Duaren. *l. V. de S. E. M.* M. A. de Dom. *l. 2. c. 7, 25. & l. 3. c. 6. Vid. tit. sq.* §. *XI.* Brunnem. 1. 5, 28. Et verius est, ecclesiam non desponsari pastori suo, sed per hunc velut παρανύμφιον vel υἱὸν τοῦ νυμφῶνος. *Matth. IX, 15.* Christo, sponso vnico, *2. Cor. XI, 2. 1. Petr. V, 3.* Vid. St. Baluz. *ad Agob. pap. 45, 56, 68, 81.* (a)

(a) Et *ad Reginonem pag. 584.* Idem *ad Lupum pag. 427.* Metaphorice tantum pastor comparatur sponso ecclesiæ, non ratione personarum & animarum, quarum tutor tantum est spiritualis: sed respectu rerum, quas infert ecclesiæ *d. c. 15. x. de testam.* & quoad dissolutionis difficultatem, *d. c. 2. x. de translat. episc.* Vide *infra 2: 6, 22.*

§. XIII.

Constitutio ludimoderatorum.

Constitutio, de qua hactenus egimus, ad ecclesiæ ministros & pastores imprimis pertinet: in plurimis tamen communis quoque est ministris scholarum, custodibus, ludimoderatoribus in vicis & pagis, quoad substantialia, non quoad solennitates. Itaque eligi solet custos a communitate cum consensu domini iurisdictionalis & pastoris, & vocari etiam absque literis, & a superintendente præsentari: si inter domi-

 num

num forte & pastorem non conuenerit de persona, consistorium eligit & transmittit personam ad probam faciendam, Carpz. *l. 1. def. eccl. 77, 78, 81, 82.* Examen etiam superintendenti tantum committitur: vt & confirmatio aliquando. *Ord. scholast. elect. Sax. tit. Wie und von wem die Teutschen Schulmeister aufgenommen.* a consistorio, ad quod pertinet proprie. Carpz. *l. 1. def. eccl. 69.* Cautio quoque a custode exigitur de rebus & ornatu ecclesiastico ipsius custodiæ commissis: nisi de fide eius notorie constet. *Ord. eccl. Vinar. l. 2. c. 31, 14.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 91.* Iuramentum religionis etiam custodes præstant, sed temperatur alicubi ad captum eorum. Subscriptionem quoque formulæ concordiæ & articulorum visitatoriorum requirit *ordin. eccl. elect. Sax.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 79, 8.* Memini tamen remissam subscriptionem articulorum, quippe quos illi non capiant.

TIT.

TIT. XVII.

De PERSONARVM ECCLESIASTICARVM OFFICIO ET QVALITATIBVS. (a)

Dist. 27. sqq. I. X. 14. 3. X. 1.

§. I.

Diximus, quomodo constituantur ecclesiæ & scholarum rectores & ministri: consequens est, vt dispiciamus de earum obligatione & virtutibus. Qua de re Gregorii M. *pastoralis cura*. Et *sententias patrum* CXIV. collegit & Philastrio de hæresibus adiecit Henricus Petri A. 1539. Conf. Conradi *Portæ* pastorale. *S. Hieron. epist. 2.*

(a) Connexionem *vide tit. 14, 1.* Requisita in constitutione obseruanda.

§. II.

Orthodox.

Præcipuum est *orthodoxia*, ad quam minister ecclesiæ etiam sub iureiurando obligatur in confirmationis actu ita, vt si in heterodoxiam aliquam forte inciderit, rem statim summæ potestati circa sacra exponat, nec vllibi doceat aut proponat. Aestimatur autem orthodoxia ex S. scriptura

& libris symbolicis: *ad Philippens. III, can. apost. 59.* St. Baluz. *ad Agob. p. 67.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 59, 61.* Baluz. *ad Lup. p. 408.*

§. III.

Diligentia

Porro requiritur a pastore sedula lectio & meditatio, & explicatio diligens. *Can. apost. 57.* Concil. Tolet. IV. *c. 24, 25.* vbi *liber officialis*, qui dicitur, nobis est agenda ecclesiastica. Tolet. XI. *c. 2.* Rhem. *c. 14.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 60.* Sermo item considerátus. Gregorius M. in Ezech. homil. XI. *Pensare doctor debet quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur, & quantum loquatur. Si enim vnum horum defuerit locutio apta non erit* (a)

(*a*) Diligentia patet 1. in theoria 2. in praxi: Quo pertinet cura circa ægrotos. *Vid. Reginonem de disc. eccl. 1: 105. sqq.*

§. IV.

Humanitas.

Alterum est, morum honestas atque virtutes homileticæ. Quod *sanctitatis* nomine viuis olim tributum fuit. Vid. St. Baluz. *ad Agob. p. 84. sq.* it. *ad Saluian. p. 68.* & *ad Lupum p. 477.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 61. sq.* Imprimis vero humanitas *l. 31. C. de episc. can. apost. 28. Art. gen. XVI. pr.* Ibi: *gegen männiglich freundlich, bescheiden und demüthig.* Idque etiam in officio elenchtico:

co: nec quenquam pro concione ex priuatis affectibus perstringant vel iniurias euomant. *Art. gen. 3.* Carpz. 1, 66. præsertim aduersus magistratum, auctoritati eius detrahentes. Gerhard. *de min. eccl. 6. 2, 287.* Dorsch. *diss. in art. abus. p. 7.* Carpz. 1. *67. & 3, 102. sqq.* alias actione iniuriarum tenentur. Reinking. 31. 2, 6. Carpz. 3, 98. & ad speciem publicæ deprecationis. Carpz. 3, 104. (a)

(a) Cautela est, vt admonitio sub conditione fiat: *si veritate nitatur.*

§. V.

Reuerentia & concordia.

Erga superiores reuerentia & obedientia, ad euitandas simultates, æmulationes & discordias scandalosas, aut factiones, quas Φρατρίας vocat conc. Chalc. *can. 7.* Conf. *c. apost.* 32. *sqq. c. 54. sq.* Concil. Nicen. *c. 14.* Laodic. *c. 20, 56. t. t. x. de maior. & obedient.* Art. gen. 16, 2. etsi superior de crimine suspectus si nondum condemnatus, *Concil. Constantinopol. VIII. c. 19.*

Regin. app. 2, c. 31. sqq.

off. iudicis eccles.

Dissidentes reconciliandi. *Concil. Turon. II. c. 2.* Tolet. XI. *c. 4.* contumaces suspendendi aut remouendi. *Concil. Arelat. II. c. 31.* Carth. IV. *c. 54. sqq.* Conf. *concil. Agath. c.* 1. Aurel. III. *c. 14, 15, 16.* (a)

(a) Ammianus Marcellinus *lib. XXII. de Iuliano Imperatore,* cap. V. Vbi abolitis quæ verebatur, adesse sibi liberum tempus faciundi, quæ vellet,

aduertit, sui pectoris patefecit arcana, & planis absolutisque decretis aperiri templa, arisque hostias admoueri, & reparari deorum statuit cultum. Vtque dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum antistites cum plebe discissa in palatium intromissos monebat, vt ciuilibus discordiis consopitis quisque nullo vetante religioni suæ seruiret intrepidus. Quod agebat ideo obstinate, vt dissensiones augente licentia, non timeret vnanimantem postea plebem: nullas infestas hominibus bestias, vt sunt sibi ferales plerique Christianorum, expertus.

§. VI.

Ne cler. sec. neg. Cum per consecrationem clerici separentur a secularium iure atque ordine, itaque negotiis secularibus sese immiscere, interdictum est iis, *1. Tim. III, 3, 8. 2.* Tim. II, 4. Can. apost. 7, 20, 80. *itemque 82.* Concil. Nicen. *c. 11.* & *18.* Eliber. *c. 19, 20.* Chalced. *c. 3.* Carth. I. *c. 6, 8, 9.* Carth. III. *c. 15, 16, 19.* Carth. IV. *c. 18, 19, 20. 59.* Arelat. *c. 12.* Laodic. *c. 5.* Aurel. II. *c. 9.* III. *c. 8.* Tolet. I. *c. 8. IV. c. 30, 44. XI. C. 2.* Mileu. *c. 19.* Antisiod. *c. 33. sq.* Agath. *c. 25.* Matiscon. II. *c. 13.* Mogunt. *c. 1, 10.* Nic. II. *c. 4. 5. l. 18. π. de procur. l. 32. §. 4. π. de recept. arb. l. 23. C. de testam.* Dist. 88. *c. 4. & 6.* cau. 11. *q. 1. c. 47. t. t. x. ne clerici secul. negot.* St. Baluz. *ad Agob. p. 81.* (a) Art. gen. XVI. *§. 2. & fin.* Carpz. L. *1. def. eccl. 63, 64. & 65. fin. 89, 90.* Zigleri *episcopus miles.* Baluz. *ad Lup. p. 407.* Lehmann. *chron. Spir. 3. 24.*

24. & 5, 107. Ge. Fabric. *annal. Misnens. A. C. 1421.* Zimmerm. *mens. IIX, 5.* Nec tamen incapaces sunt iurisdictionis temporalis. Infra l. 18, 1.
c. 15. x. de praescript. Socrat. *l. 7. H. eccl. 11. & 37.* Augustin. *epist. 9.* Centur. Magdeb. *5. c. 7.* Reinking. *1. 4. 9, 9.* Besold. *th. pract.* Exc. mili-
Geistliche Iurisd. (*d*) Vid. tamen *can. apost.* tia.
82. Concil. Tolet. I. *c. 8.* Dist. *36. c. vlt. cau. 23. q. 8.* Fab. *C. de episcop. def. 25.* Limn. *I. P. 3, 3, 2.* Schutz. *I. P. 8, 4.* Besold. *de maiest. 1. 3. 4.* Clapmar. *arc. rerump. 15.* Bernegg. *ad Tacit. q. 186.* Speidel. *voc. Bischoff.* Armisæ *de exemt. cler. 4, 4.* Lehm. *5, 51.* Grot. *I. P. 1, 2, 9.* Baluz. *3. miscell. pag. 492.* Zigler. *de episc. milit.* (*e*) Denique *custodes* & æditui, qui opificia didicerunt; non prohibentur id exercere. *Conc. Carth. IV. c. 51. sqq.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 87.* aut notarii & *actuarii* munus obire, *def. 88. & 90.* Brunnem. *1. 6. 10, 8. sq.*

(*a*) Adiutor antichristi. Baluz. *ad Lupum p. 410.* Cæsar Heisterb. *4, 62*

(*b*) *Ratio.* administratio iustitiæ non est res secularis ita, vt non cadat in clericum. *Vid. tit. sequ. XIIX, 1.*

(*e*) *Except. arc.* Si clerici sunt possessores feudorum & status, iure clypei militaris gaudent. *I. feud. Alemann. c. 1.* An vero in persona propria? Affirmatur exemplo Maccabæorum, Leuitarum, & sacerdotum arcam fœderis portantium, & tubis vtentium ad classicum. *Vide capitul. Franc. 1. 1. pag. 523. & lib. 7. capit. 142.*

§. VII.

Moderatio in victu, vestitu & conuers. ciu.

Cum ecclesiastici ciuilem conuersationem euitare non possunt, moderatio ipsis in ea præcipitur, tum in victu, tum in vestitu, tum in aliis. *Can. apost. 42. 43. 44. 53.* Concil. Laodic. *c. 24. 55.* Carth. *III. c. 27. IV. c. 45. sqq.* Matiscon. I. *c. 2.* Artic. gen. XVI. Lehm. *l. 3. c. 35.* Hist. *conc. Trid. p. 146.* Mensa episcopalis describitur *concil. Carth. IV. c. 15.* Rhem. *c. 17.* Tolet. III. *c. 7.* Laodic. *c. 27.* Interdictum ludis & spectaculis. *Concil. Laodic. c. 54.* Carth. III. *c. 11.* Baluz. *ad Agob. pag. 247.* omni scurrilitati. *Conc. Carth. III. c. 3. IV. c. 60.* Mogunt. *c. 10.* Saltationibus. *Conc. Antisiod. c. 38.* Vnguentis. *Concil. Nicen. II. c. 26.* fastui omni. *Concil. Bracar. III. c. 5.*

§. IIX.

Coniug. Regin. 1. 84. sqq.

In concilio Carthag. III. *c. 19.* necessitas fuit iniuncta clericis lectoribus ad pubertatem prouectis, aut nubere, ad virginitatem vouere. Conf. *Concil. Carth. V. c. 3.* Tolet. IV. *c. 26. & 43.* Luth. *catech. mai. in præcept. VI. p. 456.* Art. gen. XVI. §. 1. Nec inuiti vero cogendi ad matrimonium, si ex iustis caussis nolunt contrahere. Carpz. *l. 2. def. eccl. 4. 5.* Prohibitio vero matrimo-

monii est contra ius diuinum *1. Tim. IV, 1.* Vid. Chemnit. *exam. concil. Trid. p. 3.* Calixt. *de coniug. sacerd.* Lehm. *l. 2. c. 33.* Ceterum secundæ nuptiæ improbatæ ex *1. Tim. III, 2. 12.* Bachou. ad Treutl. *2, D. VI.* Conf. *l. 3. §. 4. C. de S. Trinit. & ibi Grot. flor. sparf.* Augustin. *de bon. coniug. c. 18.* Ambros. *1. de offic. 50.* Rittersh. *diff. I. C. & can. 2. 1. & ad nouell. p. 1. 17. 24.* Bernegg. *ad Tacit. de M. G. 19. 4. q. 110.* Vid. tamen Chemnit. *ex C. Trid. p. 3.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 158, 8.*

§. IX.

Disciplinam domesticam inculcat apostolus *1. Tim. 3, 4. 12.* Art. gen. XVI. *§. 3.* Concil. Carth. III. *c. 14.* prohibitum, emancipare liberos, nisi de moribus & ætate eorum ita certi sint, vt possint ad eos propria iam pertinere peccata, & *can. 18.* domesticos habere heterodoxos. Vid. Agobardi *epist. ad Nibridium episc. Narb. p. 102.* Et hospitalis quidem esse debet *1. Tim. 3, 2.* Can. apost. 58. Concil. Matiscon. II. *c. II, 13.* Nouell. VI. *c. 3.* si tamen peregrini literis commendatitiis instructi, *can. apost. 34.* Concil. Antioch. *c. 7.* De quibus & aliis *literarum ecclesiasticarum* generibus agit Bosquet. *ad lib. 1. Innoc. III. epist. 50.* Discipl. domest.

§. X.

Necessitas persistendi in ecclesia con- Inhærere.

ecclesiæ suæ concredita, quam residentiam & cathedram
ß. vocant, incumbit regulariter pastori, *can. apost.* 14. *sq.* Concil. Ancyr. *c.* 18. Nicen. *c.* 15. *sq.* Arelat. I. *c.* 22. Carth. I. *c.* 10. Antioch. *c.* 3. 17. 18. 21. Sardic. *c.* 1. *sqq.* Chalced. *c.* 5. 10. 19. (*a*) nec abesse debet vltra tres septimanas. Concil. Sardic. *c.* 14. & 20. nec sine iussu superioris. *c.* 42. *eod.* Carth. III. *c.* 28. 37. 46. Mileu. *c.* 15. Aurel. II. *c.* 13.
Consect. Carth. V. *c.* 5. (*b*) Renunciare igitur ec-
1. clesiæ suæ inuitæ nequit regulariter, *c.* 1. *x. de renunc.* (*c*) præsertim tempore persecutionis. Concil. Sardic. *c.* 21. Carpz. *l.* 1. *def. eccl.* 72, 3. sed ex iustis caussis & consensu ecclesiæ siue consistorii, patroni non item. Carpz. *l.* 3. *def. eccl. vlt.* Nec *pestis* igitur
2. 1. 13. 31. tempore fugere licitum, nisi si absque scandalo & iactura functionis sacræ fiat. Carpzou. *l.* 1. *def. eccl.* 72. Brunnem. 1. 6. 10. 12. Io. Chappeauille *de mod. & necess. admin. sacram tempore post.* Ern. Stokman. *hodog. pestilent.* Luth. consil. de hac re *tom. Ien. Germ.*

(*a*) Athanasii, patriarchæ constantinopolitani epistolæ VIII *de necessaria episcoporum residentia*. Bull. pap. *t.* 1. *pag.* 458.

(*b*) Regino *l.* 247. 420. *sqq. App.* 2. *c.* 30. vbi Baluzius *pag.* 542 Synod. Francofurt. *c.* VII.

(*c*) An hæc regula sit iuris diuini? disceptatum in concilio Tridentino. Vid. Petr. Suauis *hist. pag.* 139. *sqq.* 545. *sqq.* 697. *sqq.* 722. *sqq.* 771. *sqq.*

sqq. & Pallauic. *8, 17.* Quidquid sit, etiam iuris diuini regula exceptiones suas habet, vt constat de indissolubilitate matrimonii &c. De nexu coniugali inter pastorem & ecclesiam *vide supra 1. 16, 12.* Baluz. *ad Lupum pag. 371.*

§. XI.

Quare nec permutatio ministrorum siue *translatio*, inuita ecclesia alterutra, & sine iusta caussa. *Can. apost. 14. sq.* Conc. Carth. III. *c. 38.* Carth. IV. *c. 27. cap. quaesit. 5. x. de permut.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 93. sq. & l. 3. def. 108.* (*a*) impetratis litteris dimissoriis. Concil. Trull. *c. 17.* aut in poenam alterutrius. Carpz. *l. 3. def. 118.* 3. 1. 16. 11.

(*a*) Regino *1. 201, vbi Baluzius pag. 584.*

§. XII.

Denique in paroecia aliena diuino officio fungi non potest, sine inuitatione & venia. Concil. Neocaes. *c. 13.* Sardic. *c. 3.* (*a*) aut vacationis tempore. Concil. Rhegiens. *c. 5.* Sin functus quis esse deprehenditur, actus quidem sustinetur, parochus vero punitur. 4.

(*a*) Regino *1. 255. sqq. 2. 433.*

TIT.

TIT. XIIX.

De

Nou. 79. & 83.

PRIVILEGIIS ET IMMVNITATIBVS CLERICORVM.

§. I.

Priuileg. cleric.

CVm clerici per ordinationem, sed & aliæ ecclesiastici generis personæ per suam sibi consecrationem, atque *separationem* a laicorum genere, eximantur e societate reipublicæ ciuili, & transferantur ad ecclesiasticam, consequens est, vt etiam foro ciuili sint exemti, & ecclesiastico subiecti: eatenus puta, *quatenus sunt clerici*, nec rebus secularibus se immiscent. (*a*) Deinde cum societas ecclesiastica cum ciuili totum reipublicæ corpus constituat. *Supra tit. 1.* adeoque sub vno eodemque capite regulariter consistat: (*b*) sequitur, vt clerici a ciuili magistratuum inferiorum iurisdictione exemti, non iure diuino, sed humano. Io Strauch, *dissert. I. ad L. decis. c. 3. sq.* (*a*) subsint tamen communi reipublicæ capiti, & *summæ potestati* circa sacra, eiusque summis tribunalibus. *Concil. Chalced. c. 9.* (*d*) Vnde a supremo iudi-

Reg. Lim. Non enim in totum sunt exemti a societate ciuili,

Exc. 1. I. ante Iustinian.

cio

cio ecclesiastico ad principem appellari, *tit. V.* §. *XIII.* probauimus. Atque ex Marciani Imperatoris constitutione, archiepiscopus Constantinopolitanus cum praefecto praetorio *concurrentem* obtinuit iurisdictionem *l. cum clericis* 25. *C. de episc. l.* 13. *C. de episc. audient.* Conf. *l.* 33. *C. de episc.*

(*a*) Ratio ex natura societatis separatae. Qui euentus a tota societate ciuili, ille etiam ab eius foro.

(*b*) Irregulare est, quod Imperium Romanum duo hodie habet capita, papam & Imperatorem.

(*c*) Tempore Theodosii adhuc episcopi a defensoribus ciuitatum municipalium iudicati. *Paratitla Graec. l.* 1. *t.* 3. *pag.* 47. Leunclau. *pag.* 207. Eius successor Marcianus *l.* 25. *C. de episc.* primus exemit ab inferiorum magistratuum Constantinopolitanorum clerum Constantinopolitanum, Iustinianus extendit. Papa dilatauit. Nos redegimus in pristinum. Hinc quaestio: an exemtio sit iuris diuini? Affirmant canonistae per auctoritates pontificum. Engel. *p.* 2. *pag.* 153. *p.* 3. *l. V. t. XI.* §. 5. *pag.* 135. concedit tamen dispensationem papae, *pag.* 141. At papa non potest dispensare contra ius diuinum. *Ferdin. de Castro Palao pag.* 287. Distinguo inter caussas. Exemtio quatenus est ex natura societatis ecclesiasticae a ciuili separatae, potest dici iuris diuini: quia ipsa ecclesia hactenus est iuris diuini. *Supra* 1: 1, 6. oportet DEO magis obedire &c. Quatenus est exemtio ex natura societatis ciuilis reipublicae, eatenus est iuris humani, quae consideratio est huius loci.

(*d*) Exc.

(*d*) *Exc.* II. Exemti sunt quatenus clerici, non quatenus ciues & membra societatis etiam ciuilis, & possessores rerum ciuilium.

Exc. III. Hinc contrahentes vel delinquentes extra functionem ecclesiasticam considerantur non vt clerici, sed vt membra societatis ciuilis aut reipublicæ.

§. II.

I. Iustin. Quod ius deinde Iustinianus in *nouell.* 79. & 83. ita declarauit, vt in caussis pecuniariis primo coram episcopo conueniantur clerici, & deinde demum coram præfecto prætorio vel præside: in caussis vero criminalibus, si delictum sit ecclesiasticum, cognitio & executio ad episcopum: sin commune, degradato clerico, sententia a iudice ciuili dicatur. De iure Francorum vide St. Baluz. *l.* 3. *miscell. pag.* 42. in mallo publico.

§. III.

I. post Iustin. Postquam vero summi Imperii pars circa sacra auulsum & a *pontifice* Romano occupatum fuit, tum in *omnibus* caussis ciuilibus & criminalibus clerici fuerunt exemti a iurisdictione summæ reipublicæ potestatis, & solis episcopis atque sedi Romanæ, in occidentali ecclesia subiecti. Id quod etiam Fridericus II. Imperator confirmauit constitutione feudalibus libris subiecta,

iecta, vnde *authent. statuimus C. de episc.* desumta, & vid. Conring. *de iudiciis Germ. §. 72.* Goldast. *t. 1. const. an. 1213.* Atque hæc secundum communem sententiam, sed vide *infra diss.* §. *10. & de lib. eccl. Germ. lib. V. c. 8, 15.*

§. IV.

At abrogata per *pacem religiosam* summa potestate pontificia, & iurisdictione episcoporum pontificiorum in territoriis statuum euangelicorum suspensa, res ad pristinum statum fere rediit, atque clerici exemti permanserunt a iurisdictione magistratus ciuilis, non tantum quoad *caussas spirituales* & sacrum ministerium concernentes, sed etiam quoad *actiones personales* contra eos instituendas, ne imminuatur dignitas muneris sacri. *Centur. Magdeb. IV. c. VII.* Ord. eccl. *elect. Sax. von immunit. und Freyheiten der Kirchendiener.* Carpz. *l. 4. def. eccl. 308, imprimis vero lib. 3. def. eccl. 3. seq.* Struu. *exerc. IX. th. 57.* Vide anonymi ICti iudicium, de exemtione clericorum euangelicorum, *Witteberga A. 1658. editum.* I. nouiss. Reg. ampl.

§. V.

Excipiuntur tamen certi casus, quorum primus est, quoad actiones personales, si clerici subeant personam *actoris*, ita v. g. Exc. I.

in concursu creditorum clerici, vt & ecclesiarum œconomi vna cum laicis a iudice seculari citantur. Salgado *labyr. cred. p. I. c. VI.* secus si contra clericum excitatur *concursus*, qui coram iudice ecclesiastico instituendus. Idem *cap. 2.* Itemque si *caussa* est *ecclesiastica*, tunc enim clericus laicum coram iudicio ecclesiasticorum recte conuenit. *Resol. nouiss. elect. Sax. de anno 1661. p. 1. §. IV.*

Sublim. (1)

(2)

§. VI.

cap. 2. Secundo cessat exemtio in causis *realibus* ciuilibus, quæ dependent ex iure reali, inhærente rebus ac patrimonio parochorum vel vxorum eorum, & sortiuntur clerici forum ordinarium, & vt ciues & membra reipublicæ. *Auth. clericus C. de episc. c. 1. de priuil. in 6. & ibi gl.* Ord. eccl. *el. Sax. h. t.* §. *1.* Carpz. *l. 3. def. eccl. 7.* & *proc. ciu. 1. 2. 24.* & *3. 3, 20.* Klok. *1. consil. X. n. 176. sqq.* Gerhard. *de magistr. polit.* §. *440. seq.* Arnis. *de exemt. cleric.* M. Steph. *de I. P. eccl. disc. XV.* Duaren. *in t. C. vbi & apud quem in integr.* Richt. *p. 3. decis. 105. 58.* Plane vt etiam hoc casu iudex secularis citet clericum *mediante* suo superiore, ratio facit, & honor ministerii, nisi princeps ipse vel eius curia citationem emittat, vid. *tit. V. §. XVI.*

§. VII

§. VII.

Tertio in caufis *criminalibus* eatenus clerici forum habent priuilegiatum, vt quoad gradus admonitionum de exceffibus ibi refpondeant: quibus adhibitis fine emendatione, aut fi exceffus tantus eft, vt admonitionum gradus non amplius locum habeant, ceffat forum ecclefiafticum. Carpz. *l. 3. def. eccl. 5.* Klok. *1. confil. X.* Diffentit Sithm. *de I. epifc. c. XIII, 37. & 100.* Denique falua appellandi facultate, de qua fupra 1. 5, 13.

§. IIX.

Extenditur autem forum hoc priuilegiatum etiam ad clericorum famulitium. (*a*) Heig. *2. q. 25, 22.* Wefenb. *confil. 50, 22.* Boer. *decif. 213.* Gail. *de P. P. 1, 6.* Perez. *in C. vbi fenatores in fin.* Clar. *qu. crim. 35. §. num quid.* Natta 3, 576. Gothofr. *prax. ciu. l. 1. t. 6. p. 417.* Nifi alicubi confuetudine aliud receptum, aut pactis conuentum, vt in ecclefiis Pomeraniæ. Sithm. *de I. epifc. c. 13, 99.* Vid. *concil. Trid. feff. 14. de reform. c. 5.* Lehm. *l. 5. chr. Spir. c. 122.* Spangenb. *chr. Henneb. l. 5. p. 186.* Sed nec *fubditi* ordinis ecclefiaftici, dotales aut emphyteutæ exemti funt a fuperioritate domini fecularis. Klok. *1. confil. 10, 589.* (*b*)

ampl.

(*a*) *Ratio dubitandi.* Priuilegium eſt perſonale, ergo non extendendum ad non-clericos. *Ratio decidendi.* Perſona non phyſice ſumitur, ſed moraliter, non pro indiuiduo priuato, ſed pro perſona in dignitate aliqua & poteſtate qualicunque viuente. Poteſtas hæc & familiæ poteſtatem continet & patrisfamilias, adeoque clerico vt patrifamilias hoc ius competit.

Priuilegio domini quoad forum etiam famuli fruuntur Heig. p. 2. q. 25. n. 22.

Halle an Ioh. Rogerium *Weibe*, *11. Mart. anno 57.*

ALs ihr uns eine facti ſpeciem, *benebenſt einer Frage zu* &c. *Demnach erachten wir nach dero* [illegible] *les- und fleiſſiger Erwegung in Rechten zu* [illegible] *nen zu ſeyn. Es hat eine Magd, ſo bey dem Pfarr zu Ophauſen gedienet, ſich zeitlich zu einen Amts-Vnterthanen vermiethet, und zwar mit Vorwiſſen und* conſens *ihres Pfarrers. Als aber die Zeit zum Anzuge verfloſſen, giebt die Magd vor, ſie wolle bey ihren alten Herrn verbleiben, hat doch den Dienſt-Groſchen nicht zurück gegeben. Daher der Bauer deshalben in Amt Querfurth klagbar worden, und weil er ſich auff die Magd verlaſſen, und ſonſt um keine ſich umgethan, auch keine andere ſo geſchwinde bekommen können, ſondern eine Taglöhnerin deshalben annehmen müſſen, die Magd vermöge der Chur-Fürſtl. Sächſ. Geſind-Ordnung dahin anzuhalten, das ſie ihme den Schaden erſetzen, und andern leichtſinnigen Geſinde zum Exempel beſtraffet werden möchte, gebeten. Worauff ihr auch 12. gr. dem Bauer vor ſeinen erlittenen Schaden zu entrichten, und die Verbrechung entweder mit 18. gr. oder Gefängnis zu verbüſſen, in Amt Querfurth auf-*

aufferleget, auch allbereit überhaupt vor Straffe und Abtrag des Schadens 30 gr. entrichtet. Und will diesem allen nunmehro der Superintendens *zu Querfurth widersprechen, mit Begehren, das die Magd hatte vor ihm, oder das* Consistorium *sich stellen sollen, und daselbst der Sache Ausschlag erwarten. Ob nun wol sonsten nach gemeinem Wahn bewehrter Rechtsgelehrten einer Geistlichen Person Dienst Gesinde von desselben* familia *nicht mag ausgeschlossen werden*, in personalibus servitiis, *wo ein anders gebührend nicht eingeführt, ihres Herrn* priuilegii fori *zugeniessen haben, so lang sie in dessen Dienst sich befinden: Dennoch aber und wo die mehrerwehnte Dienstmagd sich allbereit in Amt Querfurth mit den Bauer verglichen so wohl dem Amt Abtrag gethan, und also sich daselbst dingstellig gemacht, und* priuilegio fori renunciret, *welches einen ieden wol zugelassen ist, n. m. i. e. f. So mag auch nunmehr der* Superintendens *zu Querfurth diese Sache weiter nicht vor sich ziehen. Sonsten aber, wo nicht ein anders fürgebracht, wird eines Pfarrers Gesinde, ohne dessen Dienst er seine Haushaltung füglich nicht führen kan, vor der Geistlichen Obrigkeit in dergleichen* personal *Dienst-Sachen billich belanget. V. R. W.*

(*b*) Modo ne isti iniquis oneribus grauentur in præiudicium ecclesiæ. *Vid. Gregor. M. l. 1. ep. 42*, vbi *Sextariatici* vocantur.

§. IX.

Priuilegio huic fori *renunciare* posse clericum valide Iustinianus *l. si quis 29. C. de pact. l. 51. C. de episc.* decidit. Quod ius correxit Innocentius III. *c. 12. X. de for.* Renunc.

 com-

compet. quia priuilegium non sit personale, sed toti ordini tributum. Verum ratio pontificis id non conficit, quum priuilegium fori ordini quidem datum sit, non tamen vt vniuerso, sed *vt singulis*, vnde clericus renuncians, & iurisdictioni alienæ se subiiciens, de iure suo proprio detrahit, non de iure publico. Cuiac. B. Strauch. *ad L. decis. diss. 1. c. IV, 32. sqq.* Itaque renunciatio in nostris ecclesiis locum habere potest. Greuæus *concl. pract. 37. n. 14. seqq. Resp. scab. Lips. 1657.* (*a*)

(*a*) *Opp.* Priuilegio ordini dato non possunt renunciare singuli. Priuilegium fori est ordini datum. Ergo ei &c. Communiter respondetur *negando minorem*. Sed tum probari potest minor: quicquid singulis datum est, quatenus ordinem & vniuersitatem constituunt, illud non tam singulis, quam ipsi vniuersitati datum est. Rectius respondetur *ad maiorem negando*, per instantias: priuilegio vniuersitatis possunt renunciare singuli, saluo iure vniuersitatis. Ordini equitum, militum, doctorum, certa sunt priuilegia data, veluti circa ius personarum, tutelarum, testamentorum, successionum. Et tamen singuli possunt renunciare, veluti tutor priuilegio fori sui &c. Ratio a priori est, quod priuilegia ordini dantur, vt singuli iis vtantur, ergo in arbitrio singulorum est, iis vti & non vti, cum hac tamen restrictione, ne quorundam non vsus noceat ceteris, aut toti ordini. Quod porro patet ex intentione Imperatorum concedentium, quæ non fuit, vt a summa potestate reipublicæ eximeren-

tur,

tur omnes in vniuerſum, ſed vt ſinguli vniuerſitatis gaudeant hoc iure, vt tamen eo vti etiam non cogantur. Curia Romana abuſa fuit tenore priuilegii, & interpretata ſecundum principia propria, poſtquam hæc occupauit ius circa ſacra.

§. X.

Alterum priuilegium continet immunitatem ab *oneribus perſonalibus.* Concil.Tol. III.*c.19, 20.* IV. *c.46.* Lateran. *c. 46. l. placet. C. de SS. eccleſ.* Auth. *Item nulla & l. omnes 33. §. priuil. l. generaliter l. presbyteros C. de epiſc. & cl. l. nec honore C. eod. l. fin. C. de exc. mun. c. non minus c. aduerſus x. de imm. eccl.* Qualia ſunt hodie: *Kaffen und Wachen,* (*a*) *Gerichtsfolge, Einquartirung in der Pfarrwohnung, Zechhut.* Ord. *eccl. el. Sax. b. t. §. 5.* Carpz. *1. def. eccleſ. 308. & l. 1, 123. ſq.* Imo etiamſi bona patrimonialia poſſident clerici, immunes tamen ſunt ab oneribus perſonalibus, quoad *ſuam perſonam*, tenentur autem alium ſubſtituere, *d. ord. eccl.* §. 5. (*b*) II. priu. R. ampl.

(*a*) Kopffſteuer, Turckenſteuer. *Vid. Luther. tom. VII. Ienenſ. Germ. fin.*

(*b*) *Quar.* Si extraordinaria & temporaria onera perſonalia conuertuntur in perpetua, vt in electoratu Saxonico *Kopffſteuern* ſiue *Quatember-Anlagen*: an retineant naturam perſonalium, & clerici ab eis ſint immunes? tum quoad ſuam perſonam, tum quoad famulitium? Pro *affirmatiua* 1. quia ſunt origine collectæ perſonales. 2. ſi factæ

factæ sunt ordinariæ, etiam ab his clerici immunes. Pro *negatiua*. 1: non ab omnibus personalibus oneribus sunt immunes, sed a sordidis, & quæ *in*, non *de* propria persona sunt facienda. 2: pernicies reipublicæ: onus nimirum in possessores reliquos. *Ratio decidendi*. Personæ clericorum, qua tales sunt exemtæ, sed si possident prædia hereditaria, tunc familia in prædiis non est immunis, tanquam alterius possessoris prædiorum.

§. XI.

Limit. 1. Excipitur tamen casus *necessitatis* ineuitabilis & deuastationis imminentis, *l. neminem* 11. *C. de SS. eccl. l. cum ad feliciss.* 2. *C. de quib. mun. vel præst. l. XI. nullus* 21. *C. de curs. publ. XII. c. 2. X. de iur. immun.* Klok. *de contrib. c. XII*, 212. item *vtilitatem publicam*, & ipsius cleri concernens, veluti *reparatio viarum*, pontiumue, *l. ad instruct.* 7. *C. de SS. eccl. l. vlt. de quib. mun. nemo l. absit C. de priu. dom. Aug. XI.* Klok. *d. l. n.* 224. Natta *cons.* 311, 4. Carpz. *l.* 2. *def. eccl*, 340, 2, 3. Gerh. *de magistr. polit.* §. 441.

2.

§. XII.

III. priu. Etsi porro clericis prohibitum secularibus negotiis sese immiscere. *Tit. præc.* §. 6. concessa tamen est facultas *acquirendi ius ciuitatis* municipalis, bona proprietaria & ius commercii municipalis: saluo tamen

mu-

munere sacro, & in solatium vxoris & liberorum. Vid Lehmann. *chr. Spir. l. 7. c. 66.* Ord. eccl. *el. Sax. h. t. §. 3.* Quare caueat minister, ne isthæc negotiatio vergat in detrimentum sacri ministerii quoquo modo. Abusu enim priuilegium amittitur. Carpzov. *l. 1. def. eccl. 150.* Quo iure *etiam post mortem eius*, vidua & liberi gaudent in loco, vbi officio sacro functus fuit maritus. *Ord. eccles. d. t. §. 7.*

§. XIII.

Iure quoque *braxandi*, quantum sufficit pro familia, cum immunitate a collecta cereuisiaria, gaudent clerici nostri, *Tischtrunck frey von der Tranckstever. Ord. eccl. E. S. h. t. §. 6.* siue ipsi braxare, siue ius alteri pro certa summa cedere velint. Carpz. *l. 1. def. eccl. 139. 146. sqq.* Nec ipsi tantum pastores, sed & *substituti* eorum hoc iure vtuntur. Carpzov. *1, 140.* & scholarum magistri. Idem *141.* ac custodes. Idem *142.* Quod ius a die confirmationis incipit. Idem *def. 143.* vt alias salarium a die receptionis. Iac. Goth. *de salar. c. XI, 2.* Quantitas *arbitrio consistorii* aut etiam cameræ, pro ratione personarum & familiæ merito committitur. Carpz. *l. 1. def. eccl. 144. sq.* vbi etiam proportio inter ministros ecclesiæ & scholæ habetur. Et *duplica-* IV. priu.

tur hoc beneficium pro ecclesiarum & functionum numero. Carpz. *l. 1. def. eccl. 151.* Quod etsi non vbique obseruatur, magis tamen est, vt salaria augeantur ministris, quam vt minuantur. (*a*)

(*a*) Atque hæc de pastore vnius ecclesiæ: sed quid si habet etiam ecclesiam filiam, an priuilegium hoc etiam in hac competit? *Ratio dubitandi*, ex natura rei, Tischtrunck, vtitur quis tantum vna mensa, non duabus simul in matre & filia. *Ratio decidendi*, est pars salarii. Ecclesia duplex, etiam ministerium duplex, etiam salarium duplex: vnde nec separatio filiæ & matris fieri potest in præiudicium pastoris.

§. XIV.

V. In pagis & vicis etiam iure *pascendi* & adaquandi, *Wasser und Weide*, ceterisque iuribus, quæ incolis loci sunt communia, pastores & ministri vtuntur. *Ord. eccl. d. t.* §. *6.* Art. gen. *40.* Carpz. *1, 124.*

§. XV.

VI. Beneficium *prouisionis* siue emeritæ competit ecclesiæ & scholæ ministris ob senium vel morbum *sonticum*, (*a*) quod vocatur *Leibgeding uff Lebenlang, nach Erkantnus des* synodi, in *ord. eccl. E. S. b. t.* §. *2.* In quo tamen arbitrio ista obtinet regula, vt ne prouisio excedat dimidium totius salarii. Carpz. *l. 1. def. eccl. 23. in præiudicio ibi allegato.* Si non sufficiunt reditus ecclesiæ, parochiani tenentur con-

tri-

tribuere. Idem *l. 1. def. 153. num. 7. & 11. & def. sq.* Conf. Iac. Goth. *de salar. c. VI. th. 19.*

(*b*) Sontire, grauiter nocere. Sonticus, noxius, scilicet perpetuo, incurabilis, *l. fin. §. 1. D. de adil. edict.* Alius morbus non impedit salarium. *Goth. de salar. c. 6. 18.*

§. XVI.

VII. Priuilegium quoque *προεδρίας* & *praecedentiae* clericis prae magistratu ciuili concessum fuit, non quidem iure diuino. *Marc. X, 35. sqq.* (*a*) *2. Sam. IIX, 16. 17.* (*b*) nec omni humano. Vid. *synod. general. IIX. Constantinopol. c. 14.* aliquo tamen. Nam & pontificibus Romanis praecedentiam concesserunt Imperatores Romano-Germanici, salua superioritate sua, & episcopis Germaniae duces atque principes: rectoribus item academiarum quandoque. Nolden. *de statu nobil. ciuil. c. IX.* Ipsi vero clerici inter sese vel ratione locorum, quibus praesunt, vel ratione ordinationis & temporis sedere solent. Vid. Gregor. *I. lib. VII. epist. 112.* Sirmond. *ad Gottfridi Vindocin. l. 3. epist. XI.* Salmas. *de prim. pap. c. 1.* Hist. *C. Trid. pag. 129.*

(*a*) Vbi ius praecedentiae etiam inter ipsos Apostolos improbatur. Ergo multo magis inter clericos & potestatem reipublicae.

(*b*) *A. C. 869. 870.* sub Basilio Imperatore ia-

cta

cta heic fundamenta in ecclesia orientali praerogatiuae ecclesiae episcopalis. Vide *de L. E. G.* 2. *12. 15. 23. & 3. 2. 6.* de ecclesia Francica occidentali.

§. XVII.

IIX. Quoad *successionem* quoque gaudent clerici exemtione a iure statutario loci, vbi sunt, ita, vt in bonis v. g. mobilibus non succedatur ipsis secundum ius statutarium, sed commune: secundum ea, quae docet Struv. *exerc. XXXIIX. 44. fin.* Dissentit Carpzov. *l. 3. def. eccl. 8.* (*a*) Idem deficiente herede, non succedit *fiscus* ciuilis & magistratus loci, sed *episcopus*, aut summa potestas sacra. Carpzov. *l. 3. def. eccl. 9.* Conf. *l. vn. C. Th. de bon. cler. & monach. can. 4. concilii Rom. a Syluestro habiti.* Cent. *grauam. nat. Germ.* §. *41.* L. Engel. *I. can. 2. 4. 15.* (*b*)

Regin. app. 2. c. 39. 43 c. 54.

(*a*) Struuius distinguit inter bona mobilia & immobilia: Carpzouius inter clericos & academicos. Nobis regula sine distinctione vera est, vnde addidi: *v. g. immobilibus.* Ratio: quia in successione non de rebus, sed de iure quaeritur, *l. 50. pr. D. de H. P. & l. 1. §. 1. eod.* Ius porro successibile dependet a persona defuncti, ergo hactenus non tantum academici, sed omnes clerici sunt exemti a iure statutario municipali. Confirmatur haec sententia etiam praeiudicio facultatis iuridicae Ienensis apud Struuium *verbo: clericos.* Item, iure vacantiae: si enim heres clerici deficit, tunc non magistratus loci succedit, sed episcopus, siue summa potestas circa sacra, fatente

Carpzo-

Carpzouio 3, 9. Ergo exemta est hereditas & ius succedendi a iurisdictione magistratus loci siue inferiore. *Exc.* 1. Si clericus habet feudum. 2. Si ciuis etiam est municipii. *Confectarium.* Ergo & forum competens hereditatis petitionis & familiae ercifcundae est defuncti clerici singulare: sicut & testamenta eorum ibi insinuantur.

(b) *Spolia* appellantur bona praelatorum, & ceterarum personarum ecclesiasticarum, relicta ab intestato, eaque pertinere ad cameram Romani pontificis constituit Paulus III. & Paulus V. ille *anno* 1542. Vide *bullarium magnum*.

§. XIIX.

IX. Ipse vero clericus succedit iure Saxonico in *gerada* matris, non *coniugis*. (a) Carpz. *l. 3. def. eccl. 10.* nec in rebus expeditoriis. Idem *p. 3. c. 28. def. for. 38.* sicut nec ipsi res *expeditorias* relinquunt, nisi vbi statuto ac consuetudine id introductum. Idem *l. 1. def. eccl. 280.* Conf. Saluian. *l. 3. adu. auarit. pag. 269.* S. Hieron. *epist. 2. p. 9.*

(a) Ius enim geradae ad vxoris familiam pertinet, non ad virum.

§. XIX.

X. Vtuntur clerici etiam in aliis iuris articulis & imprimis in *processu iudiciario* quibusdam praerogatiuis. Ita in caussa *iniuriarum* non modo compositio amicabilis ante omnia sollicite est tentanda, sed nec animus iniuriandi in clerico praesumitur

arg.

arg. l. item 13. §. item Iulian. ff. locati. Carpz. *l. 3. def. eccl. 4. & 99. sq.* Actionem ad *palinodiam* euitare potest clericus spontanea declaratione. Idem *def. 101, 18.* Processus & sententia condemnatoria inter pastorem & patronum vel parœcianos euitari solet per translationem, idem *def. 108.* Denique ad accusationem criminalem viles personæ non admittendæ. *Conc. Carth. III. c. 7. 8.*

§. XX.

XI. Tempus gratiæ.

Singulare quoque priuilegium clericis datum, vt post mortem ipsorum reditus & salaria ad certum tempus, in ecclesiis Saxonicis ad sex menses familiæ defuncti appropríentur: idque in fauorem familiæ, viduæ & liberorum. Vocatur TEMPVS GRATIAE, *halbe Gnaden-Iahr.* Tempus hoc pro ratione locorum & seculorum varium deprehenditur, fuit aliquando *menstruum* alicubi, est & *annuum*, plerumque solet *anni dimidium* continere. Wehner. *obs. pract. voce Gnaden-Iahr.* Ord. eccles. *elect. Sax. b. t. §. 8.* Rauchb. *1. q. 25.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 183. sq.*

§. XXI.

Eius materia.

Afficit hoc priuilegium omnes omnino reditus ecclesiæ tam filiæ, quam matris

pro-

pro dimidia vel alia constituta parte, siue ex toto. Carpz. *l. 1. def. eccl. 185. sq.* Vsumfructum aedium parochialium, habent heredes defuncti, etsi reliquerit is aedes proprias. Idem *def. 187. sq.* Laudemia quoque si casus contigerit & inuestitura facta sit per tempus gratiae. Idem *def. eccl. 192.* Finkelth. *de I. patron. c. VI, 118.* Ord. eccl. Vinar. *l. 2. c. 19. §. 10.* Franzk. *de laudem. c. V.* (*a*) Accidentalia quoque, vt vocantur, primi scilicet semestris a morte defuncti. Carpz. *l. 1. def. eccl. 189. sq.* Vid. *ord. eccl. Vinar. l. 2. c. 19. §. 12.* Secus in Pomerania & alibi, vbi accidentalia sunt vicinorum interim ministrantium. Idem ex *Dedekenno def. 190, 8.* Accidentia vero semestris posterioris pertinent ad successorem. Idem *def. 164.* Pars quoque *prouisionis* emeriti pastoris cedit hoc iure viduae & liberis. Idem *def. 193.* sicut & substituto facta prouisio. Idem *def. 219.*

(*a*) Quid si casus laudemii contigit ante mortem pastoris, & inuestitura postea facta, an ius exigendi pertineat ad viduam & liberos? *Affirmatur*, quia ius petendi & obligatio oritur a tempore casus contingentiae, a quo incipit deberi laudemium. Dies venit, non cessit. *Negatur.* Ius petendi & obligatio oritur non ex alienatione, vel transmissione, sed ex facto & impetratione inuestiturae. *Franzk. de laudem. c. V* pro traditione dominii vtilis. Ergo dies non venerat. Requiritur ergo, vt casus contigerit tempore gratiae sal-

saltem, & vt intra id inuestitura per curatorem sit concessa. Alias sibi imputent heredes, si non inuestiuerint. Quod si non ex negligentia viduæ & heredum inuestitura omissa, æquum videtur, vt diuidatur inter viduam & successorem.

§. XXII.

Termin. a quo.

In computatione & diuisione fructuum dimidii anni, *terminus a quo* ea constituitur est mors defuncti, ita tamen vt *tempus modicum*, vnus vel duo menses præcise non attendantur: ita vt v.g. defunctus circa diem Bartholomæi censeatur decessisse demum circa festum Michaelis, a quo termino computatio fructuum totius anni alias fieri consueuit: quemadmodum vicissim defunctus post terminum Michaelis octo vel XIV. diebus habetur decessisse prius & in ipso termino, & computantur hi dies in annum gratiæ. Carpzou. *l. 1. def. eccl. 195.* (*a*)

(*a*) Terminus a quo duplex est, 1: naturalis dies mortis. 2: ciuilis, initium quartalis siue quartæ anni partis ciuiliter ita distincti. Alligandus itaque est terminus naturalis ad ciuilem, ita vt tempus modicum non attendatur, sed retrotrahatur, aut protrahatur.

§. XXIII.

Modus comput.

Modus diuidendi reditus anni gratiæ facilis est, quoad salarium *pecuniarium*, quod

quod in singula tempora commode diuidi potest. Carpzou. *1. def. eccl. 195.* At in *fructuum* tam ciuilium, decimarum, censuum, quam naturalium computatione hæc *regula* obseruanda: totius anni reditus ac fructus naturales & ciuiles a die Michaelis illius anni, quo mors contigit, vsque ad diem Michaelis sequentis anni, computantur, & dimidia pars cedit viduæ & liberis, altera successori. Idem *def. 196.* Decimæ, canon emphyteuticus, etsi post terminum Michaelis, v. g. ad diem Martini vel natalem Domini vel ad diem quadragesimæ exigibiles sunt, censentur tamen deberi iam tum priori termino Michaelis: quæ vero ad diem Walburgis exiguntur, ad posteriorem referuntur terminum Michaelis. Idem *def. 197, 7.*

§. XXIV.

declaratur.

Distinctius ista exponit Carpzouius secundum distincta contingentis mortis tempora, cuius doctrinam sequens *schema* exhibet.

Obit pastor

- 1. Circa diem Barthol. 1679. pertinent ad
  - 1. Semestre quæ exiguntur termino
    - Michaelis.
    - Martini.
    - Natiuitatis.
    - Quadragesim. 1680.
  - 2. Semestre termini
    - Walpurgis.
    - Michaelis.
  - Carpzou. *l. 1. defin. eccl. 199. sq.*
- 2. Circa natiuit. Domin. 1679. tunc pertinet ad
  - Salar. resid. terminus Michaelis vsque ad natiuit.
  - 1. Semestre gratiæ
    - Quadrages. 1680.
    - Paschat.
    - Walpurg.
    - Iohann.
  - 2. Semest. Michaelis.
  - Id. *def. 201.*
- 3. Circa pascha 1680, pertinet ad
  - Salar. resid. terminus Michalis 1679. vsque ad pascha 1680.
  - 1. Sem. gratiæ a pascha vsque ad Michael.
  - 2. Sem. a Mich.
  - *def. 202.*
- 4. Pentecost. & Ioh. 1680. ad
  - Res. salar. termin. Mich. 1679. vsque ad diem obitus, tres quadrantes.
  - 1. Sem. gratiæ, Michael. 1680. vsque ad Quadrag. 1681.
  - 2. Sem. successf. 2. quartale 81.
  - *def. 203.*

In

In cuius casu vltimo, si ad *instantem messem* obitus contingit, quæritur, hæc an ad salarium semestre promeritum pertineat, & futura messis anni sequentis ad tempus gratiæ? Affirmat Carpz. *d. def. 203.* Sed negatiua placuit in consistorio Ienensi A. 1677. atque a die mortis hoc in casu computatio cœpta. Sed magis est, vt priori sententia vtamur. (*a*)

(*a*) Quæstio eo redit: an desinat salarium hoc cum die mortis? *Affirmatur*: vsusfructus finitur die mortis. *Resp.* non iure vsusfructus, sed ex speciali concessione. *Negatur.* Salarium currit illius termini siue quartalis, in quo mors contigit, idque ex moribus & æquitate, & principiis iuris Germanici de satione &c.

§. XXV.

Regula itaque est, quod lucrentur vidua & liberi omnes fructus quoad dimidium anni, mortem defuncti subsequentis: quæ tamen sic restringitur, vt impensæ a successore aut ab ærario factæ pro quota deducantur & imputentur liberis, & viduæ. Carpz. *def. 205.* Ord. eccl. Vinar. *l. 2. c. 19. §. 10. fin.* ab ipsis vero factæ restituantur ex ærario ecclesiastico, *def. 207.* Deinde inuentarium quoque ex prouentibus salarii gratiosi in subsidium supplendum. Idem *def. 206.* Ord. eccl. Vinar, *l. 2. c. 19. §. 16.* Limit.

§. XXVI.

Quibus competat priuil. R. 1. ampl.

Diximus priuilegium hoc competere defuncti clerici aut pastoris familiae, h. e. viduae & liberis, cuiuscunque matrimonii. Carpz. *def. 208. sq.* etiam nepotibus. Idem *def. 210*, etiam emancipatis & elocatis. Idem *def. 211*. Finkelth. *de I. patron. c. 6, 100. sqq.* Ordinat. *eccl. Saxo-Vinar. l. 2. c. 19.* §. *13.*

§. XXVII.

2. ampl.

Debetur viduae hoc beneficium, etsi illata repetit: quia non iure hereditario, aut vt portio statutaria, sed iure singulari conceditur. Carpzou. *l. 1. def. eccl. 214.* Finkelth. *de I. patron. c. 6, 94.* Neque si petit portionem statutariam, conferre ea tenetur, quae ex beneficio hoc percipit. Carpz. *def. 213.* Et competit etiam in casu repudiatae hereditatis defuncti. Idem *def. 225.* Finkelth. *d. c. 6, 106.* Etiam si substitutus statim succedat. Carpzou. *def. 219. & 193.* excluditur enim heic vi priuilegii. Finkelth. *d. c. 6, 114.* Atque transmittitur hoc ius ad heredes descendentes viduae atque liberorum. Idem *def. 216.*

§. XXIIX.

Diuis. inter vid. & liber.

Ceterum quam partem capiat vidua, quam liberi, quaesitum. Carpzouius ait, regu-

gulariter *quartam* partem capere viduam, ex *constit. elect. XX. p. 3.* nisi si iure statutario trientem capere possit, *def. 212. sq.* Sed consistorium Lipsiense *A. 1614, 12. Iulii versus Altenroda* rescripsit: *dimidium* ad viduam, & dimidium ad Liberos pertinere, quam sententiam defendit Finkelth. *de I. patron. c. 6, 96. sqq.* At vero elector Saxoniae *decis. XLVIII.* rem ita definiuit, vt vidua cum liberis *in capita* succedant: id quod *ord. eccl. Vinar. d. l. 2. c. 19. §. 15.* restringit ad eum casum, quo liberorum numerus non excedit ternarium. (*a*)

(*a*) Fundamentum Carpzouii est diuisio hereditatis: ergo fiat secundum statuta loci. *Resp. 1.* Hoc ius non est hereditatis, sed singulare ac diuersum. 2. Etiam in hereditate habet clericus priuilegium, §. 17. *h.* Fundamentum Finckelthusii ex voce ET copulatiua per brocardicum. *Resp. 1.* Brocardicum hoc non peraeque receptum est. *Vide Gothofred. ad l. reos 11. §. cum in 1. D. de duobus reis.* 2. Fallit heic, vbi inter personas coniunctas iam tum proportio quaedam diuidendi est iure introducta, quam & heic legislator praesupponere intelligitur. Fundamentum sententiae in capita est itidem vis copulatiuae ET, quam elector confirmat ob maiorem fauorem liberorum. *Resp.* Fautor liberorum non est vniuersum maior, sed tantum, si sunt pupilli, non elocari &c. alias maior est viduae fauor. Ratio decidendi dependet ex praesumta intentione legislatoris, quod & in aliis caussis & casibus donationis, legati &c. velit eam proportionem di-

uisionis fieri debere: quæ alias illas inter personas in aliis casibus diuisoriis obtinet, aliam aliam proportionem expressisset. Igitur verior est sententia secundum ius commune fieri diuisionem iuxta numerum liberorum, si tres vel pauciores, vidua quartam: si plures, virilem accipit. *Nov. 117. c. 5.* Auth. *praeterea C. Vnde V. & V.* Quam sequitur ordinatio Vinariensis *pag. 405.* sed cum ampliatione in fauorem viduæ quoad præcipuum, & ita duas viriles partes.

§. XXIX.

Consect. 1. Igitur defuncti heredes alii, adscendentes vel collaterales non sunt capaces beneficii huius. Carpz. *l. 1. def. 217.* nec heredes testamentarii. Idem *def. 218.* nec pastor viuus ad aliam ecclesiam prouectus. Idem *lib. 1. def. vlt.* Neque vidua & liberi ministrorum scholæ, custodum aut organicorum. Idem *def. 226. sqq.* nisi ex speciali concessione aut locali consuetudine. Idem *def. 228. sq.* (a)

(a) De sponsa an sit capax huius priuilegii? *Negatur.* Statuta non sunt extendenda. *Tiraquell. LL. connub. gl. 3, 25.* ergo quæ de vxore habentur, non extendenda ad eas personas, quæ non sunt vxores. *Affirmatur 1.* Sponsa habet priuilegia vxoris *l. 4. de fund. dot. l. si sponsa de iure dot.* Bertachin. *repert. Voce:* Sponsa. 2. Sponsa habetur in fauorabilibus pro vxore *l. non sine C. de bon. quæ lib.*

Gl. *Instit. de nupt. §. sed si vxor.*
Panormit. *in rubr. de sponsal.*

Carp-

Carpzou. *1. def. eccl. 17. & 63.*
Heig. *2. qu. 28, 35.*
Tiraquell. *LL. connub. gl. 1. sequ. 25.*

3. Si non iure successionis, saltem ex speciali gratia in solatium, quum maiori damno sponsa affici videatur, quam vxor. Hinc remedium supplicationis.

§. XXX.

Non extante itaque vidua vel liberis defuncti, ius est episcopo vel consistorio, vt reditus istos ad alios pios vsus conferat. *Concil. Rom. sub Syluestro can. 4.* Ordin. eccl. Vinar. *l. 2. c. 19. §. 13.* vel successori concedat. Carpz. *l. 1. def. eccl. 220. sqq.* Finckelth. *de I. patron. c. 6, 120. sq.* Confess. 1.

§. XXX.

Proprium huius beneficii est, quod non iure hereditario, sed ex priuilegio principis aut summæ potestatis ecclesiasticæ deferatur: vnde consequens, non esse æs alienum de eo exsoluendum, aut pro ære alieno sequestrandum vel arrestandum. Carpz. *l. 1. def. eccl. 223. sq.* Conf. *l. si quis 11. C. de prox. sacr. scrin.* Ibi: *non hereditatis, sed priuilegii nomine.* Iac. Goth. *de salar. c. XIII, 6.* nisi speciatim ad hoc destinatum fuerit, vidua & liberis non exsistentibus. Wehner. *d. obs. pr. voce:* Gnaden-Jahr. 2.

§. XXXII.

Vnde porro conficitur, non posse patrem pastorem vel clericum pacisci, aut testari, aut renunciare huic priuilegio, non tam ipsi, quam viduae ac liberis dato. Et si renunciauit, viduam aut liberos non teneri factum parentis aut mariti praestare, quia de re ad se non pertinente disposuit. Vid. *ord. eccl. Vinar. l. 2. c. 19. §. 16.* (a)

(a) *Ratio dubitandi ex decisione electorali 48. VVeil* intuitu *des Vatern die Begnadigung geschehen.* Ergo ius habet pater. *Ratio decidendi.* Negatur consequentia, quia ius hoc & priuilegium exsistentiam suam capit post mortem patris: ergo de iure non existente, nec suo, non potest pater disponere, non permittente lege specialiter.

§. XXXIII.

De treuga & pace.

Species immunitatis & priuilegii clericorum est de *iure veteri*, quae *treuga & pax* vocatur ab Alexandro III. rubrica de hoc argumento. Enimuero constat, licitum olim fuisse ius belli priuati & diffidationis, de quo agimus *de iure obsid. c. XI, 6.* H. Mich. *resp. Chilon. 14.* Sed dupliciter fuit restrictum istud ius, primo quoad clericos, & alias *personas* ad ecclesiam pertinentes, conuersos scilicet & peregrinos, h. e. religionis caussa peregrinan-

nantes: itemque quoad rusticos & mercatores, durante licet diffidatione inter aliquos siue status siue etiam priuatos, & constitutum, vt hi perpetua pace lætentur, exemti ab ista diffidandi licentia, *c. 2. x. h. t.* Capitul. Caroli M. *de A. C. 797. a Luca Holstenio primum editum cap. 1.* Ius Saxon. prouinc. *l. 2. art. 66.* & municipale *art. 9.* Sueuicum prouinciale *c. 248.* Deinde quoad *dies* quatuor hebdomadis, Iouis, Veneris, Saturni & Solis, quibus ipsis ob cultum diuinum liberius exercendum suspensum fuit ius belli priuati etiam quoad reliquos, id quod ipsum *treuga*, Latinis *induciæ* dicuntur. *c. 1. x. eod. I.* Sax. prou. *d. art. 66.* Vide *infra in indice voc.* Treuga. Conf. ius feciale Rom.

§. XXXIV.

Cum *canon apostol.* VI. velit, vt *episcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam seculares curas adsumant: sin autem, eiiciantur*, etiam circa onus *tutelæ* & curæ certa forma in concilio quodam Africano data fuit, quod quidem non extat, memoratur tamen a Cypriano *l. 1. ep. IX.* ex quo *can. fin. dist. 88.* atque exponitur a concilio Chalcedonensi *can. 3.* quo prædicta regula ita restringitur: *nisi forte qui legibus ad minorum ætatis tutelas siue curationes inexcusabiles attrahuntur, can. fin. dist. 86.* **Immun. a tutela & cura.**

Hactenus itaque subire clerici potuerunt tutelam, aut se excusare. At Iustinianus Imperator *l. 52. de episc. & cleric.* ius nouum introduxit, atque immunitatem clericorum a tutela & cura generaliter & *ipso iure* esse voluit: ita vt ipso iure prohiberentur, nec excusatione opus haberent. *Dist. 88. c. fin.* Rittersh. *ad nouell. p. 8. c. 1. 7.* Quae constitutio a Gratiano perperam Leoni Imperatori tribuitur, *can. 16. q. 1. can. generaliter.* Ratio Imperatoris ex ipsa lege apparet: *vt aliis omnibus derelictis, DEI omnipotentis ministeriis inhaereant:* vnde excipit statim clericos diuagantes, aut circa diuina ministeria desides. At XXII. annis postea in *nou. CXXIII. c. V.* quoad presbyteros, diaconos & subdiaconos vetus ius reduxit, atque ad solam tutelam vel curam *legitimam* iure cognationis admisit, nisi intra quatuor menses se excusent, episcoporum tutela adhuc prohibita, itemque monachorum. Quid igitur de *iure canonico?* Gratianus vtrumque ius vetus & nouum inseruit decreto, quasi esset discordantia heic concordans. Neque satisfacit Rittershusii conciliatio. Verius & foro ecclesiarum conformius videtur, ius vetus per omnia fuisse reductum. Itaque quum in concilio Moguntino negotiis secularibus interdiceretur clericis generaliter

ne-

neratim, & ſecularia negotia recenſerentur, diſerte excepta eſt defenſio orphanorum & viduarum *c. 1. x. ne cler. vel mon. ſec. neg.* L. Engel. *p. 1. l. 1. t. 18. 21. ſq.* Steph. Gratian. *diſcept. for.* 830, 17. ſq.

TIT. XIX.

De

EXCESSIBVS ET POENIS CLERICORVM. (*a*)

D. 50. 5. x. 31. Lanc. 1. 10. & 4. 12. & 15.

§. I.

Vidimus de officio & qualitate, itemque de priuilegiis clericorum, conſequens eſt, vt etiam de eorundem exceſſibus & pœnis diſpiciamus. Excedunt clerici vel regulas *officii* eccleſiaſtici, aut in *doctrina*, aut quoad *mores* vel *extra officium* delinquunt. Suntque vel exceſſus *leuiores*, vel *crimina*. Vid. Duar. *8. 6.* In vniuerſum vero *peccatum clerici* maius eſſe *peccato laici*, Iſidorus Peluſiota *lib. 2. epiſt. 121.* ex lege Hebræorum oſtendit, qua tantum pro ſacerdote peccante ſacrificium offerri præcipitur, quantum pro vniuerſa plebe: idque non ob naturam facti, ſed ob perpetrantis dignitatem, qui aliorum mores moderari debebat. (*b*)

Peccata clericor. grauiora laicorum.

(*a*) Con-

(*a*) Connexio. *Ratio dubitandi.* Doctrina de delictis & poenis pertinet ad ius circa res non circa personas. *Ratio decidendi.* Personae qualitas & exemtio heic consideratur, quae regulam priorem limitat & restringit ad delicta & poenas generatim considerata? & excipit excessus clericorum & poenas ex qualitate personae ortas & temperata. 2. Praemia ac priuilegia & poenae sunt correlata, ergo coniungenda.

(*b*) An clerici mitius puniendi? *Affirmatur* 1. in honorem ministerii parcendum. 2. excessus eorum obtegendi, exemplo Constantini. 3. proportio geometrica in poenis obseruanda: ergo & dignitas sacerdotii. *Resp. ad 1.* rusticitati parcendum, ait ICtus: parcendum quoad proportionem geometricam in sententia, non quoad sententiae executionem. Ad 2. exemplum non facit regulam, sed exceptionem forte, imprimis vbi plures impliciti, nec excessus sunt notorii, sed & mutuae inuicem inculpationes, haud notoriae vel probatae. Immo potest executio poenarum omitti propter metum maioris scandali. *Exod.* 32, 12. Bosius *de scandalo pag.* 94. *Ad* 3. vbi & ratio decidendi versatur. Obseruanda geometrica proportio, i. e. dignitas sacerdotii. *Manud. phil. mor.* 8. 40. sed in effectu aequalitas poenarum adest geometrica: nec in effectu mitius puniuntur. Guilielm. Neubrigens. *l.* 2. *c.* 16. *histor. Angl.* scribit: nempe episcopi dum defendendis magis clericorum libertatibus vel dignitatibus, quam eorum vitiis corrigendis resecandisque inuigilant, arbitrantur obsequium se praestare DEO & ecclesiae, si facinorosos clericos, quos pro officii debito canonicae rigore censurae coercere vel nolunt, vel negligunt, contra publicam tueantur disciplinam.

§. II.

§. II.

Regulariter porro contra vel delinquentes vel delictis suspectos adhibentur gradus admonitionum. *Can. apost. 73. c. 26. x. de appellat.* Quibus si non emendatur delinquens, pœna irrogatur vel ecclesiastica, vel quæ iurisdictionis est secularis, pro delicti qualitate. *Emendatio* porro vitæ *præsumitur* per triennalem vitii vel delicti euitationem. *Nouell. V. c. 2. Pœna* ecclesiastica, quæ etiam *censura* (*a*) dicitur *c. 20. x. de V. S.* Vid. Zigler. *ad Lancell. 4. 12. 2.* est carcer, mulcta, translatio, suspensio, remotio & degradatio, pœnitentia ecclesiastica atque excommunicatio. *Infra 2. 4. 22.* Grad. admon. Pœna eccles.

(*a*) Late pressius censura versatur circa bona spiritualia, non temporalia, circa conscientiam, non corpus.

§. III.

Carceris pœna, nobis *priesterlicher Gehorsam*, ob excessus *leuiores* clericorum *minoris* ordinis dictatur a iudice ecclesiastico *cap. 35. x. de sentent. excomm.* Ord. eccl. *el. Sax. tit. von consistoriis. §. X.* Carpzou. *l. 3. def. eccl. 113.* existimationem enim apud vulgus minuit. Idem *def. 114.* Carcer.

§. IV.

§. IV.

Mulcta. Mulcta decernitur imprimis aduersus clericos maioris dignitatis, aut si totum collegium deliquit. Vid. *c. IX. de dolo.*

§. V.

Transloc. Translocatur delinquens in aliam ecclesiam, vbi minus salarii aut dignitatis obtinet, tum in pœnam, tum ad euitandum scandalum. *Concil. Lateran. c. 2.* Carpz. *l. 3. def. eccl. 118. & 124.* Simile quid in veteri ecclesia fuit *communio peregrina*, h. e. pœna episcopi ex hæresi ad orthodoxiam redeuntis, qua episcopus non ab ordine depositus fuit, sed ad presbyteros demandatus. Bosquet. *ad Innoc. III. l. 1. epist. 175.*

§. VI.

Suspens. Suspensio est interdictio officii ecclesiastici vel scholastici, & salarii percipiendi, ad tempus, *c. 11. x. de priuil. & excess. c. etsi clerici x. de iudic. c. 20. x. de V. S.* Ord. eccles. *elect. Sax. tit. de consistoriis.* Vnde *sequestratio ab officio* dicitur *concil. Aurel. III. c. 1.* quæ fit per sententiam, non ipso iure. *c. fin. x. de cohab. clericor.* cap. *quid periculosum de sentent. excom. in 6.* (*a*) dignitas tamen retinetur sine exercitio functio-

Engel. p. 716.

ctionis, *concil. in Trullo c. 26.* etsi minuat existimationem apud vulgus. Carpzou. *l. 3. def. eccl. 114.* Vid. *concil. Arelat. II. c. 30.* Tolet. XI. *c. 4.* Administratio officii interim vicinis, vel collegis committenda, & salarium assignandum. Carpzou. *l. 3. def. eccl. 116.* Alimenta tamen deneganda suspenso non sunt, si aliunde non suppetant: ita sentiunt Surd. *de aliment. c. 1. q. 82.* Ricc. *dec. 185. l. 1.*

(a) Quæritur an omnis suspensio fiat demum per sententiam, an etiam quædam ipso iure? Effectus quæstionis pertinet ad casus conscientiæ, & ius morale. Si quis enim *ipso iure* esset suspensus, non poterit per *conscientiam* fungi ministerio, etsi nondum condemnatus, sed tenetur in conscientia vltro cedere officio. *Engel. p. 3. pag. 726.* Itaque quæstio affirmatur, quod semper requiratur sententia, non obstante clausula *ipso iure*, per *c. cum secund. de hæred. in VI.* Lud. Engel limitat, nisi expresse legislator addat clausulæ: *ipso iure, etiam alia declaratione non secuta*, per textus allegatos. *Extrauag. ambitiosæ. de reb. eccl. non alien.* Concil. Trid. *sess. 13. de reform. c. 2. Vers. si quis an.* Verum in *d. extrauag.* nihil ad hanc rem apparet, sed simpliciter clausulæ *ipso facto, eo ipso* &c. quæ clausulæ ipso iure & ipso facto nihil differunt. *Vide A. B. t. 1.* Gl. *in l. 1. pand. de his, qui inf. not.* Atque in clausula *ipso iure* semper intelligitur sententia declaratoria. Carpz. *ad A. B. t. 14. q. 1.* Distinguendum inter forum internum conscientiæ, de quo moralistæ, & externum, in quo canonistæ versantur,

In-

In foro *interno* verum est, quod is, qui actum commisit, quo delinquens ipso iure suspensus est, agat contra conscientiam, si pergit in officio. Sed canonistæ, & nos h. l. versamur in foro *externo*, vbi de validitate gesti. quoad ius tertii inde quæsitum, quæritur: vbi etsi suspensio ipso iure competit, non habet tamen effectum, nisi interueniente facto siue officio iudicis exsequentis: & opponitur clausulæ *ipso iure*, actioni, accusationis processui, sententiæque, non vero omni iudicis officio & executioni, siue etiam declarationi. Itaque si quis sacerdos dicatur ipso iure suspensus ob delictum, & nihilominus postea baptizat, baptismus valet, nec repetendus. Potest enim actus aliquis esse contra legem, & tamen effectum iuris validum habere respectu tertii, per *l. Barbarius Philippus* & *c. Vlt. x. de cohab. cleric.*)

§. VII.

Restituitur suspensus tempore elapso, quandoque simpliciter, quandoque præuia deprecatione ecclesiastica, aut admonitione publica, Carpz. *l. 3. def. eccl. 117.*

§. IIX.

Denique suspenso non semper pœna est, sed & *via ad inquisitionem* contra grauatum indiciis, ad euitandum scandalum. *Concil. Tolet. XI. c. 13.* Carpzou. *l. 3. def. eccl. 115.* (*a*)

(*a*) Scandalum, *σκάνδαλον*, a *σκάζειν*, offendere, significat 1. *anj'oß*, rem corporalem po-

positam cæco forte, vel alteri in loco, vbi facile præuideri non potest, vt quis ad eam offendat, cadat, aut lædatur. Transfertur 2. ad res morales & incorporales, *Aergernis*, siue actum malum, ex quo alterius animus deterior redditur malo exemplo. Idque dupliciter: vel per se actus talis est, & dicitur scandalum *datum*, actiuum ex parte agentes: passiuum, ex parte alterius. Vel per accidens & culpa alterius, & dicitur scandalum *acceptum*. Regulariter omne vitandum. Quæritur quale sit scandalum, quod h. l. euitandum? Non datum, quia pergere in officio ecclesiastico inculpatum vel accusatum non est actus per se malus, sed bonus exemplo Christi & apostolorum: vnde & inculpatus regulariter non suspenditur. Est igitur scandalum acceptum: nam & a licitis abstinendum, ne offendatur imbecillior in fide *Rom. XIV, 13. sequ.* Scilicet offendi quis potest e populo, audiens talem concionantem, qui diffamatus est de crimine, accepturus absolutionem, qui ipse non est absolutus &c. Ratio autem, cur h. l. suspendatur, orta ex natura processus inquisitionalis specialis, quæ incipit a captura, per hanc porro suspensio: etsi forte per cautionem saluus conductus impetretur, permanet tamen iste effectus &c.

§. IX.

Remotio vel depositio est, qua functione sacra priuatur clericus. *Can. apost. XXIX.* Sicut autem summum clericos in functione sacra confirmandi ius est penes summam potestatem circa sacra: ita etiam ius remouendi ab eadem potissimum depen- Ius remouendi.

O dec.

det. *Concil. Sardic. c. 4.* Hispal. II. *c. 6.* Turon. II. *c. 6.* Mogunt. *c. 29.* Tribut. *c. 10.* Ord. eccles. *t. von consistor.* Carpz. *l. 3. def. eccl. 110. sq.* Conf. Lehman. *chron. Spir. l. 2. c. 41. §. 2.* (*a*)

(*a*) Ius deponendi 1. fuit penes synodos, falso iure Imperatoris vel regis, reuisionis. *Regin. append. 1. c. 31.* 2. Reuisio addicta fuit pontifici Romano per concilium Sardicense *c. 3.* Ac. 3. totum ius soli pontifici adsertum per Innocentium III. *c. 2. x. de translat. episc.* Vide *Petr. de Marca l. 7. de C. S. c. 28.*

§. X.

Remotionem merentur primo inculpati crimine atroci, praeuia caussae cognitione, ad defensionem admissi, ac condemnati: vt est haeresis & error doctrinae, apostasia tempore persecutionis, proditio ecclesiae, consultatio magorum, sortilegorum, homicidium, vsuraria prauitas, periurium, furtum, stuprum, verberatio. *Can. apost. 25, 26, 28.* Concil. Nicen. *cap. 18.* & *20.* Arelat. *cap. 13.* Sardic. *c. 7.* Tolet. IV. *c. 28.* Lateran. *c. 2.* Hutter. *LL. theol. de magistr. polit. sect. 2. qu. 14.* Dannhau. *t. 1. theol. conscient. p. 925. sq.* Carpzou. *l. 3. def. eccl. 111, 11, 122.*

§. XI.

ampl. Extra casum criminis atrocis quoque, sed *praemissis gradibus* admonitionum. *Ord. elect.*

elect. Sax. t. vom Ober-Consist. Carpz. *l. 3. def. eccl. 112. & 121.* Quæ remotionis pœna etiam ad ſcholarum magiſtros & cuſtodes extenditur. Idem *def. 119. ſq.* Excipitur cauſſa ſtupri, ſi ſtuprata ducitur. Carpzou. *def. 122.* & homicidii caſualis. Idem *def. 123.* limit.

§. XII.

Locum habet pœna remotionis non tantum quoties iudex eccleſiaſticus ex officio *inquiſitorie* procedit: ſed etiam ad actionem vel *accuſationem* inſtitutam. Quo caſu quis ſit ex vſu noſtri fori procedendi modus, cognoſcere eſt ex reſponſo conſiſtorii Lipſienſis *de 19. Oct. 1622. ad regimen Sundershuſanum*, *conceptore* Finckelthuſio: *P. P. Vnbekommen vor dem geiſtlichen* conſiſtorio *Klage zu erheben: uff ſolchem Fall Beklagter daſelbſt ſich einzulaſſen und zu antworten ſchuldig iſt: und werden alſo dann nach gethaner Antwort über dieienigen Articul, ſo er verneinen wird, gewiſſe Zeugen vermittelſt gewöhnlichen Zeugen Eydes, ſummariſcher Weiſe, wie auch über die* interrogatoria, *da Beklagter ſolche gebrauchen wolte, billich abgehöret. Wenn uns nun die Zeugen-*Regiſtratur *anderweit zugeſchickt wird, ſo ergehet der* remotion *halber von ſeinem* Proceſſ.

 Dien-

Dienste, oder sonsten ferner was recht ist. V. R. W. (*a*)

Probationis tres sunt gradus:	sine articulis & iureiurando sine articulis & cum iureiur.	summar.
	cum articulis & iureiurando.	Ordinar.

§. XIII.

Restituit. Pedente autem processu siue in prima siue in appellationis instantia, reus manet in officio, nec alius sufficiendus. *Concil. Sardic. c. 4.* nisi suspensioni locus sit: vt antea §. 8. diximus. Restitutio denique fit modo fere eodem, quo fit introductio. *Concil. Tolet. IV. c. 27.*

§. XIV.

Degradatio. Differt a remotione *degradatio*, quæ non tantum priuatio est functionis, sed etiam ordinis sacri, & consequenter redactio ad statum secularem, vt, saluo sacri ministerii honore, pœna secularis vt in laicum exerceatur, *c. nouimus x. de V. S.* Carpzou. *l.* 3. *def.* 117, 5. Sithm. *de I. episc. c. XIII,* 73. Besoldus *thes. pract. voce:* Degrad. (*a*)

(*a*) Tres heic sunt sententiæ Dd. (1) Quod sit priuatio totalis ordinis clericalis. (2) Saluo charactere h. e. facultate fungendi officio sacro absque noua ordinatione. (3) Saluo clericatu, h. e. actu primo fungendi, quæ tamen cum media coincidere videtur. Zigler *ad Lancellottum* obiicit:

s

si character manet, manet etiam persona ecclesiastica, nec potest ergo iudex secularis eam punire. *Resp.* negatur consequentia, per instantiam: manet character christianismi in apostata v. g. circumciso: qui si reuersus fuerit, non rebaptisatur. Itaque potentia quidem remanet, sed actus vterque, primus & secundus tollitur. Exemplum degradationis in Leonhardo Caesare apud Lutherum *tom. ien. Germ. 3 fol. 418.*

§. XV.

Diuiditur in *verbalem* & *actualem c. 1. de poenis in 6*, sed illa reuera est remotio siue depositio, vnde non praebet iudici seculari facultatem in delinquentem: haec vero fieri consueuit solennitatibus quibusdam adhibitis, vt detractione pallii vel albae, aliisve. *Concil. Trull. 8.* Cabilon. *c. 3.* Lateran. *c. 3.* Innoc. III. *l. 1. epist. 130, 132. & ibi Bosquet.* Fr. Duaren. *l. 7. de S. eccl. min. cap. X.* Concil. Trid. *sess. 13. de reform. c. 4.* (*a*) quae tamen in vsu non sunt in ecclesiis euangelicis. Carpzou. *l. 3. def. eccl. 117. 9.* Nam & sola *extraditione* degradatio fieri potest. Sithm. *de I. epis. c. XII, 37.* (*b*) Plane nouissimi iuris pontificii interpretum nonnullis degradatio a remotione amplius non differt, vel potius haec poenae species ipsis abolita videtur: aliis differt quidem, sed ita tamen, vt *character ordinis* maneat, nec semel ordinatus laicus fieri possit. *Concil. Trident. sess.* actualis.

 23.

23. cap. 4. & can. 4. L. Engel. *C. I. can. p. 3. lib. 6. t. 27. n. 12.* (*c*)

(*a*) Verbalis fit per sententiam eiusve publicationem: realis est sententiae executio. *Ferd. de Castro Palao p. 6. d. IV. punct. vlt. n. 6.*

(*b*) Ex sententia ecclesiae Romanae de charactere indelebili non potest dici, degradationem esse priuationem totalem, ita vt si restitueretur denuo ordinandus esset. At nostrae & veteres ecclesiae statuunt, ordinationem quidem non esse regulariter reiterandam, sed non propter characterem indelebilem. *Supra 1. 15, 6.* Nihil ergo impedit, quo minus possit clericus ita ad statum secularem redigi, vt restituenti ordinatio sit repetenda. Quanquam nec is, de quo spes est corrigibilitatis & restitutionis hac poena plectendus est. Sithmanni doctrina de effectu solius extraditionis cum grano salis accipienda, & intelligenda de remotione simplici ad poenae executionem, saluo charactere sine initerabilitate ordinis.

(*c*) Crimina ecclesiastica etiam laicis communia, vt relapsus. *Infra 2. 3, 7.* Vid. *Ferdin. de Castro Palao p. 1. tr. 4. d. 6. punct. 2. n. 7. sequ.*

TIT.

TIT. XX.

De
IVRE LAICORVM
siue
PAROECIANORVM. Diss. §. 15.

§. I.

PErsonæ, ex quibus constat ecclesia, quum duplicis generis sint, ecclesiasticæ, & laicæ, iure priorum exposito, restat, vt de iure laicorum, qui & *paræciani* seu parochiani & *auditores* dicuntur, agamus. (*a*) Connex.

(*a*) De visitatione laicorum vide *Reginonem.* 2, 1.

§. II.

Sunt autem hi iterum duplicis ordinis, alii cum potestate aliqua & in publica functione, qua ecclesiæ inseruitur, alii sine ea, & sub communi *plebis* nomine relinquuntur: illi vocantur *seniores populi*, vel *presbyteri laici*, qui plebem ex communi cuiuscunque vniuersitatis natura repræsentant, inter quos cumprimis refertur magistratus ciuilis loci, de his consule H. Grot. *de I. S. P. circa sacra c. XI*, 15. & *vide supra tit. X.* §. 7. Thorndic. *orig. eccl. c.* 18. (*a*) presbyteri laici. 1. 3. fin.

(*a*) Testes synodales. *Du Fresne glossar.* Acta eruditorum *Anno 1684. pag. 103.* Quistorpii *pia desideria.*

§. III.

4. classes parochianorum.

Generatim porro diuidebantur iure veteris disciplinæ ecclesiasticæ quondam parœciani in quatuor classes, in quarum prima erant AVDIENTES siue *catechumeni*, qui nondum baptisati: in altera POENITENTES, qui post baptismum *lapsi*: in tertia, ORANTES, qui nondum ad S. communionem siue *oblationem* admissi: in vltima denique COMMVNICANTES. Vid. *concil. Nicen. c. XI.* Card. Bona *l. 3. rer. liturg. c. 16. seq.*

§. IV.

Conuersi originarii.

Aliter etiam in *neophytos* siue CONVERSOS & in *originarios* Christianos diuiduntur. Vid. *concil. Basil. sess. XIX.* Ac consequenter in *nouitios* & *originarios* parœcianos, quorum illi fiunt receptione in certam ecclesiam, saltem tacita, domicilii aut habitationis diuturnæ (*a*) constitutione. Struu. *exerc. IX. th. 37.* si eiusdem religionis est.

Peregrini.

Non est autem *peregrinus* recipiendus, nisi prolatis literis commendatitiis, vel confessoriis, aut alias præuio examine & veritatis inquisitione; ne fraus fiat ecclesiæ derelictæ aut nouiter quæsitæ. *Conc.*

Eli-

Eliber. c. 25. & 58. Arelat. I. *c. 7.* Antioch. *c. 7. sq.* Laodic. *c. 41.* Turon. II. *c. 5.* (*b*)

(*a*) Quae sit diuturna habitatio, ex qua domicilium praesumitur? 1. sententia x. annorum. *Molina, Suarez.* 2. arbitrium iudicis. *Menoch. 1. arb. 86.* Goedden. *de V. S. l. 190. l. 203.* 3. post annum. Gailius, Myler. I. *publ. p. 355.* Dissentit Carpzou. *2. resp. 21 sequ.* *Ratio dubitandi.* Non colligitur domicilium ex sola commoratione, *Feuer und Herd haben.* *Ratio decidendi* ex communi Germaniae consuetudine, vt forenses post annum declarent, se velle aut ciues fieri & incolas, aut emigrare. Et si declaratio expressa cessat, lex municipalis introducit praesumtionem, vt commorans tacite se declarauerit ad subeunda onera domicilii & iura. Prima sententia nimis in inceto relinquit domicilium, & fallit in studiosis. Secunda nihilominus requirit aliquam regulam & normam arbitrandi, etsi ab ea pro circumstantiis recedere possit. Tertia optima est orta ex praesumtione iuris & consuetudinis.

(*b*) Alia diuisio *infra 2. 8. 19.*

§. V.

Officium parochianorum generatim, vt Christianorum omnium, consistit in obsequio & obseruatione disciplinae (*a*) ecclesiasticae & morum honestate. Qua in re vetus ecclesia sequiori aeuo palmam praeripuit. *Athenagoras in apologia* ad Antoninum philosophum Imperatorem. *Apud nos*, inquit interprete Gesnero, *homines etiam priuati, quique ex manupre-* Officium.

O 5 *tio,*

tio victitant, & aniculæ (b) *si nullam dicendo professionis suæ vtilitatem exhibere queant, rebus ipsis & operibus eam declarant. Neque orationes compositas recitant, aut enumerant verba, sed actiones honestas & virtutum exempla de se prabent: dum percussi non repercutiunt, spoliantibus dicam non scribunt: petentibus largiuntur, proximos quosque tanquam seipsos amant.* Et infra: *summa apud nos lex est, quæ iustitiæ modum & exemplar in nobis ipsis requirit, a nobis ad proximum transfert. Quamobrem etiam pro ætatis discrimine alios pro filiis & filiabus, alios pro fratribus & sororibus habemus, provectiores ætate patrum & matrum loco honoramus.* Vnde & *Iulianus* apostata Imperator laudare Christianos cogitur, & ad eorum exemplum sacram paganorum societatem componi mandat *epistola ad Arsacium pontificem pag. 322.* Vid. centur. Magdeb. per singulas centurias *tit. de disciplina & moribus externis Christianorum.* (c) Kortholt. *de vita & morib. Christ. primæu.* State igitur super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea. *Ierem. VI, 16.* (a)

(a) Et politiæ, veluti ne mulier vtatur veste virili pro solito sub anathemate. *Conc. Gangr. c. 13.* Regin. *app. 1. c. 6. sqq.* De esu carnis *c. 9. ib.*

(b) Col-

(b) Collegium viduarum huc etiam pertinet, de quo Paulus *1. Tim. 5, 9. sequ.* Chemnit. *exam. conc. Trident. p. 3. de cælibatu c. 9.*

(c) Saluianus *pag. 58. & 84.* conqueritur de malis moribus.

(d) Petr. Suauis *hist conc. Trident. pag. 825.*

§. VI.

Speciatim vero obligati sunt parœciani pastori ac clero suo ad exhibendam *reuerentiam*, qua de re vide *concil. Matiscon. II. c. 15.* Art. gen. *elect. Sax. XVII. fin. & XX.* itemque ad *obsequium* admonitionibus illius præstandum, sicut etiam ad *alimenta* & debitum salarium. Vid. *Marsil. Patauin. p. 2. defens. pac. c. XIII.* (a) Hist. conc. Trident. *lib. VI. p. 559.* Obligatio erga pastorem.

(a) Qui quidem denegat clerico actionem ciuilem, sed respectu forte perfectionis Christianæ, certe non respectu fori nostri & pacti vocationis.

§. VII.

Supra quoque diximus, obligari parœcianos ad *sumtus*, qui ad constitutionem pastoris & ministrorum requiruntur, in *subsidium* tamen solum, si ærarium ecclesiæ non est sufficiens. *Art. gen. 1. & 37.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 55. sq.* it. *85. sq.* ad collectam. L. 14, 8.

§. IIX.

Quoties per *collectam* singulorum sumtus sunt cogendi, modus ac *proportio* distri- Qua proportione.

ſtributionis & executionis magis eſt, vt fiat partim *in capita*, partim ſecundum *patrimonii* ſubſtantiam, *zum theil uff die Perſonen, zum theil aber uff die Güter gerichtet ſey, damit es der Steuer halber keine* conſequens*gebe, noch der Begüterte zu hart getroffen werde.* Quod in principatu Hennebergiæ conſtitutum memini. (*a*)

(*a*) Sic poſſeſſionatus habens multos liberos, minus in capita ſingulorum contribuat, quam poſſeſſionatus ſine liberis.

§. IV.

Moderatio in translocatione.

Parcitur quoque ſumtibus parœcianorum in *translocationibus*, & obſeruatur æqualitas, ne vni eccleſiæ, crebrioribus paſtorum ſuorum ablationibus, nimium ſumtus cauſſentur. Ita in eodem principatu A. C. 1592. conſtitutum fuit: *Daß man in Fortſetzung der* diaconen *der Stadte Abwechſelung halten wolle, nemlich, wann einer aus einer Stadt genommen, und auff eine Pfarre geſetzt werde, daß alsdann in fernern vorfallenden* mutationibus *aus einer andern Stadt gleichfalls ein* diaconus *fortgeſetzt werde, damit alſo die Beſchwerungen und Vnkoſten in Abholung*, præſentation, ordination *und* confirmation *den Stædten zugleich obliegen mægen, und ſo viel mæglich Gleichheit gehalten werde.* Vid. ſupra *l. 3. fin.*

IN-

INSTITVTIONVM ECCLESIASTICARVM
LIBER SECVNDVS.

TIT. I.
De
IVRE RERVM ET S. LITVRGIA.

Lancell. 2, 1. Diff. 17.

§. I.

PErspeximus ius *personarum* ecclesiasticam societatem constituentium: consequens est, vt iura *rerum* ad eandem pertinentium explicemus. Sunt autem illæ in triplici differentia, aliæ enim sunt *spirituales*, aliæ *temporales*, aliæ *mixti* generis: SPIRITVALES sunt VERBVM DEI reuelatum & SACRAMENTA, circa quæ LITVRGIA occupatur. Dona extraordinaria. *Infra diff.* §. 17. Res triplices.

§. II.

Liturgia ministerium publicum sacrum denotat, siue exercitium religionis Christianæ publicum. *Act. XIII*, 1. 2. 3, 1 *Cor. IX*, 13. Liturgia.

13. Philipp. I, 17. Luc. I, 23. Ierem. XXXIII, 21. Hebr. X, 11. Aliter etiam *officium diuinum* dicitur, id quod vernaculo exprimimus *Gottesdienst:* MISSA. *Concil. Mogunt. cap. 43.* Wormat. *cap. 8. Messe oder Ambt.* Ord. polit. *Ernesti elect. & Albert. duc. Sax. A. 1482.* Græcis *synaxis.* Socrat. *l. V.* H. E. *c. XXII.* (*a*)

(*a*) Claud. de Sainctes, Ebroicensis in Normanniæ prouincia episcopi, in S. liturgias præfatio. *Bibl. patr. t. 4. pr.* vbi contra Lutherum & Caluinum vult defendere *sacrificium missæ* : & quod missa sit vox Hebraica *Missah*, officium publicum.

§. III.

Eius diuisio.

Liturgia alia est solennis, alia *minus*: illa omnibus aut plerisque actibus sacris absoluitur: veluti oratione, hymnis, verbi prædicatione. *Concil. Laodic. c. 16.* Dist. *12. c. placuit omnibus.* Sacramentorum administratione, eleemosynarum collatione *Rom. XV, 27. 2. Cor. IX, 12.* Vid. Hildebr. *de vet. eccl. sacris c. 1.* Hæc paucioribus, vt horæ precum. *Concil. Laodic. c. 18.* Dist. *5. de consecr. c. conuenit.* Ord. eccl. *elect. Sax. §. wie es an Werckeltagen*, aut institutio catechetica, *Betstunden*, *Kinderlehr*, *catechismus-examen.* Solennis porro vel *ordinaria* est, vt quæ singulis septima-

manis habetur, (*a*) vel *extraordinaria*, quæ feriis celebratur, & iterum duplicis generis eſt, aut *feſtiua*, aut *ſupplicatoria*. Illa cernitur in feſtis in laudem DEI ac Saluatoris, aut in memoriam ſanctorum inſtitutis. (*b*) Vid. *cent. grau. nat. Germ.* §. 37. vel ob ſpeciale DEI beneficium de præſenti reipublicæ Chriſtianæ collatum, veluti de parta victoria, de peſte ablata, *Danckfeſte*. Item iubilæa, de quorum origine *de L. E. G. 5. 10, 10.* Supplicatoria fit pro auertenda plaga, veluti belli, peſtis, famis. Quo pertinent LITANIÆ & IEIVNIA, *Faſt- Buß- und Bettage.* (*c*)

(*a*) In die dominico, de quo *Regino 1. 371. ſeqq.*

(*b*) Regino *1. 377. & 2. 387. ſqq. app. 1. c. 10.*

(*c*) Litania, λιτή, litatio, deprecatio, proceſſus, proceſſio *l. 3. C. de haret. & ibi alleg.* Du Fresne *gloſſar.* Litania. *Menag. etymol. Gallican.*

§. IV.

Denique ex vtroque genere participant, 2.
pro diuerſitate perſonarum, iſtæ liturgiæ ſpecies, quæ vel in celebratione nuptiarum, vel in EXEQVIIS defunctorum haberi ſolent: *Brautmeſſe*, in eccleſiis pontificiis *Seelmeſſe*. De quibus ſuo loco ſpeciatim.

§. V.

§. V.

Species oppos.

Contradistinguitur liturgiæ siue publico religionis exercitio, PRIVATVM exercitium, atque domesticum, sacra priuata, *Haußkirche*, de quo extant *concil. Eliber. c. 40. sq.* Arelat. II. *c. 23.* non esse scilicet tolerandum heterodoxæ religionis exercitium a domino. De orthodoxo vide *concil. Tolet. I. c. 9.* Art. gen. XVII. *§. 1. fin.* Ecclesiæ Geneu. *formulas precum p. m. 134.* Brunnem. *1. 6, 2.* VOTA quoque speciem cultus priuati continere videntur. Vid. *tamen concil. Antisiod. c. 3.* Nec aliena abhinc tractatio IVRISIVRANDI, vt actus religiosi & ad primam decalogi tabulam pertinentis: itemque *peregrinatio* religiosa. *Walfahrt.* Vid. *Magdeb. cent. IV. cap. 6. p. 457.* Chemnit. *exam. concil. Trid. p. IV.* S. Lup. *epist. 101. sqq.*

Regin. 1. 131. sq.

inf. §. 39. inf. §. fin.

§. VI.

Ius liturgiæ penes quem.

Liturgia Christiana est *iuris diuini*, a DEO O. M. legislatore instituta in decalogo, renouata a Christo, formata ab Apostolis: quæ in ipsis actuum sacrorum substantialibus cernitur. Ceteroquin est quoque iuris *humani*, per canones ecclesiasticos in circumstantiis ac ritibus accidentalibus, ADIAPHORIS, ceremoniisve ad-

adaucta: quo pertinet translatio liturgiæ solennis hebdomaticæ a die *sabbati* ad dominicam, *1. Cor. vlt. 2.* Apoc. I, 10. S. Barnabæ *epist. cathol. p. 34.* Concil. Laodicen. *c. 29.* Vid. Hulsm. *breu. c. XII. th. 15.* H. Grot. *de ver. rel. Christ.* H. Conring. *de hermet. medic. p. 398.* Burmanni *disquis. de moralitate sabbati, eiusque vindicias*, aliosque plures.

§. VII.

Liturgia quatenus est iuris diuini, est immutabilis: quatenus humani, non tantum *varia* est, pro ecclesiarum diuersitate. Vid. Socrat. *hist. eccl. d. l. V. c. XXII.* Sed etiam *mutabilis* in qualibet ecclesia. *Form. concord. p. 615.* Art. gener. IX. *pr.* non tamen facile mutari debet, ne *scandalum* detur, sed ex iusta & necessaria caussa pro ratione status ecclesiastici, v. g. propter accedentem superstitionem & attributam ritibus efficaciam falsam. Carpzou. *lib. 2. def. eccl. 246.* non item ad conciliandam conformitatem cum ecclesia heterodoxa: ne ex hac etiam de conformitate doctrinæ persuadeatur populus. *Idem ibidem* Brunnem. *1. 6. 6. 3.* (*a*) quat. mutabile.

(*a*) Cedere infirmo fratri debemus. *Rom.* XIV. id est ei, qui infirmus est ex opinione probabili, vel pia simplicitate. Non cedere de-

 be-

bemus 1. *Cor, X.* ei, qui vrget adiaphorum ex opinione falſo & ſeductoria ab analogia fidei, & quæ pro articulo fidei obtrudit dogma non tale.

§. IIX.

Ius mutandi.

Ius porro & ordinandi & mutandi liturgiam quoad ritus accidentales eſt penes *ecclesiam* ſiue ſummam cuiusuis eccleſiæ poteſtatem, quæ totam repræſentat, h. e. ſynodum vel ſenatum eccleſiaſticum, cum conſenſu ordinum prouincialium. Neque enim penes ſolum clerum, neque penes ſolum principem: quippe qui non habet circa ius S. liturgiam abſolute. *Supra l. 3, 55.* multo minus in ſingulorum arbitrio. *2 Paral. 30, 2.* Concil. Nicen. *c. 20.* Form. concord. *p. 615. & p. 791.* Art. gen. IX. *§. damit aber. 2.* Carpzou. *l. 2. def. eccl. 245.* Zimmerm. *analect. menſ. 1, 12. & 19.* Sed penes omnes tres ordines eorumue deputatos. Carpz. *l. 1. def. eccl. 69. ſq. l. 2. def. eccl. 247. ſq. & 261.* Art. gen, XIX. Carpz. *deciſ. 113.* Conc. Trid. *ſeſſ. VII. can. 13. de ſacram. in genere.* M. A. de Dom. *l. 4. c. 8, 61.* (*a*)

(*a*) Edictum Caroli M. *anno 788. de emendatione librorum & officiorum eccleſ.* Capitul. Caroli M. *lib. V. c. 372. & ibi Pithœi gloſſ. voce:* miſſa.

§. IX.

præparat.

Præparatio ad S. liturgiam condecens præcipitur. *Concil. Bracar. II. c. fin.* Tolet. VII.

VII. c.1. Foroiul. *c.13.* Concil. Trullan. *c.90.* Vid. Hildebrand. *de sacris eccl. vet. c. III. de die domin. in fin.* vbi etiam de origine & vsu *campanarum* ad conuocandum populum ad S. liturgiam. Conf. Hieron. Magius *de tintinnabulis.* Bona *l. 1. rer. lit. c. 22.* (*a*) campana

(*a*) Goldast. *tom. 1. constit. pag. 420.* Campanarum consecratio est res licita, quia est campana res sacra: modo sine superstitione & abusu sacramentorum. Vt clocas ne baptizent Carolus M. prohibuit *capit. III. anno 789. c. 18.* quod Amerbach. *pag. 266.* de superstitione intelligit, non de aliqua legitima & ecclesiastica benedictione, vel consecratione non superstitiosa.

§. X.

Lingua, in qua liturgia celebratur, debet esse vernacula populo, *1. Cor. XIV, V.* Chemnit. *exam. concil. Trid. pag. m. 321.* Hist. concil. Trid. *pag. 650.* (*a*) De *ritibus* veterum vide Fr. Bernard. Ferrarium *de ritu sacrar. eccl. cathol. concionum.* Cardinal. Bona *de rebus liturgicis.* C. Brunus *de ceremoniis.* Io. Bapt. Casalius *de vet. ritibus.* Simonuille *comparatio ceremoniar. Iudaic.* Mabillon *de liturg. Gallic. l. 1. c. 2.* (*b*) Pamelii *liturgia.* Hildebrand. *de sacr. vet. eccl.* vbi etiam de *festis*: de quibus quoque Dresserus, Hospinianus, Chemnit. *exam. concil. Trid. p. 4.* (*c*) Lingua. Vestimenta sacra. Regin. l. 80.

(*a*) Dissentit ecclesia Romana. Cardinalis Bona *l. 1. rer. liturg. c. 5. §. 4.* ait: sicut vna est fides, ita vna esse debet lingua communis, qua multæ nationes possunt mutuo communicare. In oriente Græca & Chaldaica: in occidente Latina, ne per translationem aliquid erroris in formulas irreperet. *Resp.* 1. A fidei vnitate ad linguæ vnitatem non valet consequentia; de iure diuino: cum fidei vnitatem per linguarum diuersitatem induxerit & seruauerit Spiritus S. 2. Non datur lingua communis, quæ multæ nationes & singuli in ipsis possunt communicare: Latina certe non est talis. 3. Metus iste vanus est, alias nec biblia transferenda. *Vid. de L. E. G. 3, 4, 13.*

(*b*) Vbi hæ solennes liturgiæ recensentur: Romana, Ambrosiana siue Mediolanensis, Gallicana, Hispanica siue *Mozarabica*, quia eam secuti apud Hispanos Christiani Arabibus permixti, Africana, & Hibernica.

(*c*) Steph. Baluzius *præf. capitul. §. 34.* Locus, in sua ecclesia. *Vid. Baluz. Regin. pag. 550.*

§. XI.

Ius calendarii.

Ad festorum mobilium constitutionem pertinet *calendarii* confectio, quæ propterea mixti iuris, ecclesiastici & ciuilis est: summa tamen potestas est penes rempublicam vel principem. De emendatione Iuliani calendarii deliberari cœptum iam tum in concilio Constantiensi A. C. 1414. (*a*)

(*a*) An calendarium Gregorianum recipiendum in nostris ecclesiis? *Ratio dubitandi.* 1. ad vni-

vnitatem facit extraneam, pacem religiosam & ciuilem. 2. fit libere, vt receptio iuris canonici & decretalium. *Ratio decidendi.* Potestas Romani pontificis est abrogata per pacem religiosam in ecclesiis nostris, ergo non reducenda in hoc puncto, per regulam prudentiae ciuilis, *ἐν ἀρχῇ* vigilandum, Aristotele monente. *Resp. ad 1.* per instantiam ad maiorem ab Interim. *Ad 2.* nisi interpretatio cauillatoria sequatur a parte aduersa. *Vid. de L. E. G. 7, 12, 2.*

De calendario ecclesiae Africanae *vide acta eruditorum 1684. pag 67.*

Calendaria, martyrologia eccl. Germ. *Bekii Augustani.*

§. XII.

Nundinae tempore liturgiae solennis institutae impediunt cultum diuinum: igitur eo tempore interdictae, ac constitutum, vt aut die sequente fiant, aut finita liturgia tabernae aperiantur. *Cap. 1. X. de feriis.* Agobard. *t. 1. pag. 64. & ibi* St. Baluz. *p. 20.* Art. gen. XVII. *§.* 10. Ord. polit. *elect. Sax. 1661. tit. 2. §. fin.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 253.* Quistorp. *desid. 1, 2, 3.* (*a*)

Impediunt liturgiam nundinae.

Regin. 1. 374.

(*a*) Quaeritur: an nundinae iure diuino permissae in die dominica, finita liturgia? *Negatur* 1. Nehem. *vlt. 16.* 2. ante finitam liturgiam praeparatio fit inter ementes & vendentes: ergo impeditur liturgia. *Affirmatur & respondetur ad* 1. esse id iuris Hebraeorum ciuilis, non moralis. *Ad* 2. per accidens fieri, & puniendum. Rectius non permittuntur, etsi e re publica. *Vide Fritzsch. de nund. c. V.*

§. XIII.

Encænia.

(a) Encænia, rusticis præsertim vsitata, an diebus dominicis celebrari fas sit, tractatum fuit. Sunt autem *encænia* feriæ in memoriam fundatæ ecclesiæ cuiusque loci. *Magdeb. cent. IV. cap. VI,* 452,20. Hildebrand. *de sacr. vet. eccl. c. vlt.* Contra encænia facit ratio ab eorum *abusu* desumta, comessationes & helluationes, quæ die Dominico imprimis illicitæ. Deinde vt non omnia templa diebus Dominicis fundata, ita nec memoriæ istis instituendæ. Conf. *concil. Cabilon. c.19.* Mogunt. *c. 5.* Basil. *sess. XXI.* Pro encæniis facit, *vsum* rectum propter abusum non abrogandum. Is vero in eo consistit, vt sacra liturgia Deo gratiæ agantur pro fundatione & conseruatione ecclesiæ illius loci: & postmodum conuiuia & *ἀγάπαι* celebrentur. Vid. Baluz. *l. 3. miscell. pag.14.* exemplo veteris testamenti ecclesiæ & noui. Nec legibus siue ecclesiasticis siue ciuilibus vsus ipse tollitur, sed abusus compescitur, & modus imperatur conuiuiis. Vid. *ord. polit. vet. Sax. p. 6. & 28. & 57.* Ord. pol. *nouiss. t. XX.*

(a) Encænia & nundinæ differunt. Nundinæ sunt commercia: encænia sunt sacra memoria fundationis ecclesiæ, & epulæ publicæ. Coniunguntur fere.

§. XIV.

§ XIV.

Turbantur sacra per tumultum, murmurationes, stertationes, *Vnfug auff den Kirchhöfen, vor Endung der Predigt ohn Noth aus der Kirchen lauffen, plaudern &c.* *Concil. Carth. IV, c. 24.* Tolet. III. *c. 22.* Art. gen. XVII. §. 2. Decret. synod. *t. 1.* §. *demnach auch.* Quæ vt euitarent veteres, diaconi obibant cauentes, ne quis turbaret. Hildebr. *de sacr. V. E. c. I.* quem morem reducendum optat Quistorp. *desid.* §. *IV.* Pœna sacra turbantium publice concessa, etsi diuersæ religionis, tum pœnitentia ecclesiastica est. Carpz. *l. 3. def. eccl. 95, 2.* tum ciuilis arbitraria, carcer, mulcta, relegatio, fustigatio, numellæ. Idem *def. 96. seq.* Capitalis quoque, si quis manus intulerit sacra tractanti *l. si quis 10. C. de episc.* Carpz. *d. def. 95.* Conf. Klok. *vol. 1. consil. X. p. 277.* Turbatio sacror.

§. XV.

Tempore quoque solennis liturgiæ cessare debent *iudicia* forensia. *Conc. Mogunt. c. 37.* Tribur. *c. 34.* Art. gen. XVII. §. 8. Vt & *operæ* manuales opificum *Conc. Aurel. III. c. 21.* Art. gen. XVII. §. 9. Decret. synod. *t. 1.* Carpzou. *l. 2. def. eccl. 250, 252. & 255.* Nisi casu *necessitatis*, vt tempore messis si rara serenitas forte in diem Dominicum incidit, concedi potest illatio frugum finito Iudic. forens. operæ manual. Vid. Baluz. ad Regin. p. 575. sq.

nito cultu diuino, a magistratu & pastore. Carpzou. *d. def. 252.* Sicut & iter ex caussa necessitatis permittitur. *Idem ibidem.*

§. XVI.

Neglectus. Denique vt frequentatio S. liturgiæ inculcatur: ita neglectus diuino & humano iure grauiter prohibetur. *Heb. X, 25.* Can. Apost. IX. Concil. Eliber. *c. 21.* Gangrens. *c. 5. seq.* Sardic. *c. 14. & 20.* Carth. IV. *c. 88.* Agath. *c. 14. & 31.* Aurel. III. *c. 22.* Antioch. *c. 2.* & Constantinopolit. VI. *c. 80.* Mogunt. *c. 57.* Cau. VII. *q. 1. c. illud diuinum.* Art. gen. *3.* §. *10.* & art. *17.* §. *1. seqq.* Decret. syn. *t. 1.*

§. XVII.

Ludi & exercitia. Ludi tamen & exercitia, quæ operas manuarias opificum non continent, ad recreationem, finita liturgia, conceduntur. *Art. gen. XVII.* §. *5. & art. seq.* Decret. synod. *t. 1.* Carpzou. *l. 2. def. eccl. 253.* B. Meisner. *colleg. adiaphor. disp. XII. de comœd. & saltat.* Ceterum ludi sacris infesti & *scandalosi* omni iure prohibentur: quales olim Circenses atque gymnici. *Conc. Elib. c. 56. seq.* Arelat. *I. c. 3, 4. seqq.* Athenag. *apolog. p. 42.* Conf. C. Tacit. *annal. XIV. 20. seq.* Iulian. Imp. *in misopono p. 40*, itemque *festum stultorum*, brumalia, bacchanalia, & similia, de quibus *concil. Trull. c. 62.*

&

& 65. Saluian. *l. 6. de gub. Dei pag. 122.* Zacharias pap. *ad Bonifac.* Concil. gener. VIII. *c. 16.* Basil. *sess. XXI.* Chemnit. *exam. C. Trid. p. 4. fin.* Ephem. erud. *1667. p. 914.*

§. XIIX.

Pars S. liturgiæ præcipua quædam est *concio*, siue verbi Diuini expositio, & informatio populi in fide & disciplina. Iustin. Martyr. *apol. 2.* neque in arbitrio pastoris est, conciones de nouo instituere, aut intermittere, aut prolongare, præsertim pœnitentiales. *Art. gen. III. §. 4.* Carpzou. *l. 2. def. eccl. 261.* Neque penes *patronum* est ius aliquod circa conciones concedendas vel interdicendas. Idem *l. 1. def. eccl. 69. seq.* Conciones eccles. Regin. 1. 201. sqq.

§. XIX.

Regularirer ius habendæ concionis competit ordinario cuiusuis ecclesiæ ministro, ad id constituto: veteri iure *diaconis* homilias patrum prælegere populo concessum. *Concil. Vasens. c. 4.* nostro vero & concionari fas est. Vid. & Baluz. *ad Saluian. pr.* (*a*) Ius habendar.

(*a*) Ex conciliorum Sirmondi *tom. XX. pag. 377.* Concilium Turonense III. iussu Caroli M. in Turonorum vrbe celebratum est *anno Christi 813, Leonis III, papa XVIII.*

Can. XVII.

Visum est vnanimitati nostræ, vt quilibet episcopus habeat homilias continentes necessarias ad-

admonitiones, quibus subiecti erudiantur, id est de fide catholica, prout capere possint, de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum: de resurrectione quoque futura, & vltimo iudicio, & quibus operibus possit promereri beata vita, quibusve excludi. Et vt easdem homilias quisque aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut Theodiscam, quo facilius cuncti possint intelligere, quæ dicuntur.

§. XX.

Ext. Atque quum solis mulieribus concionari sit prohibitum diuino iure, admittuntur etiam *nonordinati*, si quis idoneus repertus ab antistite. *1. Corinth.* XIV, 31, 34. Concil. Chalc. *c. 12.* Lateran. *c. 3.* Art. gen. III. §. *fin.* Carpzou. *l. 2. def. eccl. 256. seqq.* exceptis solennibus & funeribus. Idem *def. 258.*

§. XXI.

VI. polem. Polemica inter tres in Imperio religiones concessas in concionibus proponi debent modeste, parce, & citra contumeliam. *Instr. pac. art. V.* §. 49. Art. gen. III. §. 8. Glasen. *de relig. pol. c. 2.* Brunnem. 1, 6. 1, 27.

§. XXII.

Elencht. Elenchticus vsus fiat ἐν πρᾳότητι, imprimis abstinendum a priuata vindicta in caussa propria, quo scandalum oritur. *Art. gen. III.* §. 7. Carpz. *l. 1. def. eccl. 66. seq. l. 3. 102.*

102. & iniuria fit huic, contra quem talia effunduntur. Idem *l.* 3. *def.* 98. Vid. Gregorii M. *pastoralis cura p.* 3. *per tot.*

(*a*) Io. Gerson, cancellarius Parisiensis, *epist. ad Dom. Cameracensem. Ratio dubitandi*: in quo non præsumitur animus iniuriandi, is non obligatur actione iniuriarum. In clerico concionante non præsumitur &c. *Ratio decidendi.* maior limitatur: nisi præsumtio elidatur excessu notorio, vel alias probato.

§. XXIII.

Atque quum circa hanc rem desideretur certa instructio pro ministris ecclesiæ, operæ pretium fuerit, inserere formulam mandati superintendenti ecclesiæ C. dati, quæ multum ad hoc negotium conducit.

Dieweil öffters vermercket worden, daß im Gebrauch des Straff-Ambts nicht allezeit gehörige circumspection *vorgangen, so hat der Superintend. durch den Pf. zu S. N. es dahin zurichten, daß, wofern die Prediger in der Stadt und Vorstadt etwas vermerckten, so sie auff den Cantzeln mit sonderbaren Vmständen zu eifern gedachten, sie sich bey gedachtem Pfarrer versamlen, den Grund und Beschaffenheit wohl erwegen, und so dann mit Bewust des Superint. verfahren sollen, bevorab, wo sie der hohen oder niedern Obrigkeit* officium *anzuziehen vor nötig fin-*

finden, damit vorhero, und ehe man mit Ergernüß des gemeinen Mannes, die Obrigkeit beschuldige, gehœriger Orte erforschet werde, worauf eines und anders beruhe, und ob vielleicht schon gebührliche Anstalt darbey angetroffen worden. Wie denn unsere Regierung dem Predigamte dermassen Hand zu bieten, auch Rath und Gerichte allhier dahin zu halten, iedesmahl gefast, daß es nicht leicht eines andern Mittels bedürffen wird.

§. XXIV.

Denunciationes de suggestu.

Mos vetustissimus est, vt denunciationes de suggestu finita concione fiant rerum quoque secularium promiscue. *Statut. Frisic. lib. 1. tit. 2.* Th. Herbai *rer. quotid. c. XVIII.* Besold. *thes. pract. voc. Kirchensprach.* Ord. prouinc. *Henneb. passim.* Quia tamen fini liturgiæ & ædium sacrarum haud inseruit, itaque promiscuus eius vsus prohibetur. *Art. gen. elect. Sax. III. §. 9.* nisi intersit ecclesiæ. *Mandat. elect. Sax. anni 1659. de fructibus naturalibus bonorum caducorum, pr. iunct. resolut. nouiss. elector. Saxon. part. 1. §. 21.*

§. XXV.

Ius precum ord.

S. liturgiæ altera pars essentialis est ORATIO precesve: *Act. XIII, 2.* etiam pro aliis ecclesiis atque rebuspublicis. *Ier. XXIX.*

XXIX, 7. 1. *Macc.* XII, 11. 1. *Timoth.* II, 1. (*a*) Ius præscribendi preces publicas regulariter est ecclesiæ, & summæ ecclesiasticæ potestatis, penes quam totum ius liturgiæ ordinandæ residet. Vid. *concil. Carth.* III. *c.* 23. Mileuit. *c.* 12. (*b*) Supra §. 8.

(*a*) An & pro defunctis? Affirmat Augustinus lib. ad Paulin. de cura pro mortuis gerenda, pr. *Vniuersa pro defunctis ecclesia supplicare consueuit.* Et mox: *genere vitæ, quod gessit quisquis per corpus, efficitur, vt prosint, vel non prosint, quæcunque pro illo pie fiunt, cum reliquerit corpus. Nam meritum, per quod ista prosint, si nullum comparatum est in hac vita, frustra quæritur post hanc vitam. Ita fit, vt neque inaniter ecclesia vel suorum cura pro defunctis, quod potuerit religionis impendat: & tum ferat vnusquisque secundum ea, quæ per corpus gessit, siue bonum siue malum, reddente domino vnicuique secundum opera eius,* 2. *Matth.* 12, *fin.* Et mox: *sed etsi nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua tamen est vniuersæ ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, auctoritas: vbi in precibus sacerdotis, quæ Domino DEO ad eius altare funduntur locum suum habet etiam commendatio mortuorum.* Vide prudentiam iuris Christianorum *c.* 1, 15. Et *c.* 6. *Sed quia non discernimus qui sint, quibus* prodesse possint, *oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia possint & debeant peruenire.* De ecclesia Gallicana vide Baluzium *ad Reginon. pag.* 541.

(*b*) An eadem perpetua forma? Negat Brunneman. *l.* 6, 2. *p.* 204. De forma apud Iudæos *acta*

acta eruditorum 1686. pag. 255. An in litania tempore pacis cum Turca clausula contra Turcam omittenda? *Vid. Carpzov 2. def. 246. fin.* Distingu. inter pacem & treugam, & pacem ciuilem & religiosam siue ecclesiasticam.

§. XXVI.

Ius exig. preces publ. Ius exigendi preces publicas siue intercessiones pro sese fieri competit summae reipublicae potestati, quod vulgo IVS PRECVM vocant, (*a*) non tantum iure diuino, quo ecclesia obligatur ad preces publicas pro potestate ciuili ecclesiae protectrice, *1. Tim. II, 2.* Conf. concil. Emerit. *in Hispania A. 666. celebratum:* sed etiam gentium: vnde moris, vterum principis DEO commendare. *Tacit. ann. XV. 23. & XII, 68.* (*b*) Idem officium etiam PATRONO debetur aut collatori. Carpzou. *l. 2. def. eccl. 259.* eiusdem ecclesiae, non extraneo. Idem *def. sq.* (*c*)

(*a*) Ius precum publicarum duces Saxoniae exercuerunt ante reformationem. Georgius dux Saxoniae *anno 1509.* ad ciuitates rescripsit: Ihr wollet mit der Geistlichkeit bey euch gütlich handeln, zu verfügen, das auf ordentliche und andechtige procession von allen Volck geistl. und weltl. Standes gehalten, und der allmechtige Gott, vleissig, mit innigen gebete vermant u. angeruffen werde, seine gnade und barmhertzigkeit zu erzeigen, in den sachen, darumb solich procession und bette geschiet, das wollen wir

zu

zu gütlicher belohnung in gnaden erkennen. Dab. &c.

(*b*) Inuocatio ſanctorum in eccleſia Francorum ſemper fuit recepta cum Chriſtianiſmo ab eccleſia catholica. *Vid. Otfrid euang.*

(*c*) Pro Iudæorum conuerſione anniuerſariæ. *Baluz. ad Agobard. p. 74.*

§. XXVII.

Præter publicas etiam priuatæ publica auctoritate mandatæ ſunt ad pulſum campanæ, ſiue durante liturgia, ſiue extra eam, mane atque veſperi. Vid. Hildebr. *de presb. veterum*, Art. gen. IX. §. *fin.* Edict. Palatini Neoburgici *apud Meteran. lib. XXXII. fin. p. 162.* Quiſtorp. *deſid. IV.* Auian. *prax. eccl. p. 3.* Huc etiam horæ canonicæ. Brunnem. *1. 6. 6. 9.* (*a*) Preces mat. & veſp.

(*a*) Curſus eccleſiaſticus dicitur breuiarium ſtatarum eccleſiæ precum per ſingulos dies. *Vid. Mabillon diſquiſ. de curſu Gallicano, adiectam libb. de liturg. Gallic.* Oratio Salomonis commendatur principibus apud *Baluzium l. 4. miſcell. pag. 25.*

§. XXIIX.

Par ratio eſt muſicæ eccleſiaſticæ & ſacrorum hymnorum, qui preces carmine & rythmis comprehenſæ ſunt & certo decantandi modulo adaptatæ. *Eph. V, 19. 2. Par. V, 13.* Cumque vis & effectus muſices ſit παιδεία καὶ κάθαρσις ſecundum Musica eccleſ.

Ari-

Aristotelem, vsus eius in liturgia eo magis est. Vid. Clement. Alex. παιδαγ. I. Lact. *l. 6. c. 21.* Concil. Laod. *c. 15. & 17.* Conc. Trull. *c. 75.* Gell. *l. 1. c. XI. l. 4. c. XI.* Regin. *1, 381. sq.* Agobard. *t. 2. lib. de diu. psalmod. item de correct. antiphon.* item *lib. aduersus Amularium.* St. Baluz. *miscell. lib. 3. pag. 290.* Card. Bona *de reb. lit. 1, 25.* Horn. *in Sulpit. p. 170.* Voss. *de IV. art. popul. c. IV.* Zimmerm. *anal. m. I, 11.* Hildebr. *de sacris vet. eccl. c. 1.* Auian. *prax. eccl. p. 3.* imprimis quoque instrumentalis. Dedekenn. *vol. I. p. 2.* Appendix *de minist. s. 6. n. 5. p. 1073.* Carpzou. *l. 2. def. eccl. 263, 1.* Brunnem. *1. 6, 8.* (a)

(a) Vicarii prohibiti a Iustiniano *l. 42. §. 10. C. de episc.*

§. XXIX.

Luct. publ. Ob luctum tamen publicum in ecclesia instrumentalis musica cohibetur. Carpz. *l. 2. def. eccl. 263.* etiam extra S. liturgiam. Idem *def. praeced.* Dissentire videtur *can. 13. q. 5. cau. 26.* doloris caussa nec altaria veste lugubri accingi debere. Ac gentium more nihil religionum ceremoniis magis aduersari creditum, quam luctum. Val. Max. *l. V. c. X.* (a)

(a) In republica Hebraeorum ne quidem sacerdos lugebat, multo minus sanctuarium. Luctus hominis non debet afficere aut minuere litur-

turgiam siue cultum DEI, sed rempublicam & lætitias publicas: nisi ex sua natura, vt in memoriam passionis dominicæ. Carpz. 2. *def. eccl.* 263. distinguit inter cultum internum & externum, quem excipit. Sed respondetur: sublato externo minui solet internus: sublato medio excitandi interni: qui minuit media, minuit finem. Quod ad glorificationem nominis diuini institutum, non debet intermitti ob caussam secularem. *Linit.* 21, *pr.*

§. XXX.

Species quoque liturgiæ ecclesiasticæ est IEIVNIVM, non omne in vniuersum, & per se, sed sacrum, h. e. quod actibus sacris, precationi, pœnitentiæue accedit. *Act. XIII, 2, 3.* cuius ratio formalis in abstinentia a cibo & potu consistit: fine autem generatim cum reliquis conuenit cultus diuini publici caussa institutis. Finis specialis, mortificatio carnis, §. *35. b.* De litania maiore Regino I. 275. Ieiunii natura.

§. XXXI.

Ieiunium aliud publicum, aliud priuatum est: Illud vel *ordinarium* vel *extraordinarium*. *Ordinaria* ieiunia stato tempore recurrunt absque repetita indictione, vt QVADRAGESIMALIA. *Can. apost. 68.* Concil. Laodic. *c. 49. sq.* Tolet. VIII. *c. 9.* Menag. *amæn. I. C. c. 26.* Quæ cur in nostris ecclesiis abrogata, exponit H. Höpffn. *de* Diuis. 1.

ieiun. §. *30*, *8*. (*a*) QVATTVOR TEMPORVM, quæ ad Calixtum I. papam referuntur. PROFESTA, quibus animi ad instans festum præparantur. (*b*)

(*a*) Bacchanalia præcedunt quadragesimalia, translata eo a nataliriis seu Kalendis Ianuarii. *Baluz. ad Regin. pag. 564*. Ieiunium pontificium est abrogatum, abstinentia a carne: quæ non est ieiunium. *Vid. S. Hieronymi epist. XXVII. p. 114*. Accessit superstitio meriti, & anathema concilii Tridentini, quasi articulus fidei. Sacrum temporis non abrogatum, nec meditatio publica & priuata. Ludorum & nuptiarum festiuarum prohibitio.

(*b*) Regin. *1. 276. sqq. app. 1. c. 8, 16. sqq.*

§. XXXII.

Ratione obiecti alia est partitio ieiunii, quod aliud sit *totale*, quo ab omni cibo & potu abstinetur: quod & proprie dictum, & iure diuino approbatum est ieiunium: aliud *partiale*, siue, vt Tertullianus appellat, *portionale*, quo aliqua tantum cibi potusve specie abstinetur, exemplo Danielis *c. X, 2*. Iohannis baptistæ. *Marc. 1, 6*. Concil. Laodic. *c. 50*. Tolet. VIII. *c. 9*. Trullan. *c. 56*. Aliud denique ex vtroque *mixtum*, quo quidem ab omni cibo & potu abstinetur, sed non ad tempus alias determinatum, verum cum refectionem natura desiderat, capitur aliquid tantum; ceteroquin

quin abstinetur a quanto & quali, quo alias secundum naturalem appetentiam & consuetudinem vti solitum fuit. Calixt. *de ieiun. p. 7. & 10.* H. Nicol. *de pane p. 94.* (a)

(a) Gulosam abstinentiam reprobat S. Hieronymus *epist. VII. ad Laetam.*

§. XXXIII.

Ieiunia ita sunt iuris diuini permissiui, quemadmodum liturgia generatim, ceterum in hypothesi sunt iuris humani ecclesiastici. *Concil. Gangrens. c. 19.* Dist. 30. *c. si quis eorum.* Hinc casus necessitatis excipitur, & dispensatio locum habet. *Conc. Carth. IV. c. 63.* Tolet. VIII, 9. Chemnit. *exam. concil. Trid. p. 4.* Calixt. *de ieiun. p. 10.* Auctoritas.

§. XXXIV.

Ius indicendi ieiunia publica eius est, penes quem est totum liturgiae ordinandae ius, de quo antea, *2. Chron. XX, 3.* Carolus M. ad Fastradam de letaniis, A. C. 791. Höpffn. *th. 30, 2.* Calixt. *p. 11.* (a) Ius indicendi.

(a) Goldast. *tom. 3. p. 110.* Baluz. *ad Regin. pag. 569.*

§. XXXV.

Finis specialis est remotio impedimentorum, quibus preces & piae meditationes Finis.

 tur-

turbari solent: itemque castigatio carnis, vt ægre fiat naturæ corruptæ, vnde afflictio animæ dicitur. *Leuit. XVI, 29.* Conf. *1. Petr. IV, 1.* Prudent. *περὶς. 3, 209.* Prosp. Aquitan, *l. 2. de vita contempl. c. 24.* Agobard. *aduers. Amular. t. 2.* §. *2. pag. 102.* Chemnit. *exam. conc. Trident. p. 4. p. m. 198. & 245.* Höpffn. *de ieiun. c. 2. & c. 3, 21.*

§. XXXVI.

Duratio. Eo vsque porro quis ad ieiunii indicti obseruationem tenetur, quousque a summa potestate est determinatum: antiquitus id fieri consueuit vsque ad horam nonam h. e. tertiam pomeridianam, *Prudent. hymno postieiun. vers. IX.* Alias tamdiu, donec naturæ vis infertur. Höpffn. *de ieiun. 8. & 26.*

§. XXXVII.

Tempus. Etsi vero in ecclesia veteri nullis certis diebus alligata fuit ieiuniorum ratio, prohibitum tamen, ne sabbato & die dominica ieiunaretur, *Can. apost. 65.* Concil. Eliber. *c. 26.* Gangrens. *c. 18.* Trullan. *c. 55.* Carth. IV. *c. 64.* Cæsar-August. *c. 2.* itemque quando Iudæi & pagani ieiunia celebrant. *Can. apost. c. 69.* *Miltiad. papa epist. decr.* Nec non mense Iulio & Augusto. *Concil. Elib. c. 13.*

§. XXXIIX.

§. XXXIIX.

Accidunt ieiunio, solenni præsertim, abstinentia a somno atque Venere. *1. Pet. IV, 8. 1. Cor. VII. 5.* Chemnit. *exam. concil. Trid. p. 3. c. 3. de cœlibat. & p. 4. de ieiun.* Vsus vestitus vilioris, cineris atque sacci. *Concil. Meldens. c. 7.* an & tristitia vocis, vultus atque gestuum? Vid. *Matth. VI, 15.* Prudent. *hymn. post-ieiun. vers. 21. sq.* Höpffn. *de ieiun.* §. 25. Pœna denique neglecti ieiunii est excommunicatio. *Concil. Mogunt. c. 35.* Accid.

Pœna.

§. XXXIX.

VOTVM quoque est species cultus, diuini ex libera voluntate decreti. *Numer. VI. Ierem. XXXV, 18. Act. XVII, 18. XXI, 24. 1.* Cor. *VII, 34, 37.* Baruch. *c. vii. 34.* Concil. Arelat. II, *c. 27.* Trullan. *c. 43. t. 1. x. de voto.* Chemnit. *exam. concil. Trid. p. 3. de cœlibat. c. 7. sq.* Auian. *prax. eccl. p. 3. tr. 10.* Selden. *de I. N. & G. VII, 2.* Meteran. *l. 32. fin.* Soluendum est regulariter in ecclesia. *Concil. Antisiod. c. 3.* Non cantando, bibendo, lasciuiendo. Idem *c. 9. Aurel. II. c. 12.* Denique personam vouentis, non *rem* obligat. *l. 2. π. de pollicit.* heredem quoque vouentis *d. l. 2. §. 2.* Personam vouentem, quæ alieni est iuris, non obligat, ni- Votum. Diff. §. fin.

si cum auctoritate eius, in cuius est potestate, *d.* §. *2.* etiamsi tutela, *cau. 20. q. 3. c. 2.* Itaque *materfamilias* iure Romano obligatur simpliciter, Vlpian. *tit. IV. pr.* secus iure canonico, *cau. 33. q. 5. c. 12, 16, 17.* & moribus nostris. (*a*)

(*a*) Vota ad arbores, lucos &c. prohibita. *Baluz. ad Reginonem pag. 591.*

§. XL.

Iusiur. Non liturgiæ, sed priuati cultus diuini species habetur *iurisiurandi* præstatio, h. e. assertio ac confirmatio eius, quod quisque verum esse scit vel existimat, vel se facturum esse promittit, religiosa: scilicet deuouens sese vindictæ diuinæ, si aliter sciat, aut faciat, *l. 5.* §. *3.* π. *de iurei.* Auian. *prax. eccl. p. 4.* Vid. manuduct. *phil. moral. ad iurisprud. cap. 2, 14.* Exercit. *ad* π. *XXIII.* (*a*)

(*a*) Speciatim de liturgia ecclesiæ Græcæ prodiit liber pontificalis ecclesiæ Græcæ Huberti. *Parisiis, 1643.* Liturgica Latinorum Pamelius edidit. De liturgia Gallicana *lib. III. Mabillonii, 1685.* Acta eruditorum 1686. *p. 20.* Gothica, *Tomasini.* De missa Mozarabum, *t. 4. bibl. patr p. 707.* vbi & alia plura de hoc argumento. Augustinus, episcopus Cantuariorum quæsiuit a Gregorio M. vtrum in Anglia sequenda sit liturgia Romana an Gallicana? *Resp.* Mihi placet, siue in Romana, siue in Galliarum, siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti, quod plus DEO possit pla-

placere, sollicite eligas, & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc ad fidem noua est, institutione præcipua, quæ de multis ecclesiis colligere potuisti, infundas, &c. *Bibl. patr. t. 4.*

TIT. II.

De

SS. BAPTISMATE.

§. I.

I. C. 6. 16. C. Th. 6. dist. de consecr. 4. 3. x. 42. Lancell. 2. 3. Diss. §. 18. Connex. Regin. 1. 161. seq.

ALteram rerum spiritualium speciem SACRAMENTA constituunt, quæ partim re corporea, quod *elementum* vocant, partim re cœlesti, ac *verbo*, constant: puta *S. baptismus* & *sacra eucharistia*. Gregorius M. librum sacramentorum scripsit, de quo Baluz. ad Agobard. *pag. 90.* De iure igitur circa S. baptisma nunc videamus. (*a*)

(*a*) Notkerus *in Psalm. XXI, 19.* sacramenta Teutonice *Heilegmeineda* vocata esse, vt baptismum, missarum solennia, & monachorum regulas vitæ, quia hæ baptismo comparatæ. *S. Hieronymus epist. XXV.* & Cæsar. Heisterb. *l. 1. c. 3.*

§. II.

V. S.

Baptismatis vocabulum quum varie vsurpetur, illa significatio est heic obseruanda, qua non præcise *totius corporis* in a-

quam immersionem notat, sed etiam vnius vel alterius saltem *membri* immersionem aut ablutionem. Vid. *Marc. VII, 4.* Luc. XI, 38. *1. Cor. X, 2.*

§. III.

Ius summum circa bapt.

Vt omnis sacra potestas, sic etiam baptisandi, h.e. recipiendi ius in ecclesiam, collata fuit *Apostolis* atque ecclesiæ Christianæ a Conditore O. M. *Matth. XIIX, 17. c. vlt. fin.* Marc. *XVI, 14. sq.* Act. *VI, 5. c. X, 48. c. XI, 19. 1. Cor. XIV, 31.* Iacob. *V, 16.* Itaque summum ius atque cognitio de administrando S. baptismate non solius ministerii est, multo minus vnius in arbitrio presbyteri, sed totius ecclesiæ, & summæ circa sacra potestatis. *Arg. gen. Sax. el. VI. §. 2.* (*a*)

(*a*) Quid de baptismo S. Iohannis? an diuersus a Christi? Affirmat Herbert. Thorndic. *orig. eccl. c. 8.* Vide *dist. 4. de consecr. c. 14. 39, 135.* Concil. Trid. *sess. 7. c. 1.* Ibi *Chemnitius*, S. Iohannes non baptisauit in IESVM Mariæ filium, sed in genere; in Messiam iamiam venientem, vt pœnitentia sese præpararent: multo minus in SS. Trinitatem. Igitur & forma & fine regenerationis, non præparationis, differt baptismus Christi a baptismo Iohannis: sed & materia cœlesti, sanguine Christi.

§. IV.

Ius baptisandi.

Officium porro baptisandi ecclesia ministris suis, clericis, commisit. *Act. X, 48.* exem-

exemplo auctoris sui *Iob. IV, 1.* atque primum episcopis & presbyteris, exclusis diaconis: *dist. 4. de consecr. c.19.* quibus tamen postea etiam extra casum necessitatis concessum.

§. V.

Nec ius baptisandi ex moribus aut vita baptisantis valorem recipit, sed ex instituentis ordinatione & officii virtute. *Dist. 4. de consecr. c.25. sqq. c. 39. ead.* quanquam consultius, talem non requirere, ad scandalum euitandum. *Ord. eccl. Saxon. hoc tit. Ibi: derhalben es auch wol billich und recht ist, daß man nicht trunckne und rohe Pfaffen tauffen lasse.* (a) ampl. 1.

(a) Vid. Augustinum *lib. 2. contra epistolam Parmeniani c. XI.*

§. VI.

Hinc baptismus etiam ab *heretico*, imo & a *pagano*, forma rite seruata, administratus, pro valido habetur, nec iterandus. *Can. apost. 67.* Concil. Carth. I. *c. 1.* Dist. *4. de consecr. c. 23. 24. 28. 29. 30. sqq. c. 52. c. 108. sqq.* Cap. *vlt. x. h.* Disp. Giess. *t. 8. d. 8. th. 3. p. 271.* Vid. & Sozom. *l. 2. c. 17.* Centur. Magd. *4, 6.* (a) 2.

(a) Si coniuges sunt diuersæ religionis, ab vtrius religionis sacerdote baptisandus partus? Patris potior est ratio.

§. VII.

Ius. Plane in necessitatis casu quilibet Christianus, etiam mulieres, & imprimis hoc de negotio informatæ, obstetrices. *Concil. Elib. c. 38.* Lateran. II. *c. 1.* Florentin. *c. de sacram. baptismi.* Dist. 4. *de consecr. c. 19. c. 36.* Brunnem. *1. 178.* Vide *tamen concil. Carth. IV. c. 100.* & dissentientem Regin. *app. 1. c. 19.* Pater quoque filium baptisare potest in necessitatis casu, *cau. 30. q. 1. c. ad limina 7.* Nec tamen poterit quis seipsum baptisare, *cap. 4. x. h. t.* Disp. Giessens. *t. VIII. d. 8. th. 3.*

§. VIII.

Qui baptisandi. Baptisandi sunt omnes, qui in ecclesiam Christi recipi volunt, *consensu* ipsorum vel expresso, si sunt adulti & fari potentes, vel *præsumto*, vt si infantes Christianorum sunt baptisandi, vel adulti ægroti, muti, surdi, furiosi, obsessi. *Concil. Eliber. c. 37.* Neocæs. *c. 6.* Tolet. XII. *c. 2.* Arausic. *c. 11.* Gregor. M. *l. 1. ep. 45.* Innoc. I. *epist. 1. c. 6.* Dist. 4. *de consecr. c. 34. sq. c. 114. sqq. c. maiores 3. x. de baptism.* Voss. *de baptism. XII, 6.* Bosius *de clinicis c. 3.* I. Gothofr. *in l. 5. C. Th. de apostat.*

§. IX.

Infantes non Christianor. Nec Christianorum modo, sed & *paganorum* & *Iudaeorum infantes*, si in eccle-

siæ

fiæ Christianæ potestatem venerint, baptisari fas est: & Iudæorum quidem etsi conuersorum infantes a parentibus separari & apud Christianos originarios informari. *Concil. Tolet. III. c. 14. IV. c. 58.* Nicen. II. *c. 8.* Dist. 4. *de consecr. c. 94.* Hotting. *thesaur. philol. l. 1. c. 1.* Muller. *Iudaism. p. 2. c. 3. p. 1402. sq.* Plane *cingarorum* infantes prohibentur baptisari, nisi constet recens natos esse, & in loco natiuitatis adhuc deprehendantur. *Art. gen. el. Sax. VI.* §. 5. Ord. polit. *nouiss. 1661. tit. XI.* §. 4.

§. X.

Infans tamen debet esse *perfectus*, (a) & totus editus, viuus: mortuus enim aut ex parte editus non est baptisandus. *Concil. Carth. III. c. 6.* Art. gen. *elect. Saxon. VI. von der Nothtauff.* Conf. *ephem. erud. 1667. p. 59.* & *1686. p. 305.* Monstrosus tamen, si habet modo formam humanam, baptisatur. Ditmar. *lib. IV. chron. Mers. p. 41.* Theatr. Europ. *ann. 1621. p. 618.* Partus imperf. monstros.

(a) Fœtus trimestris an baptisandus? Quæstio arbitraria.

§. XI.

Adulti antequam baptisentur, *catechumenorum* iure veniunt, vt instituantur in fide Christiana, & prius imbibitam hetero- Catechumeni.

rodoxiam dediscant: doctrina enim baptismum præcedit iure diuino quoad adultos. *Matth. XXIIX, 19. Act. IIX, 37.* Vid. *Concil. Nicen. c. 2.* Elib. *c. 42. 44.* Laodic. *c. 4. & 46. sq.* Bracar. II. *c. 1.* Carth. IV. *c. 84. sq.* Dist. *4. de consecr. c. 37. & 64. sq.* Hulsm. *breu. c. X, 13. & c. XVII, 22.* Horn. in Sulpit. *in vitam S. Martini c. 2.* Bos. *de clinic. c. 3.*

§. XII.

Ius circa element.

Cum materia, ex qua baptismus extrinsecus constat, ex lege Christi, sola sit AQVA, consequens est, vt si alius liquor, velut sanguis, lac, vinum, adhibeatur, baptismus sit inualidus, & ita imbutus, recte & vere baptisandus sit, *c. 5. x. h. t.* Nicephor. *l. 3. c. 37.* Cent. Magd. 2. 6. Plane si aquæ alius liquor, vt oleum, chrisma, adfundatur, verus nec iterandus est baptismus, Hulsm. *breu. c. X, 7. suppl. 7. c. XIX suppl. 8.*

§. XIII.

Ius circa essentiam

Forma essentialis baptismi cum consistat in actu lotionis & inuocatione SS. Trinitatis. *Matth. vlt.* Conc. *Flor.* Ord. eccl. *el. Sax. tit. von der Nothtauff.* §. *Es sollen aber.* conficitur regula: quoties ea non fuerit,

Reg. 1.

obseruata, baptisationem esse inualidam & nullam. *Concil. Carth. V, c. 6.* Trullan. *c. 84.*

c. 84. Dist. 4. *de consecr. 110. sqq. 117.* Ord. eccl. *d. l.* Etsi vero de illo, qui natus est de Christianis parentibus & inter Christianos fideliter conuersatus praesumitur, quod sit baptisatus, *cap. fin. x. de presb. non bapt.* quando tamen res sit *dubia*, baptismus *non praesumitur*, sed satius est baptismum certo conferre, quam de suscepto tam ratione quidditatis, quam veritatis per omnem vitam dubitare. Gl. *in l. 1. C. ne S. bapt. iteret.* Alciat. *2. praesumt. 4.* Gothofred. *in d. l. 1.* Ius Graeco-Rom. can. *l. 3. p. 226.* Consilium Gerhardi *apud Dedekenn.* & ita responsum *a theologis Lipsiensibus d. 25. Febr. 1667.* & in *Consistorio Ienensi mense Nou. 1677.* decretum fuit. Baptismus igitur *conditionalis* est reprobandus. *Ord. eccl. el. Sax. d. t.* Art. gen. VI. *fin.* (a) Dissentit Alexander III. *c. 2. x. h. t.* 2.

(a) Phil. Melanchton *ad Camerarium anno 1531. p. 160.*

§. XIV.

Validus porro est baptismus, etsi non totum corpus immergatur, sed adspergatur tantum. *Dist. de consecr. 4. c. 37.* Supra §. 2. etsi veteribus immersio visitata, *d. dist. 4. c. 127.* Vid. Gregor. M. *lib. sacramentor.* Ord. eccl. *tit. von der Nothtauffe.* Horn. *in Sulpit. p. 481.* quippe rationi mysticae con- Ampl. 1.

fo-

sona. *Rom. VI, 3, 4.* Sola autem stillatione non perficitur baptismus. Hulsm. *breu. c. X, 9. suppl. fin.*

§. XV.

2. Etsi vero trina immersio vel adfusio iure ecclesiæ orientalis fuerit introducta. *Can. apost. 49.* Concil. Trullan. *c. 95. sq.* Ius Græco-Roman. *l. V. p. 340.* abrogata tamen in occidentali, ne hæreticis videantur consentire, qui tertio mergerent. *Concil. Tolet. IV, c. 5.* Dist. *de consecr. 4. c. 85. & c. 80.* Gregor. M. *l. 1. ep. 41.* Concil. Wormat. *anno 868.*

§. XVI.

3. Verbis quidem æquipollentibus efferri potest SS. Trinitatis inuocatio citra formæ abolitionem. *Concil. Florent.* non debet tamen.
4. Hulsm. *breu. c. X, 9. suppl. 9.* Vid. *cap. I. x. h. t.* Sic validus est baptismus, etsi sacerdos linguæ ignarus impingat. *Dist. de consecr. 4. c. 86.*

§. XVII.

Limit. 1. Plane ipsa *SS. Trinitatis* inuocatio non est omittenda, ex lege Christi. *Matth. XXIIX, 19.* Dist. *de consecr. 4. c. 30. c. 83. sqq.* Hulsm. *breu. suppl. c. X. §. pen.* Bellarm. *l. 1. bapt. c. 3.* Dissentit Nicolaus in *c. 24. d. dist. 4. de consecr.* Vnde improbatus Aria-

rianorum baptismus, ob formulam: in nomen Patris, per filium, in Spiritu S. *Concil. Arelat. I. c. 8. dist. de consecr. 4. c. 109.* Niceph. 16, 35. Greg. Turon. 6, 40. *& eius append. c. 8.* Conf. *Concil. Nicen. c. 19.* Dissentit Siricius papa *epist. 1.* & vide *Greg. Turon. l. 4. c. 27. sq. l. 5. c. 38. l. 9. c. 15.* Concil. Arel. II. *c. 16. sq.*

§. XIIX.

Finis S. baptismatis alius *internus* est, quem theologi explicant, (*a*) alius *externus*, qui ad hanc iurisprudentiæ ecclesiasticæ partem pertinet, consistens in acquisitione iuris ciuitatis in ecclesia Christiana, & adunitione baptisati ad reliquum corpus ecclesiæ; *1. Cor. XII, 13. Eph. IV. 4. sq.* Concil. Arausic. *c. 25.* Tolet. IIX, *c. 7.* Musæus *de eccl. disp. vlt. th. 70.* Innocentius III. *c. 3. X. h. t.* id appellat, *suscipere characterem Christianitatis* impressum vt baptisatus ad iurisdictionem ecclesiasticam pertineat, & cogi possit ad obseruationem fidei Christianæ. Vnde catechumenus ante baptismum decedens, pleno iure Christianorum non fruitur, veluti solenniori sepultura. *Concil. Bracar. 1. c. 35.* (*b*) Hulsm. *breu. 19, 12.* De prudentia iuris Christian. *c. VI, 4.* Finis externus.

(*a*) Regeneratio, redunitio Spiritus S. cum ho-

homine, de quo *in prudentia iuris Christianorum.*

(*b*) Oblationis sanctæ commemoratio non fiat, id est, missa. An & pro defunctis? Non puto: hi enim magis indigent, ex hypothesi scilicet.

§. XIX.

Effect. spec. Ad accidentales iuris effectus pertinet, quod baptizatus obligabatur de non *militando* aduersus Christianos. *Concil. Nicen. c. 11.* Tolet. *I, c. 8.* Itemque remissio vel *mitigatio pœnæ ciuilis* ob delictum ante baptismum perpetratum. Vid. Tiraquell. *de pœn. temp. causs. 25. tom. VII.* (*a*)

(*a*) Id quod limitatur, quod fiat 1. non iure ordinario, sed cognita caussa; per aggratiationem. 2. exceptis pœnis capitalibus, de iure diuino.

§. XX.

Locus Etsi ab initio vbique locorum baptisatum, & baptisteria extra ecclesias constituta, obtinuit tamen, vt regulariter *in ecclesiis* administretur S. baptisma, vt S. liturgiæ species. *Concil. Trullan. c. 59.* dist. 4. *de consecr. c. 106.* cap. *vn. clement. h. t.* Art. gen. VI. §. 1. Nisi in casu *necessitatis,* ne infans, aut catechumenus non baptisatus decedat: quorum hic CLINICVS dicebatur. Vid. Bosii *diss. de clinicis impr. c. 2. & 3.*

Regin. l. 79.

Ex-

Exceptis quoque illuſtrium ac *nobilium* infantibus, *d. c. vn. Clem. h. t.* Ord. pol. *el. Sax. 1661. t. 171.* Vid. tamen *theatr. Europ. A. 1622.*

§. XXI.

Baptiſmus non eſt differendus, neque infantum neque adultorum. *Concil. Gerund. c. 4. & 7.* Art. gen. VI, 2. Improbatur enim *clinicorum* ſecta *concil. Neocaeſ. c. 12.* Gerhard. *de bapt.* §. *247.* Hulsm. *breu. c. X, 13.* Boſ. *de clinic. c. 2.* Adultis tamen ſpatium definitur, quo informentur. *Concil. Nicen. c. 2.* Laodic. *c. 46.* Diſt. *48. c. quoniam.* Diſt. *de conſecr. 4. c. 54. & ſqq.* Biennium, *concil. Eliber. c. 42. & c. 11.* Nouell. *144. c. 2.* triennium flaminibus. *Concil. Elib. c. 4.* Octo menſes Iudaeis. *Concil. Agath. c. 25.* Diſt. 4. *de conſecr. c. 93.* Gentiles tamen in agone conſtituti ſi deſiderent baptismum, accipiunt etſi non catechumeni. Eliber. *c. 39. Concil. Laodic. c. 47.* Arelat. I. *c. 6.* (a) *Carth. III. c. 34.* Diſt. 4. *de conſecr. c. aegrotantes.* Boſius *de clinic. c. 3.* Chemnit. *exam. concil. Trid. p. m. 69.* Tempus. Vid. Concil. Elib. c. 39.

(a) Sic cum Voſſio & aliis impoſitio manus habetur pro baptismo, quod non placet, *per c. anteced. & c. 6. concil. Arelat.* Diſtinguendum inter ius vetus & nouum.

§. XXII.

Vetuſtiſſimo eccleſiae more adhibentur baptismo arbitri ad hoc rogati, tum vt te- Patrini.

 ſti-

ſtimonium perhibeant, tum vt orent pro baptiſato, & denique vt curent, vt in fide catholica permaneant, veluti quidam fideiuſſores, vocantur *patrini*, *ſuſceptores*, ſponſores. *Tertull. lib. de coron. milit. c.4.* Diſt. 4. *de conſecr. c. 100. ſeqq.* Magd. Cent. *3. c. 6.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 271.* Alicubi *vnus* tantum adhibetur. *Diſt. 4. de conſecr. c. 101.* Cap. *quamuis de cogn. ſpirit. in 6.* Concil. Trid. *ſeſſ. 24. c. 2. de reform. matr.* Fink. *qu. illuſtr. 99.* Alicubi *tres*, vt in aliis negotiis. *Deut. XIX, 15. II. Cor. XIII, 1.* Fac. *Eſa. VIII, 2.* Art. gen. *t. von der Nothtauff.* Ord. polit. 1661, *t. 17. §. 4.* Carpz. *l. 2. def. 268. ſqq.* exceptis nobilibus. Idem *def. 270.* Vid. Brunnem. *I. eccl. pag. 306.* qui improbat.

§. XXIII.

Qui admitt.

Vt probi & honeſti, *zu denen man ſich verſehe, daß ſie die Sache mit Ernſt und rechtem Glauben handeln*, ſunt requirendi. *Diſt. 4. de conſecr. c. 7. & 138.* Ord. eccl. *h. t.* ita improbi aut heterodoxi admittuntur admoniti prius, *d. diſt. c. 33.* Art. gen. X. §. 5, 6. Prohibentur impuberes, quorum vices parentes vel tutores obeunt. *Art. gen. VI. §. 7.* Decr. ſynod. *h. t. §. 5.* Prohibentur abbates & monachi. *Concil. Antiſiod. c. 25.* d. diſt. 4. *c. 130. ſq.* non item epiſcopi. *Gregor. Turon. l. 5. c. 18. & 22.* Detre-

ctans munus sine iusta caussa punitur mulcta vel carcere, & deprecatione publica, ita decretum in *consist. Citicensi 17. Iunii 1667.*

§. XXIV.

Munus patrinorum est offerre vel ducere baptisandum ad baptisterium: orare pro eodem: imponere nomen eidem. *Ord. eccl. h. t.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 271.* Abrenunciare dominio diaboli. Vid. Saluian. *l. 6. de gub.* DEI *pag. 128. & ibi St. Baluz.* Zimmerm. *mens. XI, 2.* (*a*) & spondere pro baptisandis, si ipsi respondere non possunt, de fide in Christum. *Act. IIX, 37.* Fac. *Nehem. X, 29.* 1. Pet. III, 21. 1. Tim. *vlt.* 12. Concil. Tolet. XII, *c. 2.* Carth. III. *c. 34. c. 48.* Dist. *de consecr. 4. c. 28, 34. 37, 73. sqq. l. 1. C. ne S. bapt. iteret.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 278, 12.* Vid. tamen *Quistorp. desid. VI.* Itemque curare de institutione & confirmatione in fide Christiana. *Concil. Mogunt. c. 47.* Dist. 4. *de consecr. c. 102. & 105.* Alicubi *tutorum* munus eo ipso subeunt. Denique offerre *munuscula*, quibus modus ponitur legibus sumtuariis, quaeque liberis non parentibus acquiruntur: & habent liberi tacitam pro iis hypothecam in bonis parentum. Carpz. *l. 2. def. eccl. 272. & def. for. 18. p. 2. c. 24.* Non item onus alendi.

Eorum munia.

Brunnem. p. 314.

R 2 Struu.

Struu. *exerc. XXX, 78.* Vid. Surd. *de alim. l. 1. q. 11. & 21.*

(*a*) Non est exorcismus proprie, sed renunciatio &c. Ille actus alicuius tertii, hic est actus rei ipsius renunciantis: ille contra inuitum, hic a voluntario.

§. XXV.

Effect. spatrinat. Iuris patrinatus effectum specialem ius canonicum introduxit, *cognationem aliquam spiritualem*, qua matrimonium inter susceptos & patrinos horumque liberos prohibetur. *Concil. Trull. c. 53.* Mogunt. *c. 55.* Zachar. pap. *epist. apud Baluz. ad Regin. pag. 601.* Cau. *30. q. 1. c. 1, 8. sqq. & q. 3. c. 4. L. si quis 26.* C. *de nupt. t. t. de cognat. spirit. in 6.* Harmenopul. *l. 4. promtuar. t. 6. §. 18.* Concil. Trid. *sess. XXIV. de reform. matrim. c. 2.* quod susceptione *filii* dicantur fieri. *Dist. 4. c. 102, 105.* specie quadam *adoptionis, d. cau. 3. q. 3. c. 1. & 5.* Procop. *ἀνεκδότ. princ.* Quo iure tamen ecclesiæ nostræ amplius non vtuntur. Carpz. *l. 2. def. eccl. 74.* Vid. exerc. nostr. *ad π. 36. §. 50.*

§. XXVI.

Ritus. Iure tum veteri tum hodierno varii ritus accedunt S. baptismati, veluti exsufflatio: salis adspersio: lactis, mellis, vini, saliuæ, chrismatis, *conc. Arauf. c. 1.* olei,

candelarum, osculi vsus: nostro iure adhuc adhibentur exorcismus, precationes ac crucis signum in fronte & pectore, nominis impositio, chirotonia, geniculatio orantium orationem dominicam, induitio vestis baptismalis. Greg. M. *lib. sacram.* Alcuin. *epist. LXX.* Dist. 4. *de consecr.* *28, 37. c. 63. sq. 70. sq.* Ord. eccl. *elect. Sax. h. t.* B. Meisn. *coll. adiaph. disp. VI.* Zimmerm. *mens. 2. p. 81.* Reines. *epist. 69.* Quistorp. *desid. IV.* Barth. *ad Briton. l. 1. vers.* 180. Brunnem. *1. 6. 3, 4.* & *2. 1, 2.* qui desiderat maiorem solennitatem. Act. erud. 84. *p. 66.*

§. XXVII.

De exorcismo habetur Cœlestini papæ, imperante Theodosio, epistola ad episcopos Galliæ. *Dist. 4. de consecr. c. 53.* Conf. *c. 55, 62, 66, 67.* Ead. ord. *eccl. h. t.* Auian. *prax. eccl. p. 4. p. 270.* Meisn. *coll. adiaph. d. V.* In quibus autem ecclesiis aliquamdiu intermissus fuit exorcismus, in eas denuo ipsis inuitis reduci non debet. Vid. Brunnem. *pag. 382.* Exorcism.

§. XXIIX.

Luxuriosi sumtus & conuiuia prohibentur. *Ord. polit. Ernesti & Alberti el. & duc. Sax.* Art. gen. VI. §. 6. Ord. pol. *elect. 1612. c. 8.* & *de A. 1661. th. 17.* §. 2. Vid. Carpzou. Epula.

l. 1. def. eccl. 121. Conf. Quiſtorp. *deſid. VI.* 8. Fl. Ioſeph. *contra Apion.*

§. XXIX.

Sport. Sportularum exactio pro actu baptiſationis prohibita eſt, ſponte oblatas accipere conceſſum. *Concil. Elib. c. 48.* Carth. III. *c. 2.* Bracar. II. *c. 7.* Can. I. *q. 1. c. placuit vt vnusq.* Art. gen. XXV. Carpz. *l. 1. def. eccl. 119.* Hiſt. conc. Trid. *l. 2. pag. 272.*

Regin. I. 181.

§. XXX.

Aqua luſtralis. Aquam luſtralem recipere ad *adſperſionem* licitum iure pontificio. *Diſt. 4. de conſecr. c. 126.* Noſtris moribus, præſente parocho ad certum locum efferri & effundi debet. *Decret. ſynod. h. t. §. 6.* & venditio eius prohibita. *Art. gen. IV. §. 8.* ſub pœna relegationis. Carpz. *deciſ. 185.* (a)

(a) Iure noſtro *adſperſio* ſublata ob abuſum, quaſi ſit medium tollendi peccata vel alterius rei. Alioquin in memoriam fœderis baptiſmalis cum DEO ad quotidianam renouationem fuit recepta ab eccleſia Francorum & Germanorum.

§. XXXI.

Rebaptiſat. Iteratio baptiſmi temeraria ita punitur, vt qui per ignorantiam bis baptiſatus, vix admittatur ad S. miniſterium. *Diſt. 4. de conſecr. c. 117.* qui ſciens, ſiue ad curandum morbum, ſiue lucri cauſſa, ſiue ex ha-

hæreſi, ſubiicitur pœnæ eccleſiaſticæ. *Can. apoſt. 46. ſq.* Concil. Carth. I. *c. 1.* Carth. III. *c. 38. c. 48.* Aurel. III. *c. 24.* Diſt. 4. *de conſecr. c. 118.* Can. *pœnit. 46. cap. fin. x. h. t.* Zigler. *diſſ. ne bapt. iter.* Qui baptiſatum rebaptiſat, deponitur *l. 1. C. h. t.* ſi eſt apoſtata, capite plectitur *l. 2. C. eod.* aut mulctatus X. libris auri in exilium pellitur, *l. 3. C. eod.* (a)

(a) Baptismus an iterandus? *Ratio dubitandi* a circumciſione, quæ per naturam rei iterari non potuit: ſecus de baptismo. *Ratio decidendi* ex natura & effectu S. baptismatis & fœderis ſeu ſocietatis cum DEO & homine, quæ *interna* contrahitur. Deinde ex ſocietate *externa*, & receptione baptiſati in eccleſiam viſibilem, qui eo ipſo characterem Chriſtianitatis recipit. Porro prior non diſſoluitur per peccata, vt nouo fœdere baptismali opus ſit: multo minus poſterior. Ergo non iterandum. Quia tamen paruuli baptiſamur, vt fere immemores ſimus ſacramenti præſtiti, ideo conſulit Eraſmus *ad epiſt. 1. S. Hieronymi p. 4.* vt adoleſcentibus renouetur tota profeſſio baptismi &c. Denique *ſecundus baptiſmus* etiam dicitur ſuſceptio vitæ monaſticæ. *S. Hieronymus epiſt. XXV.*

§. XXXII.

Iure pontificio CONFIRMATIO omnibus Chriſtianis neceſſaria habetur inſtar ſacramenti. *Diſt. 4. de conſecr. c. 119.* & *diſt. 5. c. 1. ſqq.* Concil. Trid. *ſeſſ. VII. de* **Confirmatio. orig. ex I. Ebr.**

 con-

confirm. Concil. prou. *Mogunt. fol. 16.* adhibitis quoque aliis patrinis, *d. dist. 4. c. 100. sqq.* & nomine nouo imposito. Lehm. *chr. Spir. l. 7. c. 34.* At iure veteri ecclesiastico in certis casibus confirmatio requiritur. *Concil. Elib. c. 77.* Arelat. *c. 8.* Arausic. *c. 1.* Gregor. M. *lib. sacram.* Gregor. Turon. *l. 2. c. 34.* Dist. *4. de consecr. c. 28, 38, 41, 44, 110, 117, 125.* St. Baluz. *in Vincent. Lirin. pag.* 438. quo iure vtimur. *Apol. A. C. p. 201.* Ord. eccl. *h. t.* Art. gen. VI. *fin.* Decr. synod. *h. t. fin.* Chemnit. *exam. conc. Trid. p. 2.* Carpzou. *l. 2. def. eccl. 273.* Zimmerm. *mens. 2. p. 81.* Quistorp. *desid. IX.* (a)

(a) Etiam in receptione hæreticorum. *Concil. Arelat. c. 8.* Si chrisma in baptismo forte omissum, in confirmatione adhibendum. *Concil. Arauf. c. 2.* P. Aurel. *contra Sirmondum.* Vid. Gregor. *lib. sacram.* De chrismate & oleo *Regino l. 75. sequ.*

TIT.

TIT. III.

De

SS. EVCHARISTIA.

§. I.

Nouell. 58. D. 93, 3. x. 44. Lancell. 2,6. Casaub. exerc. contra Baron. xvi. Pontan. l. 6. orig. Fr. c. 6. V. 8.

ALterum sacramentum est eucharistia, quæ & *S. communio*, *S. cœna*, & a Paulo *κυριακὸν δεῖπνον* vocatur *1. Cor. VI, 20.* item *ἡ κλάσις τοῦ ἄρτου 1. Cor. X, 16. Luc. XXIV, 30. Act. II, 42. & 46.* (*a*) MISSÆ vox ignota seculo secundo. *Magdeb. cent. 2. c. 6. & IV, 430.* Notat generatim S. liturgiam & preces publicas, matutinas, & vespertinas. (*b*) Rigalt. *glossar. mixt. voc.* *Μίσσαι*. Speciatim sequioribus seculis pro S. communione accepta. *Card. Bona l. 1. rer. liturgic. c. 2. sq.* (*c*)

(*a*) Postcœnium Iudæorum. *Hist. conc. Trid. l. 4. p. 400.*

(*b*) Synaxis vespertina. *Baluz. l. 3. miscell. p. 15.*

(*c*) Th. Marschall. *obs. 2. ad version. Anglo-Sax. p. 515.* Mabillon. *de liturgia Gallicana.* Acta eruditorum *1686, p. 20.* Ancillon. Melang. *critiq. art. 35.*

§. II.

Ius admin. Euchar. v. f. p. 151.

Quæ tum de summa circa baptismum potestate, tum de iure administrandi supra diximus, ea quoque de S. communione

vera sunt. Iuris enim ac instituti diuini est *Matth. XXVI, 26. Act. II, 42, 46. 1. Cor. XI, 20. 33.* & quamuis non appareat, quibus primæuo iure administratio commissa proprie fuerit, quum durantibus præsertim persecutionibus Christiani singuli *sibi* communicarint, Basilio teste, quod in casu necessitatis hodieque concessum. Carpz. *l. 2. def. eccl. 293.* Conf. *concil. Nicen. c. XIV.* Dist. *93. c. peruenit.* Chemnit. *exam. concil. Trid. P. 2. p. 187.* Constat tamen episcopis & presbyteris regulariter per consuetudinem datam fuisse hanc potestatem, *diaconis* in illorum absentia *d. can. XIV. concil. Nicen.* Similiter & *laicis* prohibitum præsente clerico. *Concil. Trullan. c. 58.* Igitur administratio hodie solis regulariter competit ordinatis ecclesiæ ministris, exceptis his, qui vexantur a spiritu maligno. *Concil. Tolet. XI. c. 13.* (a)

(a) Administrans ipse quoque communicare tenebatur, sub specie criminis. *Vid. Baluz. ad Reginonem pag. 538.*

§. III.

Formæ consecr.

Administratio constat duabus partibus, *consecratione* & *exhibitione*, quarum illa dicitur Εὐλογία, (a) hæc ἐπιδίδωσις. De consecratione regula est: eam fieri debere recitatione verborum institutionis diuinæ

næ, quas *preces myſticas & ſecretas* vocant. (*b*) Chemnit. *exam. concil. Trid. p. 2. p. 122. & 302.* Agend. eccl. *el. Sax. p. 22.* Quamuis autem conſecratio regulariter exhibitionem præcedit, quoties tamen *vnus* tantum adminiſtrat, tunc is vnam ſpeciem conſecret, eamque mox exhibeat: poſt deinceps & alteram conſecret exhibeatque. Agend. *eccl. d. l.* (*c*)

(*a*) Eulogiæ conſecratæ. *Regino 1. 332.*

(*b*) Canon miſſæ. *Gregor. M. lib. ſacramentor.* Micrologus *de eccleſiaſticis obſeruationibus, cap. XII.* Orationem, quam canonem, ſiue actionem, propter regularem ſacramentorum confectionem Romano more appellamus, quis compoſuerit, aperte non legimus: niſi quod S. Gregorius quendam ſcholaſticum illam compoſuiſſe teſtatur. Multa tamen eidem canoni a SS. pontificibus inſerta legimus: *c. XIII.* ipſum canonem recitat. Nolæ vſus ſub Ottonibus, cœpit. *Cæſar. Heiſterb. 9. 52.*

(*c*) Ratio, vt interuallum inter conſecrationem & vſum euitetur. De aſſeruata veteribus euchariſtia vide *Mabillon. l. 1. de liturg. Gallic. c. 9.* Regin. *1. 69. ſequ.*

§. VI.

Exhibens benedictum panem atque calicem recitet *verba* ab eccleſia præſcripta, (*a*) nec alia ſubſtituere conceſſum. *Art. gen. IIX. §. 3.* Atque exhibeat panem & vinum vtrumque *ſeparatim*, iuxta inſtitutum diui- Exhibit.

num.

num. *Concil. Bracar. III. c. 1.* Vid. Casaub. *exerc. XVI. num. 38.* Vedel. *in Ignat. p. 241.* (b)

(a) Vid. *Baluz. ad Reginonem p. 563.*
(b) Communionem corporis & sanguinis pro vna panis specie sumi, ait *Mabillon, l. 2. de liturg. Gallic. p. 144.*

§. V.

Comestio. Comestio æque ab bibitio *statim in ecclesia* fieri debet, sub pœna excommunicationis. *Concil. Cæsar-August. c. 3.* Tolet. *XI. c. II.* Vid. Horn. *in Sulpit. p. 437.* Zimmerm. *mens. III, 1. & mens. I, 60.* Casp. Sanctius *in Act. 2. n. 108.*

§. VI.

Quibus Reg. 1. Non admittendus autem ad S. communionem, nisi rite informatus & *confessus* & absolutus. (a) *Art. gen. VII. §. 1.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 275.* Concil. Trid. *sess. XIII. c. 7. & 11. & ibi* Chemnit.
Exc. 1. Nisi ex *iusta caussa* & sine contemtu confessionem priuatam omiserit, & de eius fide & moribus alias constet. Carpzou. *def. sq.*
2. Sic & moribundo petenti, sed mox *obmutescenti* vel in phrenesin conuerso administrari concedit *concil. Carth. IV. c. 76.* Tolet. XI. *c. 11.* Elias *metropolita Cretensis in l. responsor. I. Gr. Rom. canon. p. 336.*
3. Itemque energumeno

no siue *obsesso* in articulo mortis. *Concil. Elib. c. 37. & 29.* Tolet. XI. *c. 11.* Dorsch. *de obsess. qu. 25. f. 1.* Non item iam *mortuis*, quod aliquando vsurpatum & damnatum. *Concil. Carth. III. c. 6.* Antisiod. *c. 12.* Trullan. *c. 83.* Neque *infantibus*, quod itidem olim baptismo collato vsitatum. *Concil. Tolet. XI. c. II.* Baron. *ad A. C. 1118, 3.* Gibbon de Burgo *in Luth. Calu. reconcil. d. 2. q. 3. §. fi.* Pet. Suau. *hist. concil. Trid. p. 592.* Baluz. *ad Regin. p. 551.*

(*a*) Ieiunus. *Regino 1. 188. app. 3. c. 3.*

§. VII.

Viciſſim nulli pœnitenti, confeſſo & abſoluto deneganda, etiam *apoſtata* (*a*) & *excommunicato*, ſi in extremo licet vitæ fine demum pœnitentiam agat. *Concil. Nicen. can. XII.* Carth. IV. *c. 76.* Innoc. I. *ep. 3. c. 2.* Cau. *26. q. 6. c. de his vero & c. is qui in infirmitate.* Cau. *2. q. 4. c. Sixtus.* Art. gen. XI. *antep.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 283.* Reſtringit *concil. Arauſic. c. 3.* Agath. *c. 11. cau. 26. q. 6. c. qui recedunt.* Diſt. *50. c. pœnitentes.* Diſſentit *concil. Elib. c. 1. ſqq.* denegans communionem, ſed non abſolutionem. *Fr. Sylu.* R. 1.

(*a*) Huc crimen relapſus. *Supra t. 19, 15.*

§. IIX.

§. IIX.

R. 3. Suæ cuiusque ecclesiæ parœcianis administranda est S. communio, non item alienis. (*a*) *Conc. Elib. c. 53.* Antioch. *c. 2.* Mileuit. *c. 18.* Tolet. I. *c. 12.* Art. gen. *IIX. fin.* Regin. *1, 61. sq.* Baluz. *p. 550.* Carpz. *2, 290.* Zimmerm. *menſ. I, 38.* Niſi ſint peregrinantes, (*b*) ægroti, & antea explorati, aut literis epiſcopi ſui inſtructi. *Concil. Carth. I. c. 7.* Capitul. Franc. *l. 1. c. 357. l. VII. c. 22.* Art. gen. VII. *fin.* Paſtori vero, qui non habet collegam, vicinus aliquis adminiſtret. Carpz. *2, 293.* (*c*)

(*a*) *Ratio dubitandi.* Quod adminiſtratio verbi & ſacramentorum non ſit alligata ad locum certum. *Ratio decidendi*, in caſu neceſſitatis, itemque reſpectu DEI: non vero regulariter reſpectu hominum.

(*b*) Antea explorati & in caſu neceſſitatis: alias non, vt in cauſſa miniſtri Spirenſis memini &c. *Regino 1. 61.*

(*c*) Si vicinum non habet, in caſu neceſſitatis, vt morbi contagioſi, poteſt ſibi adminiſtrare. Iste caſus ſuperioribus annis extitit in Thuringia Hammerſteti. Vide tamen *Luth. artic. Smalcad. tom. Germ. Ien. VI. fol. 275. 307. 512. b.* Brunnem. *1. 6. m. 4. §. 12.*

§. IX.

Specie. Cum S. euchariſtia duplici conſtet materia ſeu SPECIE viſibili, PANE (*a*) &

VI-

VINO, administranda quoque est SVB VTRAQVE, de iure diuino. *Matth. XXVI. 26.* & longa ecclesiæ consuetudine. *Conc. Tolet. IV. c. 55.* Bracar. III. *c. 1.* Trullan. *c. 101.* Gregor. M. *lib. sacrament. pr.* Gregor. Turon. *l. 8. c. 2.* Lehm. *chron. Spir. l. 7. c. 80. fin.* Goldast. *digest. reg. de sacram. euchar. dist. 5.* Dissentit. *concil. Constant. sess. XIII.* & *Trident. sess. XXI.* Vide *huius histor. p. 292. sqq. p. 616. sq.* & Chemnitii *examen.* Nec *mutandæ* species aut aliæ substituendæ. *Can. apost. 3.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 279.* Fermentati panis vsus quando cœperit & vbi receptus fuerit, refert *Card. Bona l. 1. rer. liturg. c. 23.* (*b*) Vino quoque aliquid *aquæ* admixtum fuit. *Concil. Carth. III. c. 24.* Dist. 2. *de consecr. c. in sacram. euchar.* Vid. Chemnit. *exam. conc. Trid. p. 2. p. 318.* Magdeb. cent. 4. *c. 6.* (*c*)

(*a*) Species panis Gr. *κολλυρὶς, κολλύρα*, frustulum panis coctum in sartagine, hostia, *obiat.* Aliud est collyrium, medicamenti species ex variis succis, metallis, & partibus animalium. Collyridiani, hæretici, qui B. Mariæ sacrificium faciebant. *Boxhorn. anno 631.*

(*d*) Vid. Sirmondi disquisitionem *de azym. Parisiis, 1651.*

(*c*) Quæritur, an iure misceatur? Affirmatur ex instituto & more orientali, & per *c. 1. de consecr. d. 2.* Concil. VVormat. *anno 868. c. 4.* Regino *l. 66.* Negatur ex tenore verborum. Mos non fuit

fuit uniuersalis, *2. Maccab. ult. d. c. 1.* est epistola Siricii supposititia. 2. an mistione verum sacramentum detur? *Ratio dubitandi* non ex instituto Christi. *Ratio decidendi*: quia substantialia adsunt. *Supra de Baptismo.* De materia calicis & patinæ *Regino 1. 67. Baluz. p. 550.* De materia inuisibili quæstio ad theologos pertinet. Transsubstantiatio non recepta in ecclesiis Germanicis. *Vide Rhabani Mauri epist. ad Herib. c. 33.* Steph. Baluz. *de pontific. Auenion. t. 1. p. 575.* Iuo Carnot. ad Haymericum. *Biblioth. patr. p. 486. t. 1. alias epist. 287.* Vnde apud veteres vocabula μεταποίησις & transmutatio non significat transsubstantiationem, sed immutationem rei secularis in sacram & elementum sacramentale, remanentibus &c.

§. X.

Sumtus. Sumtus, quibus hæ species comparentur, ex ærario ecclesiastico regulariter sunt erogandi, vel eo deficiente, ex collectis singulorum, quas OBLATIONES dixerunt veteres. Vid. *1. Cor. XI, 21.* Concil. Elib. *c. 28. sq.* Gangrens. *c. 4. 7. sq.* Carth. *III. c. 24. IV. c. 93. sq.* Tolet. III. *c. 5.* Arel. II. *c. 28.* Matiscon. II. *c. 4.* (a) Innocent. I. *epist. I. c. 2.* Lehm. *chron. Spir. l. 2. c. 35.* Vnde reliqua nobis denominatio *der Opfferpfennige.* Alicubi quoque ex pacto tenentur custodes panem atque vinum comparare. (b)

(a) Vide *Reginon de discipl. eccles. c. 61 -- 71.* aliæ ad sacrificium, aliæ ad benedictionem simplicem, aliæ ad domum presbyteri.

(b) Cor-

(b) Corporale dicitur, ſuper quo ſacra oblatio immolatur. *Regin. 1. 68.*

§. XI.

Externus huius ſacramenti finis, nam internum theologis relinquimus, eſt *profeſſio* fidei illius eccleſiæ, vbi communicatur, *1. Cor. X, 17, 21.* Hülsm. *breu. c. XIII, 19.* Concil. Trid. *ſeſſ. XIII. c. 2.* Inde & *communionis* nomen. Vid. Gregor. Turon. *l. 6. c. 40.* Vnde in quacunque eccleſia quis communicat, eius fidem atque dogmata profiteri præſumitur. Finis extern.

§. XII.

Abuſus autem fuit eccleſiæ Romanæ aliquando, quod S. euchariſtia adhibita fuit ad *confirmationem* fidei in *pactis* ciuilibus, inſtar iuriſiurandi: quo genere Henricus V. Imperator & Paſchalis II. pactum iſtud de inueſtituris epiſcoporum confirmarunt. Itemque ad *purgationem* ab inculpatis criminibus. *Concil. Wormat. c. 15, 3. & ibi Fr. Sylu.* Baron. *ad A. C. 1004. n. 3. & ad A. C. 1049. n. 17.* Lehman. *chr. Spir. l. 2. c. 30. & l. 3. c. 24.* Magdeb. cent. IV. *c. 6.* Scelus denique nefarium, ad artes magicas *veneficiaque* adhibitio. *Gregor. Turon. l. 3. c. 31.* Baron. *ad A. C. 1055.* Baluz. *lib. 1. miſcell. p. 132.* vbi & de ablutione ſumenda, *Spülkelch.* Abuſus. Regin. 2. 276. ibi Baluz. p. 588.

§. XIII.

Locus. Apoſtolorum inſtituto S. euchariſtiam in conuentu *publico* adminiſtratam conſtat exemplo eccleſiæ Corinthiacæ, *1. Cor. XI, 18.* Iuſtin. Martyr. *apol. 2.* Concil. Laodic. *c. 58.* Nou. *Iuſtiniani 58. & 131. c. 8.* Nouell. *Leon.* 4. Capitul. Franc. *l. 4. c. 46. l. 5. c. 41. 3. & 230. l. 6. c. 101. & 205. l. 7. c. 99. & 312. 334.* Hildebr. *de ſacr. vet. eccl. c. 1.* Goldaſt. *dig. reg. de ſacram. euchar. diſt. 7.* Igitur *miſſa priuata* ſiue ſecreta præter ius canonum veterum introducta, de qua *Card. Bona l. 1. rer. liturgic. c. 13.* Vid. Chemn. *exam. C. Trid. p. 2. p. 257. 312. ſq.* Exceptis tamen *ægrotantibus*, & aliis in caſu neceſſitatis, quibus priuatim adminiſtrari conceſſum. *Concil. Rhemenſ. quod Carol. M. egit. c. 2.* Art. gen. XIV. Carpz. *l. 2. def. eccl. 292.*

Regin. 1. 131, 339.

§ XIV.

Tempus. Diebus *Dominicis* regulariter & *feſtis* adminiſtrari debet S. cœna. *Concil. Carth. III. c. 29.* Trullan. *c. 29.* Capitul. Franc. *l. IV. c. 167.* Art. gen. IIX. §. 2. Chemnit. *exam.* C. *Trid. p. 2.* Exceperunt tamen *paraſceuen* canones. *Capit. Franc. l. 7. c. 333.* Si qui tamen petierint *extra* dies ſolennes, non debet procraſtinatio fieri. *Art. gen. IIX.* §. 2. Carpz. *l. 2. def. eccl. 279.*

§. XV.

§. XV.

Singulis diebus dominicis more veteri omnes de sua qualibet ecclesia communicabant. *Can. apost. c. 10.* Iustin. *apol. 2.* Capitul. Franc. *l. 6. c. 167.* (*a*) Postea permissum, vt *ter* ad minimum singulis annis quilibet communicaret. *Concil. Eliber. c. vlt.* Agath. *c. 18.* Capitul. Franc. *l. 2. c. 35.* Conf. *concil. Tolet. I. c. 13.* Art. gen. IIX. §. 1. Chemnit. *exam. C. Trid. p. 2. p. 188.* Carpz. *l. 2. def. eccl. c. 294.* Etsi *litibus forensibus* distringitur, modo rancorem & odium personale deposuerit, *d. art. gen. IIX. §. 1.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 288.* Contra *contumaces* gradus admonitionum adhibendi cum comminatione carceris & alterius poenae *d. art. gen. §. 1. fin.* Carpz. *l. 2. def. eccl.* 295. Si qui tamen scrupulo fidei circa hunc articulum vrgeantur, hi prius plene sunt informandi, *d. art. gen.* §. *1. fin.* Qui vero gradus admonitionum contemnunt, *expellendi* sunt, & venditio bonorum & emigratio iniungenda. Carpz. *l. 2. def. eccl.* 296. aut *excommunicandi:* nec si moriantur interim honesta *sepultura* digni habendi. *Art. gen. XI.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 297.* Quoties.

(*a*) Quotidie. *Vide Baluzium in Reginonem pag. 562.*

§. XVI.

Ritus.

Administranda est SS. synaxis regulariter cum *liturgia* solenni & ritibus, quos quælibet ecclesia recepit: quo de agenda ecclesiastica. *Concil. Tolet. IV. c.17.* Iustin. *d. apolog. 2.* Agend. Sax. *el. p. 22.* Art. gen. VII. §. 2. Mabillon *de liturg. Gallic. l. 1. c. 2.* In *lingua*, quam populus intelligit, quo maiore exinde deuotione in depromendis Domini DEI laudibus ad audientiam animi efferantur, ait Iustinianus. *Nouell. 137. c.* 6. Vid. *1. Cor. XIV. Nou. 146.* De *ritibus* veteris ecclesiæ variis veteres libri rituales. *Card. Bona l. 2. rer. liturg.* Hildebrand. *de sac. vet. eccl.* Chemnit. *exam. conc. Trid. p. 2. passim.* De veste missatica, *Meßgewandt, Chor-Röcke. Concil. Carth. IV. c. 41.* Capitul. Franc. *l. 7. c. 334.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 246.*

§. XVII.

Præparatio ext.

Communicantes accedere debent *ieiuni*, neque hesterna crapula ad preces minus idonei. *Concil. Carth. III. c. 29.* Dist. 1. *de consecr. c. sacramenta.* Constant. *sess. XIII.* Magdeb. cent. IV, 6. Art. gen. IIX. §. 4. itemque *continentes* per aliquot dies. *Concil. Elib. c. fin.* Dist. 4. *de consecr. c. omnis homo.* Capitul. Franc. *l. 2. c. 40. l. 6. c. 173.* Chemnit. *exam. conc. Trid. p. 3. p. 34. & c 3.*

de

de cælib. Atque *veſtitu* ac *geſtu* honeſto modeſtoque. *Art. gen. IIX. §. 4.* Carpz. 2. 274. Sed & *ordine* ac *ſerie* in qualibet eccleſia recepto, & competente. *Concil. Nicen. c. 14.* Vid. *conſtitut. apoſtol. h.* Art. gen. IIX. §. 6. In ipſa denique exhibitione & receptione, ritu conſueto, & deuotio & circumſpecta *cautio* adhibenda, ne offendiculum pariatur. *Diſt. 2. de conſecr. c. ſi per negligentiam.* Art. gen. IIX. §. 3. *pr. & 5.* (*a*)

(*a*) De adoratione S. euchariſtiæ Iac. Boileau, theologus Pariſienſis contra Dallæum & Claudium, *Acta eruditorum 1685. p. 367.*

§. XIIX.

Etſi ab initio eccleſiæ Chriſtianæ S. euchariſtiæ & communioni, *epulæ charitatis* adiectæ, quæ ἀγάπαι dictæ, de quibus Paulus *1. Cor. XI.* & Iudas *epiſt. verſ. 2.* Concil. Gangrenſ. *c. 11.* Diſt. 24. *c. ſi quis deſpicit.* Tertull. *apolog. c. 39.* Card. Bona *l. 1. rer. liturg. c. 1.* Tamen propter abuſum poſtea prohibitæ in ædibus ſacris fieri. *Conc. Laod. c. 28.* Carth. III. *c. 30.* Trullan. *c. 74.* Diſt. 42. *c. non oportet & c. nulli* (*a*) Tum ipſo enim die, tum deinceps a compotationibus & omni leuitate abſtinendum. *1. Cor. XI, 21.* Art. gen. IIX. §. 7. Ἀγάπαι

(*a*) Regino *l. 1. de diſc. eccl. c. 56. ſequ.*

TIT. IV.

De
POENITENTIA ET S. ABSOLVTIONE.

Dist. de pœnit. 5. x. 38. Lancell. 2. 5. Regin. 1. 288. sq.

§. I.

QVum nemo ad SS. mysteria sit admittendus regulariter, nisi pœnitens & absolutus a confessionario iure clauium potestatis, igitur de hoc videamus necesse est. *Pœnitentia* siue confessio ἐξομολόγησις, (*a*) est actus hominis Christiani pœnitentis, & confitentis ecclesiæ ministro peccata sua, petentisque absolutionem & ad SS. synaxin admissionem, promissa vitæ emendatione & commissorum euitatione. ABSOLVTIO est actus ministri ecclesiæ remissionem peccatorum annunciantis vice DEI & confirmantis pœnitentem. (*b*)

Def.

(*a*) Vid. *Baluz. ad Saluianum epist. 9.* Confessio DEO immediate facta, vel quotidie facienda ad theologos, de qua non sunt leges vel canones, sed præcepta diuina. Cuius respectu confessio huius loci ecclesiastica, est publica, illa priuata. Publica tamen etiam diuiditur in priuatam & publicam, sed diuerso respectu.

Pœ-

Pœnitentia siue confessio & deprecatio fit

- *interne:* DEO immediate, quotidie, priuatim. Vita Christiana est pœnitentia quotidiana.
- *externe* ecclesiæ
  - ministro priuata
    - auricularis
      - generalis.
      - specialis.
    - publica
      - ad interrogationem per stipulationem & dextræ dationem.
      - communis, liturgica.
  - ecclesiæ toti. Pœnitentia ecclesiastica κατ' ἐξοχὴν *Kirchenbuß.*

(*b*) Formulæ veteres apud Baluzium *in Reginonem p. 571,* sed excommunicatorum. An sacramentum? *Affirmat* concilium Florentinum & Tridentinum, *Negatur:* quia deest elementum sacramentale, ens permanens, aqua, vinum, panis, præputium, agnus paschalis: non actus transiens confitentis.

§. II.

Vtraque quum dupliciter fiat, *publice* vel *seorsim,* (*a*) etiam pœnitentia alia est priuata, alia publica. (*b*) Priuata etiam *sacramentalis* vocatur: de qua regula iuris ecclesiastici est: singulorum *seorsim* audiendas esse confessiones, nec multos simul *inauditos* esse absoluendos. *Art. gen. el. Sax. VII. §. 4. fin,* Decret. synod. *h. t. §. 4.* Conf. Diuis.

 Chemnit.

Chemnit. *exam.C.Trid.p.2.p.m.352.*Quam tamen regulam non omnes sequuntur. Conf. Dn. Speneri *præfat. libelli pœnitent. de anno 1680.* Iac. Boileau. *historia confessionis auricularis contra Dallaum.*Vid. *acta erud. Lipſ. an. 1685. p. 255.*

(*a*) Seorsim siue singulatim dico, *Ohrenbeichte*, offentliche Beichte, Vorbereitung, & est magis *priuato-publica*: fit enim in loco publico, & publice, sed a quolibet singulatim: estque *declamatio publica renouationis quotidianæ continuatæ, quantum pote, & s[...]io magis magisque continuandæ vsque ad finem vitæ huius.* cuius perseuerantiæ effectus est *certitudo salutis* singulorum. *Ebr. III, 14.*

(*b*) Petr. Suauis *hist. conc. Trident. l. 4. p. 400.* Conc. prou. Mog. *fol. 167, 181.*

§. III.

An omnia recens. Iure decretalium omnium ac singulorum peccatorum requiritur enumeratio, per *c. omnis 21. Concil. Lateran.* qui extat in *tit. X. heic.* Add. *concil. Florent. & Trident. sess. 13. c. 11. & sess. 14. c. 7.* Hist. C. *Trid. p. 401.* Sed ita obseruandam esse illam constitutionem aiunt ecclesiæ nostræ in *apologia A. C. p. 158.* quamuis omnia peccata enumerari non queant, tamen vtile esse, præsertim propter rudiores, vt ab his diligentia adhibeatur, & colligantur, & illa, quæ redigi in memoriam possint, recenseantur, vt facilius doceri possint, modo ne laquei in-

iniiciantur conſcientiis. Conf. *concil. Arelat. I. c. fin.* Cœleſtini I. *epiſt. ad epiſcopos Galliæ fin.* Io. Gerſon *de medit. cordis c. 17.* Auian. *prax. eccl. p. 1. p. 33.* Dn. Spener. *de iuſtific. 6, 8. Acta erud. 1684. p. 172.*

§. IV.

Nemini pœnitenti & confitenti peccata deneganda eſt abſolutio, *c. 5. x. h. t.* Concil. Illerd. *c. 5.* Art. gen. X. §. *4. fin.* Carpzou, *2. 279.* ſed *impœnitentibus*, contra quos gradibus admonitionum eſt vtendum. *Galat. vlt. pr.* Art. gen. VII. §. *4. &* §. *1.* Decret. ſynod. *h. t.* §. *3.* inter quos referuntur, qui *reconciliationem* cum proximo detrectant. *Concil. Agath. c. 22.* Carpzou. *l. 2. def. eccl. 280.* Quiſtorp. *deſid. VII.* non item in genere litigantes absque offenſa perſonali. Idem *def. 288.*

Qui admittendi nec ne. 1.

Vid. l. 3. c. de apoſt. Diff. I. C. & C. §. 95.

Baluz. ad Regin. p. 550.

§. V.

Excluduntur quoque hi, qui publico cum ſcandalo *deliquerunt*, vsque dum publice pœnituerint & deprecati fuerint. *Concil. Agath. c. 27.* Carpz. *l. 2. def. 281.* etſi pœna temporalis remiſſa. Idem *def. ſeq.* Niſi in caſu neceſſitatis & periculi mortis ſubito inſtantis. Idem *def. 283.* 2.

§. VI.

Inquiſiti ex crimine publico, *pendente* 3.

inquisitionis processu an admittendi ad S. absolutionem? Affirmat Carpzou. *l. 2. def. eccl.* Stryk. *ad Brunnem. 2. 19, 25.* præuia admonitione ad populum, si scandalum inde metuitur, cuius formulam idem exhibet. Conf. *concil. Tolet. XII. c. 3.* Negat *ordin. eccl. Vinar. lib. 2. c. 27. §. 3, 4.*

§. VII.

4. Excluduntur *plane rudes* de fide Christiana, donec aliquantum informati. *1. Tim. V, 22.* Can. *apost. 51.* Art. gen. VII. §. 2. & 4. Apol. *A. C. p. 183.* Agend. *eccles. Geneu. p. 26.* Quistorp. *de fid. XI.* Nic. Rost. *lib. de absolut. p. 3.* Vnde etiam *infantes*, & qui ad annos discretionis nondum peruenere non admitti solent: qua in re *XII. annum* veteres determinarunt, forte ad exemplum Domini *Lucæ 2, 42.* committitur tamen *arbitrio* examinantis confessionarii. Itaque & septennes admissi aliquando.

§. VIII.

5. Vid. Regin. L. 105.

Aegrotus tamen absolutionem petens, sæuitia morbi impeditus confessionem edere, absoluendus est, *cau. 26. q. 6.* Carpz. *2. 278.* Itemque *mutus & surdus*, qui nutu, gestu, aut scriptura ad interrogationem confessionarii respondet de fide sua & peccata

cata ita confitetur. Carpzou. *d. def. 278. n. 9. 10.*

§. IX.

Confitenti *furtum*, rapinam, stellionatum non deneganda est absolutio, etsi *restitutio* rei ablatæ non facta, si modo promissa, & possibilis. *Eph. IV, 28.* Paul. *ad Philem. 18, 19.* Luc. *XIX, 8.* Cau. *14. q. 6. c. 1. fin. c. 9. x. de pœnit.* 6.

§. X.

Nec ei, qui ex indiciis grauioris criminis reus, *iureiurando* vel *tortura* se purgauit: nisi nouis grauetur indiciis, tunc admonendus, vt confiteatur. Plane qui *confessus iudici* crimen, idem in *confessione reuocat*, etiamsi alia delicta confiteatur, absolui non potest, si coram iudice non reuocat: reus scilicet vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. *Concil. Valentin. c. 4.* 7.

§. XI.

Cum confessio priuata sit iuris positiui, itaque *dispensandi* ius ecclesia circa eam habet. Carpzou. *l. 2. def. eccl. 276.* Vid. Socrat. *l. V, c. 19.* Sozom. *l. VII. c. XVI.* ius dispens.

§. XII.

Ius confessiones audiendi & absoluendi cuiusuis ecclesiæ pastori commissum est ab Confessionar. propr.

ec-

R. ecclesia, atque si plures in vna ecclesia sunt ministri, tunc quilibet parœcianorum *certum* sibi *confessionarium* eligere debet, (*a*) inter quos quædam *paternitas* & *filiatio*, etiam ad impediendum matrimonium intercedere dicitur, *cau.30. q.1. c.8. sqq.* nec temere ab illo ad alium accedere liceat. *Dist.6. de pœnit. c.3.* cap. *omnis x. de pœnit.* Concil. Lateran. *c.21.* Carpz. *l.2. def. eccl. 290.* Hülsm. *breu. c. IX. 11*, etsi inimicitias cum eo gerat. Carpzou. *l.3. def. eccl. 105.* Nisi ipsius & consistorii ecclesiastici permissu, *d. c. omnis x. h.* Carpzou. *def. 291. l. 2.* Lancell. §.*5. h. t.* Patronus tamen plurium ecclesiarum in qualibet ius habet confessionarii vtendi. Carpzou. *def. 106. l. 3.*

(*a*) Qui *confessor* etiam olim dictus. Baluz. 3. *miscell. p. 5.*

§. XIII.

Exc. In casu *necessitatis* ius absoluendi exercere etiam is potest, qui non est clericus. *Galat. vlt. pr.* Iac. V. 16. Dist. *de consecr. c. sanctum 36.* Dist. *1. de pœnit. c. 88.* Dist. *6. de pœnit. c. 1.* cap. *vlt. x. de pœnit.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 283. 9.* Nemo tamen *seipsum* potest absoluere. Idem *def. 293, 16.*

§. XIV.

Effect. Cum S. absolutionis impetratio sit *ad S. com-*

S. communionem praeparatio: igitur qui illa impetrata hanc eodem vel sequente die negligit, arbitrariam poenam incurrit, nisi ex iusta caussa impeditus, quo casu sequenti proxima S. communionis celebratione sine noua confessione admittitur. *Art. gen. VII.* Concil. Trid. *seß. 13. c. 7. & 11.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 276. sq.* Vorbereitung.

§. XV.

Itaque quod antea de frequentatione S. communionis dictum, etiam huc pertinet: negligentes poenitentiam & absolutionem admonendi, & contumaces puniendi vel expellendi. Vid. *dist. de poenit. 2. & 3. c. omnis x. h. t.* Apolog. *A.* C. *p. 158.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 279.* Frequentatio. Leuit. 16. fin. Num. 29, 7.

§. XVI.

Confessiones *priuatae* quum regulariter fiant in aedibus sacris, & quidem *publice* in choro. *Art. gen. VII.* §. 5. Decret. synod. *h. t.* §. 4. Carpz. *2. def. eccl. 292.* omnis confusio & ἀταξία cauenda est. Qua de re vtiliter alicubi constitutum memini: *Damit auch das Zutringen des Volcks an die Beichtstühle nicht mehr geschehe, soll von der Canzel deswegen eine Vermahnung ergehen, und eine gewisse Straffe auff die Vnbescheidenen, denen Kasten zum besten,* Ordo.

ge-

gesetzt werden : und haben die diaconi *auch selbst dieselbe abzuweisen, und krancke, alte, und schwache Personen fürzuziehen, sollen auch zur absolution nicht etliche zusammen spahren, und hingegen sich der Kürtze und neruositat bey einem ieden besleissen.*

§. XVII.

Numm. confess. Nummus confessionarius vetustæ originis est sicut baptismalis. *Concil. Eliber. c. 48.* Cau. *2. q. 1. can. emendari.* retinetur in ecclesiis nostris. Carpz. *l. 1. def. eccl. 118. sq.* sed emendari & hoc satius esset ; vt vel alio tempore beneficentiam suam declararent confitentes. Idem *def. 119, 14.* vel per modum *collectæ* offerrent. Vid. & Quistorp. *desid. VII.* (*a*)

(*a*) Quæritur 1. An iure acceptetur ? Affirmatur exemplo *1. Sam. 19, 8.* vbi datur honorarium pro actu prophetico. Idem in festo expiationis, *Num. 29, 8.* & in sacrificio expiatorio. *Leuit. V. 13.* Quæritur 2. an prudenter & ex re ecclesiæ receptum ? Negatur, parit occasionem calumniandi, scandalum, præsertim exactio.

§. XIIX.

Abusus I. Vt vero absolutionem confitenti *denegare* aut suspendere ab absolutione & S. communione *priuata* auctoritate ex odio vel

vel *affectu priuato*, nefas sacerdoti. *Can. apost. 15.* Art. gen. *IIX. & X.* Decret. syn. *t. 8. fin.* Carpz. *l. 3. def. eccl. 107.* (*a*) Ita etiam prohibitum est, ne sacerdos curiosius inquirat in delicta occulta, etsi in certis casibus examinatio omnis non sit interdicta. *Concil. Nicen. c. 9.* cap. *omnis x. h. t.* Apol. *A. C. p. 183.* Art. gen. *Sax. VII. §. 1. Die Kirchendiener sollen nicht vorwitziger Weise von ihren Beichtkindern, wie etwan beschehen, fragen, was ihnen nicht gebeichtet worden, denn diese Beichte nicht zu einer* inquisition *der heimlichen und verborgenen Sünden.* Item *decret. synod. h. t. §. 3. Vielweniger sollen sie ihre eigene Sachen da vorbringen, oder sonsten mit den Beichtkindern im Beichtstuhl sich abwerffen.* Ord. *eccl. Vinar. l. 1. c. 13. §. 2.*

(*a*) Sed vide *Sekendorffi Christen-Staat 3. 15. 5.* propter abusum tantum, aut restrictam ad consensum superiorum, aut prohibitam. Conf. *Auian. prax eccl. p. 1 pag. 56.* Rosner. *lib. pœnit.* Ratio: potestas clauium singulis ministris a DEO data *Resp.* non singulis immediate, sed ecclesiæ, quæ deinde committit singulis non independenter.

§. XIX.

Neque confessionarius, neque confitens quicquam diuulgare debet eorum, quæ in confessionis & absolutionis negotio dicta, Sigillum confess.

sed

Vid. Cæſ. Heiſt. lib. 3. c. 31 ſq.

ſed reticeant. *Diſt. 6. de pœnit. c. 2.* cap. *omnis x. h. t.* Concil. Lateran. *c. 21.* Apol. *A.* C. *p. 158.* Art. gen. VII. *fin.* Beſold. *theſ. pract. voce: Beicht.* Ord. eccl. Vinar. *l. 2. c. 13. §. 10.* etſi vt teſtis iurato deponere a magiſtratu requiratur. Carpz. *l. 3. def. eccl. 23.* Quod ſi vero tale ſit facinus, quo perpetrato eccleſia vel reſpublica detrimentum capit, aut quo non punito, DEVS totam prouinciam punit, vt factum Saulis periurioſum. 2. *Sam. XXI, 2, 14.* tum confesſio & abſolutio eccleſiaſtica non ſufficit, ſed accedat oportet aut facti intenti intermisſio, aut perpetrati pœna ciuilis, vt auertatur vindicta diuina aut pernicies reipublicæ, quare & poteſtati ciuili confitendum facinus & pœnæ ſeſe ſubmittendum. Conf. Zigler *ad Lancell. 2. 5. 9.* Dn. Stryk. *ad Brunnem. pag. 775.* Diſtinctio inter *beichten* & *vertrauen* reiicitur.

§. XX.

Satisfactio.

Acceſſit humano iure abſolutioni pœnitentis irrogatio quædam *pœnæ* certæ ab eccleſiis in ſingula delicta conſtitutæ, qua *eccleſiæ offenſæ* ſatisfieret & pœnitens ei reconciliaretur. Vnde modo *pœnitentiæ*, modo *ſatisfactionis* vocabulo venit. Concil. Nicen. *c. 11.* Elib. *c. 3. & 14.* Ancyr. *c. 5. & paſſim.* Carth. IV. *c. 74.* Tolet. I. *c. 2.*

Wor-

Wormat. *c. 8.* Rhemenſ. *c.1.* Diſt. *de pœnit.* & *t.t.x. de pœnit. & remiſſ. itemque de ſent. tent. excomm. nobis Kirchenbuß.* Eius diſpenſationes & condonationes *indulgentiæ* appellatæ, *concil.Antioch. c.* 2. Conf. *cau.*16. *q.* 7. *can. his qui.* Sed hæc vocabula ab heterodoxis traducta fuerunt poſtea ad ſatisfactionem quæ DEO fiat, & ad remiſſionem *culpæ* reſpectu DEI. Vid. Chemnit. *exam. conc. Trid.p.*2.*p.*380.Strauch. *exoter. II.* G.Wicelii *via regia.* (*a*) Indulg. Regin. 2. 438. ſqq.

(*a*) Petr. Suauis *hiſt. conc. Trid. fin. p.* 911. Morin. *l.* 10. *de pœnit. c.*20 Pallauic. 2. 5, 5. Conc. prou. Mog. *f.* 196.

§. XXI.

Vt vero delicta, circa quæ confeſſio verſatur, duplicis ſunt generis, priuata ſine ſcandalo & priuatim commiſſa: & publica, & in vulgus nota, quæ vniuerſam eccleſiam commouent, *cau.* 16. *q.* 6. *c. presbyter.* ita & pœnitentia ſiue ſatisfactio alia priuata eſt, alia publica, quæ etiam *legitima* vocatur, *öffentliche Kirchenbuſſe Conc. Elib.c.*3,14.64, 72. *paſſim.* itemque *plena.* Vid. Iac. Gothofr. *ad l.* 5. C. *Th. de apoſt.* Conf. Lehm. *chr. Spir. l.* 2. *c.* 34. & *c.*41. *vbi de peregrinationibus ad loca ſancta.* Prior, priuata, ſpecies a pontificibus Romanis mutationem paſſa. Chemnit. *exam. concil.* Priu. & publ. Supra, §. 2.

 Trid.

Trid.p. 3.p.205. & p. 4.p. 132. (*a*) in noſtris eccleſiis propter abuſus & ſuperſtitiones (*b*) abolita. *Apol. A. C. p. 183.* Conf. *diſt. de pœnit. 1. can. 1.* Hæc publica, retenta, etſi non peræque. (*c*) Carpzou. *l. 3. def. eccl.* 84. *n. 2.* Fürſtliche *Schleſiſche Erinnerung an die Prieſterſchafft pag. 64.*

(*a*) Regino *l. 2. ibi Baluz. p. 562.*

(*b*) Credita vulgo DEO fieri, in præiudicium meriti Chriſti, vt pars eſſentialis pœnitentiæ. Per ſe non malum, pœnam, id eſt, ſatisfactionem, ſibi imponere vel imponi facere, pro peccato, indicere ieiunium, eleemoſynas. De purgatorii origine, atque de interdictione coniugii *Regin. 2, 43. ibi Baluz. p. 582.*

(*c*) Quoad eſſentiam retenta, id eſt, vt publice, actu publico fiat, ſed hic variat. Iure veteri ſuſpenſio a S. cœna per interuallum aliquod, intra quod in loco ſemoto pœnitentium ſtandum. Hodie eſt vnus actus tranſiens, deprecatorius & abſolutorius: de quo conqueſtus *Brunnem. 2. 19, 24.*

§. XXII.

Publicæ finis. Eius finis eſt tum ſatisfactio eccleſiæ & cum ea reconciliatio. *Concil. Elib. c. 14, 69. 79.* tum vt & ceteri φόβον ἔχωσι, *1. Tim. V. 19, 20. Apol. A. C. p. 183. & 185.* (*a*) habet enim *pœnæ* vel *cenſuræ* rationem. Carpz. *l. 3. def. eccl. 85. n. 9. & def. ſq. & 94.* non ciuilis, ſed eccleſiaſticæ, vnde altera alteram non abſorbet. Carpz. *l. 3. def. 94.* (*b*)

Supra, 1, 19, 2.

(*a*) Ita

(*a*) Ita res prorſus politica. Ergo pœna ipſa ciuilis; non eccleſiaſtica. *Reſp.* Politicum dupliciter dicitur, quia & politia eſt duplex: ciuilis & eccleſiaſtica. Eſt ergo res prorſus politica, id eſt, ad politiam eccleſiaſticam prorſus pertinet, & ius poſitiuum, non ad ius morale aut forum internum, quo DEVS hominem peccatorem iuſtificat & abſoluit.

(*b*) Iac. Sirmodi hiſtoria pœnitentiæ publicæ. *Pariſiis, 1651.*

§. XXIII.

Itaque quum hæc pars diſciplinæ eccleſiaſticæ pertineat ad eccleſiæ poteſtatem coercitiuam, ius eam introducendi eſt penes ſummum *eccleſiæ cuiusque* regimen & ſenatum eccleſiaſticum Carpz. *l. 3. def. eccl.* 84. Decret. ſynod. *t.* 8. Ius autem *decernendi* penes iudicium eccleſiaſticum & conſiſtorium. Carpz. *def. ſq.* niſi in quibusdam caſibus etiam parocho cum conſenſu ſuperintendentis per legem eccleſiaſticam id conceſſum. *Reſol. el. Sax. nouiſſ. p. 1. §. 6.* Brunnem. 2. 19, 25. Ius vero *diſpenſandi* & in *mulctam* mutandi ad cauſſam piam(*a*) eſt penes epiſcopum vel conſiſtorium eccleſiaſticum. *Concil. Nicen. c. 11. fin. & c. 12.* Decret. ſynod. *t. 8.* Carpz. *3. 86. ſqq.* ſub quo eſt reus, *c. 4. x. h. t.*

[Marginal notes: Ius introducendi. — decern. — diſpenſ.]

(*a*) Alias eſt abuſus. *Brunnem. d. l. n. 26.*

§. XXIV.

Contra quos R.

Decernitur pœnitentia publica his, quorum delicta ecclesiæ offendiculo sunt, *c. 1. x. h. t.* Decret. synod. *t. IIX. pr.* Carpz. *l. 3. def. 89.* Non igitur ob delicta *occulta*, vt sponsalia clandestina. *Idem ibidem.* (*a*) Multo minus vbi factum dolo caret, veluti stupratæ per vim. *Idem def. 90.* Quanquam iure canonico *Graecanico* cædi etiam inuoluntariæ, & abortum sine culpa patienti hæc iniuncta. Gregor. III. *c. 17. Bibliotb. patr. t. VI.* Zimmerm. *menf. 2. c. 5. fin.*

(*a*) *Ratio dubitandi.* In iudicio ecclesiastico fit notorium per cognitionem caussæ & sententiæ publicationem. *Ratio decidendi.* Distinguendum, an in vulgus notum, & communitas scandalisata & læsa notorie, an tantum pater offensus, & is condemnauit. *Vide mandatum matrim. Henneb. §. 1.*

§. XXV.

Limitat.

Ita tamen imponitur delinquentibus pœnitentia, si in eadem ecclesia permanent: secus, sic migrant. Carpz. *l. 3. def. 73. fin.* Vnde quibus *relegatio* est dicta, non tenentur ante executionem ad pœnitentiam ecclesiasticam, neque executio contra contumaces propterea est differenda: qui tamen pœnitentiam agere volunt & re-

con-

conciliationem antea cum ecclesia absolutionemque desiderant, iis deneganda non est. (a)

(a) Sed si quis ad euitandam poenitentiam ecclesiasticam territorium ipse mutat, non est recipiendus. *Capitul. Franc. t. 2. p. 139.*

§. XXVI.

Porro nec in illa ecclesia, a qua recipitur delinquens, poenitentia imponi potest publica, quam non offendit. Carpz. *def.* 31. etsi admonitio ad populum fieri possit, *ibid. n. 16.* Vid. Brunnem. 2. 19, 27. si delictum in hac innotuit. Memini tamen hoc in casu *remissos* (a) fuisse ita emigrantes seu fugitiuos ad forum delicti, vt reconcilientur, & attestatum ea de re adferrent. Minime autem iniungenda in hac recipiente, si in illa praestita. Idem *def.* 92. Nisi sint contumaces, tum enim ob nouum accedens delictum, etiam heic poenitentia iniungi potest. Consect.

(a) Quaeritur: an remitti teneantur, vt per poenitentiam publicam reconcilientur ecclesiae offensae? *Negatur.* Emigratio est loco poenitentiae publicae. *Affirmatur.* Non potest absolui, qui non cum parte offensa reconciliatur. *Resp. ad neg.* concedendo in his terminis relegationis: sed excipe, si reus fuga se abripuit, tunc remissio locum habet.

§. XXVII.

Ampl. Quemadmodum denique veteres canones censuræ ecclesiasticæ atque pœnitentiæ publicæ nec nobiles nec illustres quidem personas eximunt: ita etiam in nostris ecclesiis *nobiles* quoque ad pœnitentiam publicam in ea ecclesia, vbi ea viget, & cuius membra illi sunt, obligantur: quanquam his facilius dispensatio indulgeri soleat. Carpz. *l.3. def. eccl. 93.* Sed & *illustri* personæ, quæ fratris viduam duxerat, responderunt *Scabini Lipsienses A. 1648.* Matrimonium non rescindi quidem oportere: præter seriam tamen vtriusque contrahentium pœnitentiam, subditos quoque *monendos publice* de suggestu, ne hoc factum, iuri diuino aduersum, imitari audeant.

§. XXIIX.

Dispens. Dispensatio mitigatiove regulariter locum habet in *honorem matrimonii* subsequentis concubitum præmaturum, ita vt delinquentes in loco publico se sistere non cogantur, nec nomina eorum in formula deprecationis semper exprimantur. Vid. tamen Brunnem. 2. 19, 26. At quando eade re *præmoniti reticuerint* delictum & coronati serto nuptiali in loco sacro copulari se fecerint, decretum fuit a *consistorio*

rio Lipsiensi 1652. d. 15. Febr. vt tum cogantur in eo loco, quem malitiose profanarunt, se sistere, & expressis nominibus deprecatio fieri debeat.

§. XXIX.

Ceterum *ritus* poenitentiales quum varient, mos cuiusuis ecclesiae obseruandus est. Vid. Carpzou. *l. 3. def. eccl. 83, 13.* (*a*) Ritus.

(*a*) Nominis expressio regulariter omittitur secundum Dn. Strykium *ad Brunnem. p. 776.* Sed magis est, vt non omittatur regulariter, ex natura deprecationis & fine, satisfactione, & humiliatione erga ecclesiam, cui fit deprecatio.

TIT. V.

De

EXCOMMVNICATIONE SEV BANNO.

§. I.

C. II. q. 3, 5. X, 39. Lancell. 4. 13, 14. Diff. 5. 114. Regin. 2. 400. sqq. Impœnit. admon.

DE iure *pœnitentium* vidimus: quomodo circa *impœnitentes* versandum sit, dispiciamus. Impœnitentes autem dicimus, reos grauioris delicti aut vitæ doctrinæve Christiano homine indignæ, *contumaces* & incorrigibiles. *Art. gen. X. & XI.* Carpzou. *l. 2. def. eccl. 286. & l. 3. def. 81.*

§. II.

Ante omnia igitur aduersus impœnitentes adhibendi sunt *admonitionum gradus*, ne inauditi condemnentur, *Matth.* XIIX, 15. atque ne ex intempestiua excommunicatione ecclesia detrimentum capiat. Vid. Socrat. *l. 1. c. 6. l. 2. c. 46.*

§. III.

Processſ.

Quod si in pertinacia permanserint, sententia excommunicatoria *anathematis* seu *banni* ecclesiastici fertur, eiusque *publicatio* præsente reo fit in choro ecclesiæ: *executio*

cutio vero confiftit in eductione ex templo, & exclufione ab omni conuerfatione. Vnde & *abfciffionis*, *electionis*, & *expurgationis* vocabulis ius diuinum heic vtitur, *Gal.* V, 10. 12. Phil. III, 2. Ioh. IX, 22. c. XII. 47. XVI, 2. II. Cor. V, 7. II, 12. Art. gen. XI. §. 6. Veteres plures & varios ritus adhibuerunt, de quibus inter alios *Io. Morin. l. 2. exerc. ecclef.* Selden. *de* I. *Ebr. l. 4. c. 7.* Conr. Dürr. *exerc. de anathem.* Formulam excommunicationis in concilio Aquisgranenfi A. C. 816. præfcriptam exhibet e MS. Boxhorn. *H. V. p. 464.* (*a*)

(*a*) **Differt pœnitentia ecclefiaftica ab excommunicatione** *1.* obiecto. Illa verfatur circa pœnitentes, hæc circa impœnitentes. 2. duratione. Pœnitentia ecclefiaftica iure veteri fufpenfio a S. cœna, excommunicatio minor: hodie actus tranfiens fere. Excommunicatio maior eft exclufio a S. cœna & tota ecclefia, dum feria pœnitentiæ figna edat. Excommunicatio multipliciter accipitur. 1. de minori, fufpenfione. 2. de maiori, *Kirchen-Bann*, a communione externa ecclefiæ. *Vide Engel. h. t. p. 791.* 3. de exclufione a ciuili etiam focietate, propter vnionem ecclefiæ & reipublicæ. 4. de condemnatione dogmatum & eorum exclufione a doctrina orthodoxa. 5. de exfecratione & exclufione imprecatiua a regno DEI, & ecclefia etiam interna. Anathematifatio. *Engel. p. 786.* Vide *c. cum non ab homin. x. de iudic.* Engel ignarus linguæ Græcæ confundit ἀνάθεμα & ἀνάθημα: α-

ναίθημα, suspensum, dedicatum; ab ἀνατίθημι suspendo, consecro: ἀνάθεμα, exsecratum, ab ἀναθεματίζω, exsecro. *Regula*. Excommunicatio regulariter de maiori intelligitur, *c. si quem 50. x. h. t.* Engel *p. 787.* Dissentit M. A. de Dominis 5. 9. 25. ex eo Ziegler ad Lancellot. 4. 13. 18. Conf. Carpz. *2. 284.* Brunnem. *l. 5. c. 19, 10.*

§. IV.

Interdictum.

An contra *principes*, *reges & respublicas* excommunicationis sententia ferri possit, quaeritur: quae species INTERDICTVM vocatur. De cuius origine *Fr. Bosquet. ad Innoc. III. lib. 2. epist. 72.* Licet autem affirmatiuam generatim canonistae defendant per *cau. 11. q. 3. c. 69.* Conf. *conc. Tolet. IV. c. 3.* Ritterhus. *ad nouell. I. 7, 3.* distincte tamen heic procedendum. Atque quantum ad *personas principum* ipsas, quatenus sunt membra ecclesiae primaria, adeoque sub sacra clauium potestate, dubium non est, iis *impoenitentibus* absolutionem & S. communionem denegari iure posse ab ecclesia. *Gregor. Turon. 5. c. 14.* quam *excommunicationem minorem* vocant. Quoad exclusionem a tota societate ecclesiastica & ciuili, quam *excommunicationem maiorem* appellant, & de qua iam tractamus, quum ea habeat iam admixtam ciuilem coercitionem, & contra-

con-

contumaces plenam ciuilem coercitionem in subsidium requirat. *Capitular. Francor. lib. V. c.42.* Concil. Tribur. *c. 1.* oppido patet, talem potestatem ecclesiæ in principem & rem publicam non competere. Neque vero *solutio homagii* & obligationis inter principem & subditos, ac *successoris datio*, in ecclesiam siue diuino, siue gentium iure cadere videtur. Conf. Reinking. *biblic. polit. I. 36.* Limnæ. *notit. regn. Franc.* 2,6. & 3,1. Cluten. *disp.4. Iubil.Argent. q.21.* M.A. de Dom. *6.* 4, 26. Herb. Thorndic. *orig. eccl. c. fi.* (*a*)

(*a*) Excommunicatio iniusta non ligat apud DEVM. S. Nicon. *epist. bibl. pap.t.* 1. *p.* 456.

§. V.

Recipitur excommunicatus, ad pœnitentiam redactus, præuia caussæ cognitione atque decreto episcopi vel consistorii, in ecclesia publice. *Concil. Nicen. c. 12.* Carth. II. *c.* 3.4. Carth. III. *c.* 23. Art.gen.XI.§. *Danun.* & quidem eiusdem, a quo excommunicatus fuit, non alterius. *Concil. Elib.c.53.* Arel. I. *c.16.* Arel.II. *c.8.* Antioch. *c.* 2. Sardic. *c. 16.* Carth. II. *c. 7.* Nisi periculum in mora propter morbum banniti, pœnitentis & absolutionem petentis: tum enim omisso decreto, pastor sine speciali concessione **Receptio.**

su-

ſuperioris propria auctoritate, & ex conceſſione generali abſoluere & S. ſynaxin adminiſtrare poteſt. *Concil. Carth. IV. c. 76. ſq.* Art. gen. XI. §. *Da aber.* quæ *reconciliatio minor* itemque *viaticum* vocatur. *Bosquet. ad Innoc. III. l. 1. ep. 199.* Confer. *concil. Nicen. c. 12.* Eliber. *c. 32.* Tolet. XI. *c. 12.* Carth. IV. *c. 76. 78. 81.* Carth. V. *c. 11* Alicubi & *ſuffragium populi* requiſitum ad receptionem. Zimmerm. *analect. menſ. 1. c. 42.* Interdictum aboletur etiam quoties legatus pontificius in ciuitate excommunicata miſſam celebrat. Vid. Meteran. *A. 1606. p. 396.*

TIT. VI.

De

SS. ECCLESIIS ET BONIS ECCLESIASTICIS.

1. C. Iuſt. 2, 16. C. Th. 2. Nouell. 37. 120. Can. 12, 3 x. 13. & 48. Lanc. 2. Diff. §. 18.

§. I.

Ius rerum ſpiritualium ac diuinarum, quæ in nullius ſunt dominio, vidimus: ſequuntur res, quæ in *dominio* (*a*) ſunt *vniuerſitatis* (*b*) eccleſiaſticæ, non ſingulorum. *Gen. XLVII, 22. 26. c. 16. pr. X: de præbend. c. 34. de elect. 6.* Hiſt. conc. Trid. *pag. 651.* Carpzou. *l. 2. def. 299.* quæ porro duplicis ge-

generis, vel tres ſingulares, vel vniuerſitas quædam: ſingularium aliæ deſtinatæ ſunt ad res diuinas & DEI cultum immediate, quarum vſus ſingulis communis, & ſunt vel immobiles, vt ædes ſacræ, altaria, baptiſteria, capellæ: vel mobiles, vt vaſa ſacra, veſtes ſacræ &c. (*c*) Referuntur huc etiam cœmeteria & ſepulcra. Hæc iure Romano appellantur *res ſacræ* & *religioſæ*. Eſt autem generatim *conſecratio*, qua res vel perſona ab vſu & miniſterio ſeculari ſeparatur, & ad vſum vel miniſterium *cultus diuini* & S. liturgiæ *immediate* deſtinatur, adhibitis ſolennitatibus, quæ in diuerſis eccleſiis ſunt diuerſæ. (*d*)

(*a*) Dominium a ſuprema poteſtate differt: hæc eſt penes rempublicam vel principem, vt pars maieſtatis: illud penes eccleſiam particularem.

(*b*) Alii DEO dominium attribuunt: alii papæ: nos eccleſiæ particulari. Quod ad 1. diſtinguendum inter theocratiam & eccleſiam hodiernam. 2. nititur principiis Hildebrandinis. 3. fundatur in iure ciuili ſacro, *l. 21 ſequ. C. de SS. eccl.* vbi datur rei vindicatio eccleſiæ, iure gentium. Tacit. *Vid. exercit. ad pand. IV, 4. in not. 6.*

(*c*) Reliquiæ ſanctorum. *Gregor. M. l. 7. ep. 126.* de ligno dominicæ crucis, & de capillis B. Ioannis baptiſtæ. Aquæ benedictæ vſus. Regino *1. 210. 2. 434.*

(*d*) Res ſanctæ nobis inter eccleſiaſticas partim veniunt. *Kirchen-Kaſten.*

§. II.

§. II.

Bona eccl. Aliæ res deputatæ sunt *sustentationi* & conseruationi personarum & rerum sacrarum, vt oblationis, eleemosynæ, decimæ, salaria, stipendia, legata ad pias caussas, reditus annui, fundi ecclesiastici & parœcialis. Vid. Gregor. M. *l. 1. ep. 42. vbi & de* masfis. *h. e. prædiis, villis ecclesiæ:* & alia bona ecclesiæ *dotalia*, & *dos* ecclesiæ. *Concil. Tolet. IV. c. 32. c. 8. X. de consecr. eccles.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 307.* Conf. *l. 2. π. de fund. instr. leg.* & *L. Iulian. 68. §. fin. de leg. 3.* quæ ita sunt in dominio ecclesiæ, vt facilius possint alienari, quam res sacræ, *l. 17. §. 1. C. de SS. eccl. l. sancimus 22. C. eod.*

§. III.

Vniuers. Res vniuersales siue rerum ad ecclesiam vel S. ordinem pertinentium *vniuersitas* est ipsa ecclesia localis, parœcia, abbatia, præpositura cum suis pertinentiis, dominiis atque territoriis, & cum ipsa superioritate aut summa potestate territoriali: de quarum acquisitione & amissione perinde quæritur, ac de rebus singularibus. *Concil. Hispal. II. c. 1. & 2.* Chalced. *c. 16.*

§. IV.

Benefic. Quoniam harum rerum vsus atque fructus a proprietatis ecclesia concedi solet, ad

ad sui sustentationem & commoditatem, hinc dicta sunt *beneficia*, ad differentiam bonorum allodialium, quæ etiam clerici iure hereditario possidere possunt, vocabulo ex iure feudali ad ecclesiasticum translato. Vid. Bosquet. *ad Innoc.III, lib.1. ep. XVII.*

§. V.

Finis quadruplex.

Finis vsusque bonorum ecclesiasticorum quadruplex per canones constituitur, inque totidem partes reditus ex iis quotannis diuidi præcipiuntur: quarum vna *episcopi* (*a*) ad conseruandum statum ecclesiæ publicum. Altera *clericorum*, tertia pro ædium reparatione & totius *cultus diuini* conseruatione, quarta denique pro *pauperibus* infirmis, captiuis & peregrinis. *Gen. XVIII. fin. l.iubemus 14. C. de SS.eccl.* Can. *apost. 39.* Concil. Rom. *quod Syluestro I. adscribitur, can. 4.* Aurel. I. *c. 3.* Tribur. *c. 13.* Gelas. *epist.* 27. Dist. *5 de consecr. c. 6.* can. *16. q. 1. c. fin.* cau. *12. q. 2. c. episcopus.* Marsil. Patau. *p. 2. def. pac. c. 12. sq.* Bosquet. *ad Innoc.III. l.* 3. *ep. 7.* Lehm. *chr. Spir. l. 2. c. 35. fin.* Meteran. *l. 20. p. 14. l. 27. p. 572.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 298, 20.* Rittershus. *diff. I. C. & C. l. 7. c. 14.* Surd. *de alim. 2. q. 54, 56.* Io. Launoius de cura ecclesiæ pro miseris & pauperibus. St. Baluz. *ad Agob. pag. 77. & 101.*

101. De diſtributionibus quotidianis inter ipſos clericos, quoties cultui interſunt. Vid. *hiſt. conc. Trid. pag. 555.*

(*a*) Tolet. conc. IX. *c. 6.* Cau. *12. q. 1. c. epiſc.* tertiam partem tribuit epiſcopo.

§. VI.

Cauſſa effic. Cauſſa, quæ facit, vt acquiratur eccleſia, principalis poſt DEVM *Eſ. XLIX, 23. c. 60, 16.* eſt *ſumma reipublicæ poteſtas*, quæ partim res publicas eccleſiæ *conſecrat*, partim *permittit*, vt etiam res priuatorum iuris eccleſiaſtici fiant, *l. 9. D. de rer. diu. l. 1. C. de SS. eccleſ.* Ludouici Pii edictum *vide apud Boxh. H. V. A. C. 817. p. 466.* & *modum determinat*, ne inde respublica propter amortizationem (Vid. Alteſerr. *de ducib. & comit. c. 18.*) detrimentum capiat. Nicephori Phocæ conſtitutio. *I. Græco-Rom. canon.* Veterum regum Franciæ. Lehm. *chr. Spir. l. 2. c. 35. & 43.* Angliæ, *Polyd. Virg. l. 17.* Bodin. *l. 5. c. 2.* Henrici IV. regis Galliæ A. 1604. *Meteran. l. 25. pr.* reipublicæ Venetæ A. 1605. *Idem l. 27. p. 372.* Edictum Maximiliani & Ferdinandi I. anno 1515. & 1524. Leopoldi de 20. Octobr. 1669. Statuta Viennenſ. *tit. Klœſterlicher Eingang.* Statuta Iuliacenſ. Gylman. *ſymphor. tom. 3. voce: Statuta p. 326.* Conf. *hiſt. conc.*

Concil. Trid. pag. 862. Quippe quæ in necessitatis casu etiam *subsidia* ex ecclesiasticis prouentibus exigere habeat, *l. 11. l. 21. C. de SS. eccles.* Recess. *Imp. de A. 1542. §. 61. sqq. 1544, 1554. 1582.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 301 & 309.* (*a*)

(*a*) Abrogata itaque constitutio Caroli IV. Imperatoris inserta legibus Longobardorum *l. 2. t. 1. fin.*

§. VII.

Etsi iure veteri Romano ecclesia Christiana incapax fuit capiendæ *hereditatis ex testamento:* (*a*) à Constantino tamen Imperatore capax reddita, & quidem in quantumcunque instituta *l. 1. C. de SS. eccl.* Igitur & *legata* capere potest, & *donationes*, & oblationes defunctorum. *Concil. Carth. IV. c. 95.* Agath. *c. 3. Vasens. c. 2.* Aurel. II. *c.* 14. Cau. 13. *q. 2. c. clerici.* Saluian. *de auarit.* etsi episcopo vel sacerdoti relictum sit. *Conc. Agath. c. 5.* Cau. *12. q. 3. c. pontifices.* Brunnem. *ad l. annua. 20. §. 1. ff. de ann. leg.* Ratio est, quia acquirit ecclesiæ *l. 42. §. 2.* C. *de episc.* quo tamen iure ecclesiæ nostræ haud vtuntur. *Groenw. in d. l. 42. C. de episc.* Atque capere potest etiam ex eius vltima voluntate, qui iure ciuili testamenti factionem non habet, vt sentit L. Engel. *C. I. C. p. 2, 4, 14, n. 4.*

Acquis. e testam.

Ampl. 1.

2.

V Sed

Sed vide exerc. nostr. *ad π. 38. §. 14. & 35.*

(a) De testamento episcopi *Regino l. 354. 35. app. act. vet. p. 626. sq.*

§. IIX.

Vti dolo aut vi metuve non licet ex testamento acquirere, *l. fin. π. si quis aliq. test. l. 70. π. de her. inst.* Menoch. *l. 4. praesumt. 12.* Berlich. *l. 3. conclus. 7.* Ita licet tamen pastori moribundum, praesertim qui quid deliquerit, *blande monere,* vt ecclesiae aliquid relinquat. Carpz. *l. 2. def. eccl. 322.* Relicta tamen ab iis, qui *sibi mortem* conscivuerunt, ecclesiae non receperunt. *Concil. Aurel. II. c. 14.* Antisiod. *c. 17.*

limit.

§. IX.

distract. legat.

Versandum circa ea, quae vltima voluntate relicta ecclesiis, praecise ad voluntatem defuncti *l. 5. π. quem test. aper.* Concil. Trid. *sess. 22. de reform. c. 6.* Igitur praedium legatum distrahi non debet. Carpz. *l. 2. def.* 330. nisi aliter voluntas defuncti effectum sortiri non possit. *Idem defin. sq.* aut si caussa deficit, in quam legatum fuit, tunc in similem caussam piam conuerti potest *l. 16. π. de vsu leg. l. pen. de aper. publ.* Carpz. *l. 2. def. eccl.* 332.

§. X

§. X.

Pertinet huc etiam *ſtipendia*, quæ a defunctis & a viuis conſtituuntur his, qui ſtudia academica & præſertim SS. literarum colunt, quæ vt *dignis* conferantur ab heredibus collatoris, ad officium ſuperintendentis vt executoris pertinet, & curam conſiſtoriorum. Carpz. *l. 2. def. eccl.* 328, 333. *&* 409. Natta 2. 363. Meu. *ad I. Lub. 2. 15.* Brunnem. 2. 12, 10. Stipendia.

§. XI.

Ab inteſtato acquirit eccleſia ſuccedens epiſcopo ſine heredibus decedenti, *can. apoſt. c. 40.* Concil. Agath. *c. 24. & 48.* Conf. *concil. Aurel. IV. c. 9.* Pariſ. I. *c. 2.* *Hiſpal. I. c. 1.* Tolet. IX. *c. 4. & 7.* Capitul. Franc. *l. 3. addit. c. 17.* cap. I. *x. de ſucceſſ. ab int. & ibi gl.* Cau. *12. q. 1. c. 19. ſqq. & q. 2. c. 34. & vlt.* P. de Marca *l. 8. de C. S. & I. c. 18, 6.* Ren. Choppin. *l. 3. de mor. Pariſ. t. 1. §. 4.* L. Engel. *C. I. C. p. 2. l. 4. tit. 14. §. 3. & t. 15. §. 3.* (a) ab inteſt.

(a) *Ratio.* Fiſcus eccleſiæ, non fiſcus reipublicæ: quia vnus propior altero.

§. XII.

Acquirit quoque eccleſia *præſcriptione* tricennali res immobiles. *Concil. Chalced.* Præſcript.

 c. 16.

c. 16. Hisp II. *c. 2.* Constantinopolit. *quod generale IIX. vocant. can. 18.* Cau. *16. q. 3. c. per singulas.* Infra *diff.* §. *79.* Regin. *de discipl. eccl. l. 1. c. 18. sqq.*

§. XIII.

Administrans.

Potestas *administrandi* & cura conseruandi bona ecclesiastica competit potestati ecclesiasticæ, cuius facta sunt *propria. Nouell. CXX. c. tua x. de his quæ fi. a prel. c. vlt. x. de reb. eccl.* Concil. Wormat. *c. 6. an. 868.* Carpz. *l. 2. def. 299. & sq. n. 9. Commutatio* igitur & *melioratio* consensu eius regulariter fieri debet, *can. apost. 39.* vbi nepotismus prohibetur, de quo & *cent. grau. nat. Germ.* §. *4.* Nicand. Hoheneg. *hist. papat. period. 7.* §. *270.* Concil. Gangrens. *c. 7. 8.* Carth. IV. *c. 32.* Agath. *c. 15.* Nouell. 120. Carpz. *l. 2. def. eccl. 298, 23.* Locatio etiam, etsi non ad longum tempus, *c. 5. x. de reb. eccl.* Art. gen. XXIIX. Carpz. *l. 2. def. 304.* (*a*) Vnde consequitur *ius directorii* non penes magistratum ciuilem, sed ecclesiasticum esse, & *libros rationum* & *matriculas* penes ecclesiam seruandas, nisi consuetudine aliud receptum. Carpz. *l. 2. def. eccl. 315.* exceptis actis caussarum mixtarum, quas dirigit magistratus ciuilis. (*b*)

(*a*) Lud.

(a) Lud. Engel. *pag. 296.* quia alienationis species, si vltra triennium, non quidem dominii translati, sed possessionis, aut iuris percipiendi fructus, ex re ecclesiastica. *Resp.* Possessio non transfertur, ius percipiendi fructus neutrum transfert. Nec facit distinctio inter locationem ad tempus certum, vel incertum, vt *Lagüter.* Conditio testamenti, *l. 14. C. de SS. eccl.*

(b) Excipe priuilegia localia, vt hospitalis maioris bona Argentorati, non episcopi administrationem & potestatem agnoscunt, sed magistratus vrbici. *Art. IV. ex VII.*

§. XIV.

Acquisitionis ecclesiasticae effectus est, vt *dominium* aut quodlibet ius *transferatur* a possessore laico ad ecclesiam, *saluo supremo* summae reipublicae potestatis iure. Vnde regulariter eximuntur *bona dotalitia* ecclesiae ab oneribus ciuilibus operis ac tributis. (a) quae *manus mortua* dictae. Supra §. 2. Gen. XLVII, 22. Esdr. IV, 27. *l. 21. C. de SS. eccl. l. placet. 5. eod. c. 4. & 7. x. de immun. eccles.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 307. sq.* etsi laicis locata. Idem *def. 310.* Vid. Natta *consil. 36.* Nisi in casu summae *necessitatis* & euidentis, quo ferenda subsidia de superfluis reditibus, *l. 2. C. de quib. mun. X. l. nullus 21. C. de curs. publ. XII. l. vn. C. vt nem. lic. in emt. X,* Cent. grau. *nat. Germ.* §. 28. Recess. Imp. *de A.* 1500, 1554, 1582. Carpz. *l. 2. def. 309.* Par ratio est, si in do-

Effectus.

Reg. de immunitate.

Exc. 1.

dotatione id *referuatum* a dotante, aut alias ita *pactum* conuentum ſit. Atque *dotales* poſſeſſores præſumuntur ſubditi eccleſiæ & *iurisdictionis eccleſiaſticæ*, non ſecularis, vti reſponderunt ſcabini Lipſienſes *menſ. Ian. 1657, verſ. Thalwiz.*

B. Regin. l. 1. de diſc. ecc. c. 30.

(*a*) Hæc immunitas primæuo iure reſtricta fuit ad vnum manſum. Regino *l. 1. de diſcipl. eccleſ. c. 24, 27. ſequ.* vbi *Baluzius pag. 545.*

§. XV.

Alienatio.

Eccleſia quæ acquiſiuit, poteſt etiam rurſus amittere, idque vel voluntaria alienatione: quod tamen regulariter eſt prohibitum, non tam eccleſiæ quam miniſtris, *cau. 12. q. 2, 19. & 20.* vel citra voluntatem expreſſam, ſeculariſatione vel præſcriptione vel pœna. Ius *alienandi* res eccleſiæ generatim eſt penes *ſummam poteſtatem eccleſiæ*, in cuius dominio vel immediate vel mediate res alienanda cernitur. *Concil. Carth. V c. 4.* Ancyr. *c. 15.* Cau. *1. qu. 2. c. ſi qua.* Nouell. 120. Art. gen. *el. Sax. XXIIX.* Carpzou. *l. 2. def. eccl. 299. fin. & 300, 9.* Klock. *conſil. XI. n. 94. ſq. 117. ſq.* Struu. *de feud. VI, 4. 1.* Lehm. *chr. Spir. 2. 35. fin.* Igitur non penes clericos aut paſtores ſingulos. *Concil. Aurel. IV. c. 13.* cau. *12. q. 1. c. 9. & 51. ſqq.* *Patronos* aut collatores ſolos.

Regin. 1. 347, 360. ſq.

Art.

Art. gen. XXX. (*a*) Quamuis autem summa ecclesiæ potestas aliquandiu pontifici Romano per ecclesias Germaniæ asserta fuit, retinuerunt tamen archiduces *Austriæ* ius alienandi bona ecclesiastica, vt inuitis clericis alienare possint, clerici non vicissim. Reuter. *differ. iur. ciu. & Austriac. ad tit. XIX.*

(*a*) Cap. ambitiosæ extrau. comm. *de reb. eccl. non alien.* non recepta in Germania. *Engel. de alien. bon. eccl.* Vid. *deductio meo in caussa Otton, contra capitulum Argentor.* Conf. in simili *c. nihil est 44. x. de elect.*

§. XVI.

Caussa autem debet subesse *probabilis*, puta *necessitas* vel vtilitas euidens. *Concil. Agath. c. 6.* Cau. 12. *q. 2. c. 51. & 70.* cap. 1. *x. de reb. eccl. non alien. c. vlt. eo. 6.* Art. gen. XXIIX. Sithm. *de iur. episc. c. XII, 30.* quo pertinet liberatio ab ære alieno, *c. 1. x. de reb. eccl. n. a.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 301, 7.* necessitas belli, *l. 21.* C. *de SS. eccles.* Recess. Imp. *de an. 1542. & 1544.* Carpz. *d. def. 301.* Etsi donator vel *testator* (*a*) *prohibuerit* alienationem, si aliter intentio eius commode obtineri non possit, *l. 5. §. 4. π. de al. iud. mut. c.* Carpz. *l. 2. def. 331.*

Caussa alien. Regin. 1. 81.

(*a*) Vel fundator. *Vide Reginonem Baluzii p. 624.*

§. XVII.

Decretum. De tali igitur caussa in iudicio ecclesiastico allegata, *cognoscendum*, & *decretum*(*a*) si paret, impetrandum. *Cau.12. q. 2. can. sine except.* Chemnit. *2. de reb. eccl. c.1. x. eod.* Wesenb. *consil. LIX.* Sithm. *de I. episc. c. 12. 39.* Carpz. *l. 2. def. 302.* Itaque alienatio, quæ absque caussa cognita aut decreto facta, *ipso iure nulla* est, & res mansisse in dominio ecclesiæ intelligitur, *cau. 12. q. 2. c. 36. sqq.* fructusque restituendi ecclesiæ sunt, *c. 2. & c. si quis x. de bon. eccl.* Carpz. *d. l. 2. def. 303. D. 3. de consecr. c. sacerdotibus*, nec *præscriptio* currere incipit. *Concil. Aurel. I. c. 10.* nisi post mortem alienatoris. *Concil. Tolet. IX. c. 8.* cau. *16. q. 3. c. si sacerdot.* (*b*) Engel. *p. 309.*

(*a*) Requisita 1. cognitio de caussa sufficiente. 2. cognitio totius iudicii ecclesiastici, episcopi & capituli: non papæ, aut metropolitani. *c. ambitiosæ.* 3. decretum, vt in rebus pupillaribus. 4. confirmatio, registratio.

(*b*) *Ratio dubitandi.* Quod ab initio non valet &c. *Ratio decidendi.* Successoris negligentia, non reuidentis iura & bona ecclesiæ, punitur præscriptione.

§. XIIX.

Secularisatio. Alienatio porro alia est, qua res vnius ecclesiæ transfertur ad aliam ecclesiam vel caus-

caussam piam. *Concil. Tolet.III c.4.* cau.*21. q.2.c.si epist.* alia, qua dominium ad *laicos* transit in vsum secularem, quæ *secularisatio* vocatur: quæque dupliciter dici solet, aut *abusiue* pro violenta direptione & occupatione, h. e. *profanatione*, quæ omni iure prohibita. Ioel. *3,5.sqq.* Prou. *20, 25.* Concil. Chalced. *c. 23.* Bracar. III. *c.2.* Cau. *12. q.* 2. Cau. *19. q.3. c. quæ semel &c. sq.* aut *proprie* de alienatione voluntaria (*a*) ex necessitate tamen, quæ iure diuino prohibita non legitur. Iure autem humano eam approbari ratio facit, quum in necessitatis casu alienatio in aliam ecclesiam non semper fieri possit: ita tamen vt gradibus procedatur certis, & bonis quæ immediate cultui diuino consecrata sunt, parcatur, quamdiu potest: in extrema tamen necessitate etiam ea laicis alienare posse, si aliud medium non præsto sit, nil prohibet. *l. 21. C. de SS. eccles.* Auth. *preterea. eod.* Nouell. *120. c.10.* Cau. *12. q. 2. c. 13. sq.* Concil. Trid. *sess. 21. de reformat. c.* 7. Carpz. *l. 2. def. eccl. 300.* non vero Iudæis. Vid. Gregor. M. *l. 1. ep. 66.* Ceterum de *reformatione* & recta administratione bonorum ecclesiasticorum vide Hortled. *lib. V. de C. B. G. per tot. imprimis cap. IIX.* Engel. p. 301.

(*a*) Ex consensu ecclesiæ, vt in pacificatione religiosa, & pace VVestphalica: secus ecclesia re-

retinet ius vindicandi: hinc prætenſiones ordinis Teutonici contra ſtatus Belgii vniti.

§. XIX.

Præſcript. contra eccleſ.

Amittit eccleſia præſcriptione triennali res mobiles. *Auth. quas act. C. de SS. eccl.* can. *16. q.3. c.16.* Carpz. *p.2. c.5. def. for. 6. & l. 1. reſp.* 35. at immobiles iure veteri XXX. (*a*) *Concil. Aurel. III. c. 9.* Tolet. IV. *c. 33. 34.* Hiſpal. II. *c. 2.* Cau. *16. q. 3. c. quicunque epiſcopus 4.* Cau. *16. q. 3. c. ſicut.* 3. (*b*) Iure Iuſtinianeo annis XL. *Auth. quas actiones de SS. eccl* Nouell. CXI. & CXXXI. Harmenop. *promtuar. l. 1. t. 3. c. 52. & ibi ſcholaſt.* cau. *16. q. 5. per tot.* Conſtit. el. Sax. *p. 2. c. 5.* excepta eccleſia *Romana*, contra quam *centum* annis demum præſcribitur, *l. 23. & auth. ſq. C. de SS. eccleſ.* Nouell. IX. *c. ad audientiam* 13. *x. de preſcr. & c. ſq.* Vid. B. Strauch. *Irnerius non errans.* Exerc. *ad tr. XLV, 55.* Diff. §. *79.* Acta *erud. 1685. p. 301.*

(*a*) Quod retentum in Hiſpania, Gallia, & Germania. *Regino l. 1. de diſc eccl. c. 18.*

(*b*) Territorii conuentus præſcriptione non tolli diſcitur. Vid. *du Fresne gloſſar. voc.* conuentus, diœceſis epiſcopi: at poteſt ius epiſcopale aut diœceſis præſcriptione amitti *c. 15. & 18 x. de præſcript.* Ius conueniendi ad ſacra & ſynodos, & viſitationes, non præſcribitur, vt ius ſpeciale *c. 7. c. 12, 16. x. b.* Res meræ facultatis.

§. XX.

§. XX.

Amittitur ex vniformiter per XL. annos continuata pensione mercedis dominium vtile fundi ecclesiastici, & præsumitur is in *emphyteusin* datus, nisi ecclesia titulum *conductionis* probat. *Art. gen. el. Saxon.* XXIX. Carpz. *l.* 3. *def. eccl.* 306. & *p.* 2. *c.* 40. *def.* 1. *sq.* (a) Emphyt.

(a) Precariæ. Vide Reginon. *1.* 362. *sqq.* vbi Baluz. *p.* 574.

§. XXI.

Res ecclesiæ ante audientiam h. e. per *spolium* ablata, ante omnia restituenda, & spoliator vt necator pauperum habetur. *Concil. Cabilon. c.* 6. Cau. 3. *q.* 1. *c. redinte-gr.* 3. *t. t. de rest. spol.* cau. 12. *q.* 2. *c.* 1, 2. & vt sacrilegus, & si emendare noluerit, excommunicatur, *d. cau.* 12. *q.* 2. *c.* 3. *sq.* Spolium.

§. XXII.

Administratio bonorum ecclesiæ, instar pupillæ, veluti tutoria est: vnde *iureiurando* præcedente, *Reformat. polit. Imper. de A.* 1548. §. 31. Art. gen. XXXV. Carpz. *l.* 2. *def. eccl.* 313. inuentarium conficiendum, aut reuidendum. *Concil. Aurel. II, c.* 6. *IV. c.* 5. Tolet. IX. *c.* 9. Constantinopolit. in Trull. *c.* 35. Art. gen. XLII. vt ab ecclesiæ bonis Modus administrandi. de acceptis.

sa-

ſacerdotum quæ ante ſacerdotium habent, bona ſint diuiſa. *can. apoſt. 40.* cau. *12. q. 1. c. ſint manifeſta 21.* & vt obligetur parochus ad reſtituendum quod dolo culpave eius heredumve periit, *d. art. gen.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 158. ſqq.* quotannis rationes reddendæ. Idem *def. 314. ſqq.* & *lata leuique culpa* præſtanda. Idem *def. 318. 4.* itaque nomina actiua diligenter exigenda, & *retardata* quoque, *ibidem.* Pecunia parata elocanda, cum conſenſu paſtoris, magiſtratus & ſuperintendentis. *Art. gen. XXXV.* Carpz. *d. def. 318.* nec extra iurisdictionem illius loci: niſi aliter elocari non poſſit, ſub vſuris quincuncibus vel ſemiſſibus. Carpzou. *def. 319, 8. 9.* Vid. A. Fab. *C. 4. 24. 2.* In annuis reditibus ſolum quincunces. Carpzou. *def. 320.* Franzk. *1. reſ. 2.*

§. XXIII.

Hypoth. tacita. Gaudet equidem eccleſia iure *tacitæ* hypothecæ in bonis debitoris. *Ord. iudic. el. Sax. t. 45.* conſultum tamen eſt, vt *expreſſa* quoque hypotheca conſtituatur. *Art. gen. XXXV.* eo fine & effectu, tum, vt eccleſia præferatur debitoris vxori illata repetenti, & habenti ob ea etiam tacitam hypothecam, ſed quæ expreſſæ anteriori poſtponitur. Carpz. *l. 2. def. eccl. 321.* Ord. elect.

elect. iudic. *r. 43.* tum, vt hypothecam a possessore tertio possit petere absque excussione debitoris. *Auth. hoc fin. de pignor.* Nouell. 112. *c. 1.* §. 3. Berlich. *l. 2. concl. 24, 71.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 321.*

§. XXIV.

Cum ius administrandi & cura tuendi bona ecclesiæ potestati ecclesiasticæ competat. *Supra* §. 13. consequens est, vt etiam rationes illi potissimum sint reddendæ. *cau. 10. q. 1. c. nouerint. 6.* non patrono. L. Ohm. *de iur. episc. th. 17, e.* nisi sit patronus clericus, *post Siculum Bermchin. repert. voce:* Patron. eccl. aut magistratus loci, aut ex reseruatione expressa, vel possessione ac præscriptione M. Stephan. *de iurisd. 3, 14, 117.* Sithmann. *de iur. episc. XII, 20. sqq.* Ius tamen admonendi malos administratores & denunciandi habet patronus. *Concil. Tolet. IX. c. 1.* (*a*) Igitur iure ecclesiarum *Saxonicarum* & patronus & iudex loqui requiri solet ad redditionem rationum annuam. *Art. gen. XXXV. pr.* Instruct. *Frider. Wilhelm. administr. de visitat. locali, tit. artic. worauff die Eingepfarrten p. 310.* Carpz. *2. def. eccl. 316. sq.* Resolut. nouiss. *p. 1.* §. 3. Conf. Pfeil. *consil. 183.* Sithm. *de I. episc. c. XII, 17.* (*b*)

Rationum redditio.

Regin. I. 350.

(*a*) Epi-

(a) Episcopos non teneri ad reddendas rationes. Cyrillus archiepisc. Alexandrinus, *Biblioth. patr. t. 1. p. 415.*

(b) Huc etiam custodia priuilegiorum, diplomatum, & chartarum. *Regim. 1. 353.*

§. XXV.

Fisc. viduar. L. 1. pand. de colleg.

Præter ærarium ecclesiæ habere solent etiam clerici eiusdem dioeceseos *fiscum* singularem, quam *fraternitatis* vocant, *Pfarrwitben-Kasten:* quem ipsi inter sese per collectas singulorum ad sustentandas viduas parœciales & orphanos constituunt, & consistorium vel senatus ecclesiasticus confirmat, atque vt recte administretur, curam gerit. Carpzou. *l. 2. def. eccles. 329.*

TIT.

TIT. VII.

De

IVRE TEMPLORVM.

1. C. 2 dist. 1. de consc. 3. x. 48. Lancell. 2. 18. Defin.

§. I.

INter res sacras præcipua sunt *templa*, h.e. ædes diuino cultui publico consecratæ, extra quas regulariter ille habendus non est, *dist. 1. de consecr. can. hic ergo 14. & sq.* alias *loca ministeriorum* vel mysteriorum. *l. 2. C. de S. Trinit.* Basilicæ, *d. dist. 1. c. 10.* August. *de C. D. l. 22. c. 8. & 18.* Hospin. *de orig. templor.* Hildebr. *de sacr. vet. eccl. c. 2.* Leo Allatius *de templis Græcorum recentioribus.* Mich. Ant. Franc. de Vrrutigoyti, *de ecclesiis cathedralibus.*

§. II.

S. potestas penes quem.

Cum templa aut basilicæ contineant partem *territorii*, a summo iure talia erigendi & concedendi excludi summa *republicæ* potestas haud potest: quemadmodum & ius prohibendi aduersus hæreticos eadem iure suo exercet. *l. 2. C. de S. Trinit.* Confer edict. Gallieni *apud Euseb. l. 7. H. eccl. c. XII.* & Constantini *apud Sozom. l. 1. c. IIX.* Adde C. Tacit. *annal. IV, 15. 37. 43. 55.*

Hulsm.

Hulsm. *breu.c.19,18.* Carpz. *2. def. eccl.334. & sqq.* Quo pertinet SCtum Venetum A. C. 1337. latum : *ne liceret absque consensu senatus noua templa aut cœnobia condere.* Vnde bellum cum pontifice Romano A. C. 1606. Vide item Nicephori Phocæ Imperatoris nouellam & eius derogatoriam Basilii Imperatoris *lib.2.I.Græco-Rom. canon. p. 113. sqq.* Edictum Caroli V. de amortizamento. Perez. *in C. de SS. eccl. n. 11.*

§. III.

I. episcopi

Vt ad reipublicæ potestatem pertinet concessio & traditio loci & sumtuum quoque : ita ad ecclesiasticam *directio* & *administratio* structuræ. *Concil. Tolet.III. c. 4.* itemque iurisdictio, *cau. 18. q. 2. c. quædam 10. pr. D. 1. de consecr. can. ecclesia 8.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 244. 13. def. 336. lib.3.def.5.& 72.* Patroni quoque & *parœcianorum* consensus requiritur, quum in subsidium teneantur ad contribuendum. *Art. gen. XXXII.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 336.*

§. IV.

Conseru. & repar.

Onus *conseruandi* & *reparandi* ecclesias regulariter incumbit ærario cuiusuis ecclesiæ, *cau. 10. q. 1. c. decernimus & q. 3. c. priscis & c. vnio.* Carpz. *l. 2. def. 338.* tam ec-

ecclesiam *totam*, quam singulas partes. Idem *def. 350. sq.* Sunt & certi census eo dedicati. Vid. Baluz. *miscell. l. 3. pag. 26.* nobis alicubi *Restaurzinsen.* Nisi aliud pactis aut consuetudine receptum. Idem *def. 338.* Aut ecclesiæ facultates non sufficiunt, quo casu parœciani coguntur ad collectam. Idem *def. 339.* itemque ad operas, qui ad has alias obligati sunt. Idem *def. 341.* etiam inquilini, *die Häußler.* Id. *def. 341.* sed & nobiles de bonis allodialibus. Idem *def. 346. sq.* itemque qui in alieno territorio siti sunt parochiani. Id. *def. 348.* Non item *filialistæ.* Idem *def.* 345. quia proprias habent ædes. Neque possessores prædiorum in illa parochia, si alibi domicilium habent & alterius ecclesiæ sunt parœciani. Natta *cons. 215.* (*a*) Carpz. 2. 349.

(*a*) Nisi in summa necessitate, aut consuetudine. *Ratio exceptionis*: quod tales forenses bona parochianorum ad se trahunt, & sic fundamentum collectandi: ergo cum onere quasi reali.

§. V.

Vt ædes sacræ in dominio vniuersitatis sunt, ita *vsus* earum ad *singulos* pertinet, *nec promiscue* tamen. Quum enim *partes* earum præcipuæ, chorus, gremium, narthex atque porticus, & clericis & lai- Ius subsellior.

 cis,

cis, & inter hos catechumenis, energumenis, pœnitentibus & fidelibus sua quibusque adsignata loca fuerint: etiam subsellia marium & feminarum separatim constituta, per constitutiones apostolicas. Hildebr. *c. 1. de sacr. V. E. & c. 2.* Sed & alia tabulata senum, alia virorum, alia iuuenum, alia nuptarum, alia virginum. (*a*)

(*a*) Gregor. Turon. *l. 2 hist. c. 14.* totam ecclesiam in duas partes diuidit, quarum altera altarium, altera capsum. *Vid. Mabillon. l. 1. de liturg. Gallic. c. 8.* Extra: atrium, porticus, exedra. *Vid. Baluz. ad Regin. p. 559.* Altaria superflua destruantur. *Regino de disc. eccl. l. 1. c. 30.* linteis vestiantur. *Regino 1. 60. sqq.* Absida quid? *Vide Baluz. ad Regin. p. 570.* Narthex, i. e. ferula, sceptrum, dicitur ecclesiæ vestibulum extra ædem. *Vid. omnino du Fresne gloss. b. v.*

§. VI.

Species. Subselliorum porro tres species cernuntur, quarum prima *officialium*, *Amtsstühle*, quæ nulli commutationi obnoxia. Carpz.
1. *l. 2. def. eccl. 370. sqq.* altera *hereditariorum*, (*a*) quæ cum consensu personarum
2. ecclesiasticarum pro aliquo honorario ecclesiæ dato a primoribus pro se & suis exstruuntur. Horum ius est, vt pro conditione locorum structoribus & eorum descendentibus, præsentibus & domicilium

ibi habentibus, adſignentur, vt his deficientibus ſubſellia eccleſiæ liberæ diſpoſitioni iterum aperiantur. Quo pertinent & illa hereditaria, quæ certis *ædibus adſcripta* ſunt pro reditu annuo. Quod ius pactis adiectis variare licet: modo nec cadant in ſpeciem emtionis venditionis, quæ iure heic prohibita. Carpz. *l. 2. def. eccl. 362.* Tertio denique loco ſubſellia *communia* virorum & mulierum. 3.

(*a*) Quæritur: an dominium penes priuatos? *Reſp. affirm.* ex natura rerum hereditariarum. *Ratio decidendi* a ſepulcris hereditariis. Carpzou. *dec. 289.* Klock. *conſ. 10, 488.* Exerc. *ad pand. 21. 26.* Hæc ſunt in dominio eccleſiæ, datur tamen actio in factum de religioſis, & confeſſoria ex quaſi dominio. Ad *rationem dubitandi reſpondetur.* Hereditarium dupliciter dicitur, 1. proprie, quod in dominio & commercio priuatorum per ſe eſt, ad quoslibet vſus. 2. improprie pro dominio iuris, vſu, vſufructu, & magis eſt, quod vſus heic ſit, quam vſusfructus, quia locatio non licita. Carpzou. *def. eccl. 353.*

§. VII.

Quæ ipſa quoad proprietatem ſunt eccleſiæ, *vſusfructus* pro certa oblatione, non pretio, ſed penſione in recognitionem dominii ſingulis conceditur: vnde nec alienandi ius poſſeſſoribus competit, neque per teſtamentum relinquendi. Carpzou. 2. Vſusfr.

363. sed exstinguitur morte possessoris, aut mutata parochia. Idem *def. 364.* Iure tamen *prærogatiua* heredibus relicto, aut cognatis proximioribus, intra mensem exercendo. Carpz. *l. 2. def. eccl. 365. sqq.* Etiam *carnifici* singulare subsellium in ecclesia concedendum, respondit consistorium Lipsiense *9. Mart. 1624. ad consult. I. F. versus Weisensee.*

§. IIX.

Mod. conced. Ratio, quæ in concessione subselliorum obtinere debeat, liquet ex sequente resolutione visitatoria: *Wegen der Kirchenstühle ist es also zu halten, daß wer sich üm einen anmeldet, den soll der Kastenuorsteher zum Superint. weisen, dieser aber seine Meinung und Vorschlag dem regierenden Bürgem. wissen lassen, und wo ein Streit um den nähern Kauff oder Einlæsung were, sich mit denselben eines Bescheids vereinbaren: sonst aber und wenn beym Bürgem. kein erheblich Bedencken, soll der Superint. dem Kastenuorsteher einen Zettel schicken, der das Geld vor den Stuhl empfæht und berechnet. Dieser aber hat sich keiner* cognition *oder* remonstration *anzumassen.*

§. IX.

Consecratio. Ritus consecrandi quum varii sint ac diuersi, essentialis est *S. liturgia celebratio.* Vi-

Vigilius episcopus Romanus. *epist. ad Euther. c. 4. dist. 1. de consecrat. c. de fabric.* Euseb. *de vita Constant. 4. 45.* Gregor. M. 1. *ep. 54.* Ante consecrationem vero *dos ecclesiæ* constituenda, pro actu consecrationis nihil exigendum. *Conc. Bracar. II. c. 5.* cau. 1. *q. 2. c. placuit.* Conf. Innoc. III. *l. 3. ep. 164.* Centur. Magdeb. 2. 6. & 3. 6. Quatenus in memoriam martyrum & *sanctorum* basilicæ & altaria constituenda, definit *conc. Carth. V. c. 14.* Dist. I. *de consecr. c. placuit.* Vid. Augustin. *de ciu. Dei. l. 8. c. vlt.* Gregor. M. *sacrament. ad fin.* St. Baluz. *ad Agob. pag. 76, 89.* Bellarm. 3. *de concil. 4.* (a)

(a) Mos ecclesiarum veterum conuertendi templa versus orientem, vnde? Communiter in recordationem loci paradisiaci, vbi salus per protoplastos fuit perdita. *Huetius de situ paradisi c. 3. §. 3.* ad distinctionem religionis Iudaicæ, quorum templum versus occidentem. *Vitruuius l. 4. c. 5.* Hygen. *de limitib.*

§. X.

Prophanatio quæcunque ecclesiarum punienda excommunicatione. *Conc. Trullan. c. 97.* sic & libello famoso ibi proiecto. *Concil. Elib. c. 52.* mercimoniis ibi habitis, *d. concil. Trull. c. 76.* iumentorum introductione, nisi in casu necessitatis. Idem *c. 88.* Regin. *I. 1. de disc. eccl. c. 58.* Prophan.

sacerdotum quæ ante sacerdotium habent, bona sint diuisa. *can. apost. 40.* cau. *12. q. 1. c. sint manifesta 21.* & vt obligetur parochus ad restituendum quod dolo culpave eius heredumve periit, *d. art. gen.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 158. sqq.* quotannis rationes reddendæ. Idem *def. 314. sqq.* & *lata leuique culpa* præstanda. Idem *def. 318. 4.* itaque nomina actiua diligenter exigenda, & *retardata* quoque, *ibidem.* Pecunia parata elocanda, cum consensu pastoris, magistratus & superintendentis. *Art. gen. XXXV.* Carpz. *d. def. 318.* nec extra iurisdictionem illius loci: nisi aliter elocari non possit, sub vsuris quincuncibus vel semissibus. Carpzou. *def. 319, 8. 9.* Vid. A. Fab. *C. 4. 24. 2.* In annuis reditibus solum quincunces. Carpzou. *def. 320.* Franzk. *1. res. 2.*

§. XXIII.

Hypoth. tacita. Gaudet equidem ecclesia iure *tacitæ* hypothecæ in bonis debitoris. *Ord. iudic. el. Sax. t. 45.* consultum tamen est, vt *expressa* quoque hypotheca constituatur. *Art. gen. XXXV.* eo fine & effectu, tum, vt ecclesia præferatur debitoris vxori illata repetenti, & habenti ob ea etiam tacitam hypothecam, sed quæ expressæ anteriori postponitur. Carpz. *l. 2. def. eccl. 321.* Ord. elect.

elect. iudic. *r. 43.* tum, vt hypothecam a possessore tertio possit petere absque excussione debitoris. *Auth. hoc fin. de pignor.* Nouell. 112. *c. 1.* §. 3. Berlich. *l. 2. concl. 24, 71.* Carpz. *l. 2. def. eccl.* 321.

§. XXIV.

Cum ius administrandi & cura tuendi bona ecclesiæ potestati ecclesiasticæ competat, *Supra §. 13.* consequens est, vt etiam rationes illi potissimum sint reddendæ. *cau. 10. q. 1. c. nouerint. 6.* non patrono. L. Ohm. *de iur. episc. th. 17, e.* nisi sit patronus clericus, *post Siculum Bertachin. repert. voce:* Patron. eccl. aut magistratus loci, aut ex reseruatione expressa, vel possessione ac præscriptione M. Stephan. *de iurisd. 3, 14, 117.* Sithmann. *de iur. episc. XII, 20. sqq.* Ius tamen admonendi malos administratores & denunciandi habet patronus. *Concil. Tolet. IX. c. 1. (a)* Igitur iure ecclesiarum *Saxonicarum* & patronus & iudex loqui requiri solet ad redditionem rationum annuam. *Art. gen. XXXV. pr.* Instruct. *Frider. Wilhelm. administr. de visitat. locali, tit. artic. worauff die Eingepfarrten p. 310.* Carpz. *2. def. eccl. 316. sq.* Resolut. nouiss. *p. 1.* §. 3. Conf. Pfeil. *consil. 183.* Sithm. *de I. episc. c. XII, 17. (b)*

Rationum redditio.

Regin. 1. 350.

(a) Epi-

(a) Episcopos non teneri ad reddendas rationes. Cyrillus archiepisc. Alexandrinus, *Biblioth. patr. t. 1. p. 415.*

(b) Huc etiam custodia priuilegiorum, diplomatum, & chartarum. *Regim, t. 353.*

§. XXV.

Fisc. viduar. L. 1. pand. de colleg.

Præter ærarium ecclesiæ habere solent etiam clerici eiusdem diœceseos *fiscum* singularem, quam *fraternitatis* vocant, *Pfarrwitben-Kasten*: quem ipsi inter sese per collectas singulorum ad sustentandas viduas parœciales & orphanos constituunt, & consistorium vel senatus ecclesiasticus confirmat, atque vt recte administretur, curam gerit. Carpzou. *l. 2. def. eccles. 329.*

TIT.

TIT. VII.

De

IVRE TEMPLORVM.

§. I.

INter res sacras præcipua sunt *templa*, h.e. ædes diuino cultui publico consecratæ, extra quas regulariter ille habendus non est, *dist. 1. de consecr. can. hic ergo 14. & sq.* alias *loca ministeriorum* vel mysteriorum. *l. 2. C. de S. Trinit.* Basilicæ, *d. dist. 1. c. 10.* August. *de C. D. l. 22. c. 8. & 18.* Hospin. *de orig. templor.* Hildebr. *de sacr. vet. eccl. c. 2.* Leo Allatius *de templis Græcorum recentioribus.* Mich. Ant. Franc. de Vrrutigoyti, *de ecclesiis cathedralibus.*

1. C. 2 dist. 1. de consc. 3. x. 48. Lancell. 2. 18. Defin.

§. II.

Cum templa aut basilicæ contineant partem *territorii*, a summo iure talia erigendi & concedendi excludi summa *reipublicæ* potestas haud potest: quemadmodum & ius prohibendi aduersus hæreticos eadem iure suo exercet. *l. 2. C. de S. Trinit.* Confer edict. Gallieni *apud Euseb. l. 7. H. eccl. c. XII.* & Constantini *apud Sozom. l. 1. c. IIX.* Adde C. Tacit. *annal. IV, 15. 37. 43. 55.*

S. potestas penes quem.

Hulsm.

Hulsm. *breu.c.19,18.* Carpz. *2. def. eccl.334. & sqq.* Quo pertinet SCtum Venetum, A. C. 1337. latum: *ne liceret absque consensu senatus noua templa aut cœnobia condere.* Vnde bellum cum pontifice Romano A. C. 1606. Vide item Nicephori Phocæ Imperatoris nouellam & eius derogatoriam Basilii Imperatoris *lib.2.I. Græco-Rom. canon. p. 113. sqq.* Edictum Caroli V. de amortizamento. Perez. *in C. de SS. eccl. n. 11.*

§. III.

I. episcopi. Vt ad reipublicæ potestatem pertinet concessio & traditio loci & sumtuum quoque: ita ad ecclesiasticam *directio* & *administratio* structuræ. *Concil. Tolet. III. c. 4.* itemque iurisdictio, *cau. 18. q. 2. c. quædam 10. pr. D. 1. de consecr. can. ecclesia 8.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 244. 13. def. 336. lib. 3. def. 5. & 72.* Patroni quoque & *parœcianorum* consensus requiritur, quum in subsidium teneantur ad contribuendum. *Art. gen. XXXII.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 336.*

§. IV.

Conseru. & repar. Onus *conseruandi* & *reparandi* ecclesias regulariter incumbit ærario cuiusuis ecclesiæ, *cau. 10. q. 1. c. decernimus & q. 3. c. priscis & c. vnio.* Carpz. *l. 2. def. 338.* tam ec-

ecclesiam *totam*, quam singulas partes. Idem *def. 350. sq.* Sunt & certi census eo dedicati. Vid. Baluz. *miscell. l. 3. pag. 26.* nobis alicubi *Restaurzinsen*. Nisi aliud pactis aut consuetudine receptum. Idem *def. 338.* Aut ecclesiæ facultates non sufficiunt, quo casu parœciani coguntur ad collectam. Idem *def. 339.* itemque ad operas, qui ad has alias obligati sunt. Idem *def. 341.* etiam inquilini, *die Hæußler*. Id. *def. 341.* sed & nobiles de bonis allodialibus. Idem *def. 346. sq.* itemque qui in alieno territorio siti sunt parochiani. Id. *def. 348.* Non item *filialistæ*. Idem *def.* 345. quia proprias habent ædes. Neque possessores prædiorum in illa parochia, si alibi domicilium habent & alterius ecclesiæ sunt parœciani. Natta *cons.* 215. (a) Carpz. 2. 349.

(a) Nisi in summa necessitate, aut consuetudine. *Ratio exceptionis*: quod tales forenses bona parochianorum ad se trahunt, & sic fundamentum collectandi: ergo cum onere quasi reali.

§. V.

Vt ædes sacræ in dominio vniuersitatis sunt, ita *vsus* earum ad *singulos* pertinet, *nec promiscue* tamen. Quum enim *partes* earum præcipuæ, chorus, gremium, narthex atque porticus, & clericis & lai- Ius subsellior.

eis, & inter hos catechumenis, energumenis, pœnitentibus & fidelibus sua quibusque adsignata loca fuerint: etiam subsellia marium & feminarum separatim constituta, per constitutiones apostolicas. Hildebr. *c. 1. de sacr. V. E. & c. 2.* Sed & alia tabulata senum, alia virorum, alia iuuenum, alia nuptarum, alia virginum. (*a*)

(*a*) Gregor. Turon. *l 2 hist. c. 14.* totam ecclesiam in duas partes diuidit, quarum altera altarium, altera capsum. *Vid. Mabillon. l. 1. de liturg. Gallic. c. 8.* Extra: atrium, porticus, exedra. *Vid. Baluz. ad Regin. p. 559.* Altaria superflua destruantur. *Regino de disc. eccl. l. 1. c. 30.* linteis vestiantur. *Regino 1. 60. sqq.* Absida quid? *Vide Baluz. ad Regin. p. 570.* Narthex, i. e. ferula, sceptrum, dicitur ecclesiæ vestibulum extra ædem. *Vid. omnino du Fresne gloss. h. v.*

§. VI.

Species. Subselliorum porro tres species cernuntur, quarum prima *officialium, Amtsstühle,*
I. quæ nulli commutationi obnoxia. Carpz.
2. *l. 2. def. eccl. 370. sqq.* altera *hereditariorum,* (*a*) quæ cum consensu personarum ecclesiasticarum pro aliquo honorario ecclesiæ dato a primoribus pro se & suis exstruuntur. Horum ius est, vt pro conditione locorum structoribus & eorum descendentibus, præsentibus & domicilium

bii

ibi habentibus, adſignentur, vt his deficientibus ſubſellia eccleſiæ liberæ diſpoſitioni iterum aperiantur. Quo pertinent & illa hereditaria, quæ certis *ædibus adſcripta* ſunt pro reditu annuo. Quod ius pactis adiectis variare licet: modo nec cadant in ſpeciem emtionis venditionis, quæ iure heic prohibita. Carpz. *l.2. def. eccl.362.* Tertio denique loco ſubſellia *communia* virorum & mulierum. 3.

(*a*) Quæritur: an dominium penes priuatos? *Reſp. affirm.* ex natura rerum hereditariarum. *Ratio decidendi* a ſepulcris hereditariis. Carpzou. *dec. 289.* Klock. *conſ. 10. 488.* Exerc. *ad pand. 21. 26.* Hæc ſunt in dominio eccleſiæ, datur tamen actio in factum de religioſis, & confeſſoria ex quaſi dominio. Ad *rationem dubitandi reſpondetur.* Hereditarium dupliciter dicitur, 1. proprie, quod in dominio & commercio priuatorum per ſe eſt, ad quoslibet vſus. 2. improprie pro dominio iuris, vſu, vſufructu, & magis eſt, quod vſus heic ſit, quam vſusfructus, quia locatio non licita. Carpzou. *def. eccl. 353.*

§. VII.

Quæ ipſa quoad proprietatem ſunt ecclesiæ, *vſusfructus* pro certa oblatione, non pretio, ſed penſione in recognitionem dominii ſingulis conceditur: vnde nec alienandi ius poſſeſſoribus competit, neque per teſtamentum relinquendi. Carpzou. 2. Vſusfr.

Vigilius episcopus Romanus. *epist. ad Euther. c. 4. dist. 1. de consecrat. c. de fabric.* Euseb. *de vita Constant. 4. 45.* Gregor. M. 1. *ep. 54.* Ante consecrationem vero *dos ecclesiæ* constituenda, pro actu consecrationis nihil exigendum. *Conc. Bracar. II. c. 5.* cau. 1. *q. 2. c. placuit.* Conf. Innoc. III. *l. 3. ep. 164.* Centur. Magdeb. 2. 6. & 3. 6. Quatenus in memoriam martyrum & *sanctorum* basilicæ & altaria constituenda, definit *conc. Carth. V. c. 14.* Dist. I. *de consecr. c. placuit.* Vid. Augustin. *de ciu.* Dei. *l. 8. c. vlt.* Gregor. M. *sacrament. ad fin.* St. Baluz. *ad Agob. pag. 76, 89.* Bellarm. 3. *de concil. 4.* (a)

(a) Mos ecclesiarum veterum conuertendi templa versus orientem, vnde? Communiter in recordationem loci paradisiaci, vbi salus per protoplastos fuit perdita. *Huetius de situ paradisi c. 3. §. 3.* ad distinctionem religionis Iudaicæ, quorum templum versus occidentem. *Vitruuius l. 4. c. 5.* Hygen. *de limitib.*

§. X.

Prophanatio quæcunque ecclesiarum punienda excommunicatione. *Conc. Trullan. c. 97.* sic & libello famoso ibi proiecto. *Concil. Elib. c. 52.* mercimoniis ibi habitis, *d. concil. Trull. c. 76.* iumentorum introductione, nisi in casu necessitatis. Idem *c. 88.* Regin. *l. 1. de disc. eccl. c. 58.* Prophan.

§. XI.

Vſus imaginum. Circa vſum imaginum in templis ius varium fuit in eccleſiis. Nullus vetuſtiſſimo iure vſus earum. *Concil. Eliber. can. 36.* vt nec aliorum ornamentorum. Vid. Boxh. *H. V. ad A.* C. *118. & 200.* receptus a Graecis Gregorii Nyſſeni tempore. Chemnit. *exam. concil. Trid. p. IV. p. 27. & 62.* & ſic etiam a Latinis, atque Francis, ſed non vt adorentur. *Concil. Francof. a Carolo M. habitum.* Agobardus *archiepiſc. Lugd. lib. de imagin.* Gerſon. *de medit. cord. c. 17.* contra *concil. Nicen. II. & Conſtantinopolit. generale* IIX. Conr. Brunus *de imagin.* Prohibitum tamen Chriſtum in figura agni depingi. *Concil. Trullan. c. 82.* licet aliter in *concil. Nic. II.* Adriani epiſtola ſynodica explicet *t. t.* C. *nem. lic. ſign. Saluat.* Vid. Chemnit. *d. l. p. m. 69.* Bellarm. *de eccl. triumph. l. 2. c. 8.* (*a*) (*b*)

(*a*) Frid. Spanhemii hiſtoria imaginum reſtituta *aduerſus Maimburg. & Nat. Alexandrum,* *1686.* Ancillon. *melang. critiq. art. 36.*

(*b*) Vaſa ſacra dicuntur miniſteria. *Gregor. Turon. l. 3. hiſt. c. 10.* Mabillon *l. 1. de liturg. Gallic. c. 7. §. 3.*

§. XII.

Ius aſyli. Ius aſyli, quod iure Quiritum a principe erat impetrandum. *Tacit. ann. III, 60.* IV,

IV, 14. ecclesiis Christianorum generatim fuit concessum. *Concil. Arausic. c.4.* & nefas vel *criminosos* ab ecclesia eductos punire. *Greg. Turon. l. IX. c.38.* Add. *l. V. c. 3. & 14. & pen.* Concil. Aurel. *c. 1. & 2.* Matisc. II. *c. 8.* Tolet. XII, 10. Mogunt. *c. 39.* Tribut. *c. 46.* Regin. *app. 1. c. 20.* Dist. *87. c. eos qui.* cau. *17. q. 4. c. id constituimus.* cau. *36. q. 1. c. de raptoribus c. 6. de immunit. ecc. t. t.* C. *de his, qui ad eccl. confug.* Edict. Theodorici *regis c. 125. & c. 70. sq.* Lex Baiuuar. *t. 1. c. 7.* L. Alemann. *c. 3. 4.* Procop. *ἀνεκδ. p. 87.* P. Sarp. *de asylis* Zimmerm. *mens. XII, 2.* Coras. V. *misc. 23.* Klock. *1. consil. X, 307.* (*a*)

(*a*) Albert. Gentilis *lib. 1. adu. Hisp. c. 7.* vbi quaestio, an si quis alibi captus per ecclesiae coemeterium ducatur, ecclesiae libertate gaudeat, si exclamauerit? *Affirmatur.* Ceterum cum illud asyli priuilegium variis in Anglia abusibus subiaceret, ideo Henricus VII. illud in totum aboleuit, attestante Fr. Bacono.

§. XIII.

Immunitate a *metatis* gaudent aedes sacrae, etiam dirutae, nisi in casu necessitatis, *t. t. x. de immun. eccles.* Vid. *tamen Tabor. de metat. p. 3. c. 3. art. 2. §. 1.* Immunitas.

§. XIV.

Ecclesiis quoque accensentur SCHOLAE, Coemeter.

XENODOCHIA, *c. quia contingit 2. Clement. de relig. domib.* COEMETERIA quae & dormitoria, ex *Dan. XII, 2. I. Reg. XVI, 28.* quae propterea *Kirchhöfe* nobis dicuntur, aliter *Gottesacker*, quia femini comparantur defuncti, *1. Cor. XV, 35. Ioh. XII, 24.* itaque ecclesiarum iure illa omnia censentur. Carpz. *l. 2. defin. eccles.* 387, 2. Tabor. *d. l.* quippe & consecrata, *cau. 13. q. 1. c. 1.* P. Gregor. *synt. l. 2. c. 13.* Conf. Euseb. *l. VII. H. E. c. XII.* Itaque eodem pertinet summa in haec potestas, cura, reparatio, atque iurisdictio. Idem *l. 2. def. eccl.* 385. *sqq.* & *def.* 244, 13. itemque *l. 3. resp.* 86. Klok. *1. cons.* 10, 474. Conf. Dn. Stryk. *ad Brunnem. pag.* 348.

§. XV.

Eorum locus.

Nec tamen vbique contigua sunt ecclesiis coemeteria, sed seorsim extra vrbes posita, exemplo patriarcharum. *Gen. XXIX, 20. XXXV, 19. Ios. XXIV, 23. Matth. XXVII, 32, 60. l. 3. π. de sep. viol. l. 12. C. de relig.* Edict. Theodorici *reg. c. III.* Vide tamen nouell. Leon. LIII. Carpz. *decis.* 289. & *l. 2. def. eccl.* 385. *sq.* & 389. Et coguntur priuati in casu necessitatis fundos hunc in vsum vendere. Idem *def.* 388.

TIT.

TIT. IIX.

De

AEDIBVS ET REBVS ECCLESIASTICORVM.

D. 1. de confecr.

§. I.

QVicunque ſacra eccleſiarum miniſteria, iisque adfinia obeunt, his de ædibus proſpiciendum eſt, nec procul ab eccleſiis. *Concil. Carth. IV, c. 14.* adeoque & cuſtodibus atque æditúis. *Diſt. 21. c. cleros.* Art. gen. *32. 38. 40.* Carpzou. *l. 2. def. eccl. 337.* ad quas, vt partes integrales pertinent muſæum, balineum, aquæductus ſalientes. Idem *def. 350.* — Aedes parochial.

II.

Quæ cura ac poteſtas ad eccleſiaſticam pertinet poteſtatem. *Diſt. 1. de confecr. c. nemo 9.* Art. gen. *32.* Carpz. *l. 2. eccl. def. 335.* non excluſo tamen adſenſu & conſilio patroni & parœcianorum, ob contribuendi onus, *de art. gen.* 32. Carpzou. *def. 336.* ad quod etiam *filialiſtæ* obligantur, quia ipſi peculiares ædes parochiales non habere ſolent. Carpz. *l. 2. def. eccl. 343. ſqq.* ac pendente inſtauratione aliæ conducendæ ædes. Carpz. *def. 351.* — Cura ædif.

§. III.

Ius parochi. Parochis porro ac ministris ecclesiæ atque scholarum in ædibus hisce alicubi vsusfructus, alicubi *vsus* tantum competit, non vsusfructus, & tanquam commendatis, non vt propriis vtuntur. *Concil. Carth. IV. c. 31.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 352. sq.* Igitur aliis tunc in totum *locare* non possunt §. *1. I. de vsu & hab.* nisi cum consensu consistorii, expresso vel & tacito. Art. gen. 32. Carpz. *l. 2. def. eccl. 353.* neque epulas *nuptiales* in iis celebrare, nisi cum consensu. Idem *def. sq.* itaque & onus in statu suo conseruandi incumbit ecclesiasticis, h. e. diligentia reparandi per singulos annos, quantum bono patrifamilias incumbit, *c. 1. x. de eccl. ædif.* Art. gen. 32. Carpz. *l. 2. def. eccl. 352.* Besold. *thes. pr. voce: Dach und Fach.* Klock. *de contrib. c. X, 1.* Immunitate porro gaudent hæ domus, qua ecclesiæ, *t. t. x. de relig. domib.*

§. IV.

Agri paroch. Agri parochiales iure vsusfructus pertinent ad ministros, *c. præsenti. de off. ordin. 6.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 353, 1.* adeoque locari illi possunt, *l. 12. §. 2. ff. de vsufr.* ne tamen vltra triennium, *c. ambitiosa. extrau. de red. eccl. non al.*

§. V.

§. V.

Ad agros hos colendos obligantur *dotales* ad id constituti, gratis id præstantes. Carpz. *l. 2. def. eccl. 357.* ceteri vero *parœciani* operas quidem omnes ad agriculturam necessarias præstare tenentur. Idem *def. 356.* nec fas est, aliis ante elocare operas. Idem *def. 358.* æqua tamen *mercede*, cuius arbitrium penes iudicium ecclesiasticum. Idem *def. 357.* Art. gen. *27.* Oblig. ad colend.

§. VI.

Præter res immobiles etiam pecunia & annona præstatur clericis, propter functionem ecclesiasticam, ad vitæ suæ suorumque sustentationem, quod SALARIVM vocatur, *stipendium* vero *concil. Agath. c. 26.* Iac. Goth. *de salar. c. 1. §. 3. fin.* quod iuri diuino & humano consentaneum. Carpz. *l. 1. def. eccl. 98, 99. & 125.* etsi aliunde habeant, vnde viuant. Art. gen. *XXIV.* Carpzou. *1, 122.* Salarium.

§. VII.

Ius constituendi, augendi, minuendi salaria ecclesiastica ex ærario est penes *summam ecclesiæ potestatem*, non penes ærarii ecclesiastici inspectores: plane augendi licentia priuatis de suo concessa, minuendi Ius summum.

non

non item. *Art. gen. XXII.* Carpzou. *l. 1. def. eccl. 98.* Iac. Gothofr. *de salar. c. 2. §. 7.*

§. IIX.

Mod. constit. Modus constituendi est vel ex prouisione legis, vel hominis, & hic vel conuentionalis vel vltimæ voluntatis, sed & tacita conuentione. Iac. Gothofr. *d. c. 2. §. 13. sq. & c. 7, 8.* nec scriptura requiritur, nisi ad probationem faciliorem. Idem *c. 2. §. 2. 3.* vnde *matricula* ecclesiasticæ inseritur salarii species & quantitas. Carpz. *l. 1. def. eccl. 97.*

§. IX.

augendi. Caussæ ob quas augeri salarium potest, sunt aucta parœcianorum *prædia*, quum ratione horum salaria contribuantur. Carpzou. *d. l. 1. def. 99.* & *cura animarum* augeatur: vnde & nouorum molendinorum exstructione salarium augetur. *Art. gen. XII. fin.* Carpz. *l. 1. def. 100.* atque generatim aucto *labore*, aut officio duplicato per vnionem vel substitutionem. Gothofr. *de salar. c. IIX. §. 2. seq.* Carpz. *l. 1. def. 151.* sed & crescente *rerum pretio* & annonæ. Gothofr. *d. c. 8. §. 1.* Vicissim minuitur aut tollitur

minuend. salarium, imminuto labore, sed sublato. Gothofr. *c. 6. & 8.* aut depauperatis parœcianis. *Marsil. Putauin. def. pac. p. 2. c. 13.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 109.*

§. X.

§. X.

Consistit porro vel in quantitate certa *pecuniæ*, vel in præstatione ex *prouentibus* fundorum, nec tantum parœcialium siue *dotalium*, de quibus antea, sed & *parœcianorum*, qui obligati sunt ad præstationem canonis, census, panum, decimarum, vel grossorum mansariorum, operarum. Carpzou. *l.1. def.102.* quæ onera realia in prædiis seruientibus gaudent *hypotheca* tacita contra tertium possessorem. Idem *def. 126.* Species.

§. XI.

Præterea sunt etiam *præstationes personales*, quæ intuitu personarum soluuntur, & vel ratione officii generatim, veluti oblationes, *Opfferpfennige*, grossi inquilinorum, quo & *primitiæ* videntur referendæ, *can. apost. 5. cau. 16. q. 1. c. doctos. 21. & 23. t. X. de decim. & primit.* Vel speciatim pro singulari actu sacræ functionis, quæ vocantur ACCIDENTIA, quæ vel in pecunia vel annona solui solent, quo etiam operas precarias, *Betfuhren*, referas. præstat. pers. Regin. l. 65.

§. XII.

Census frumentarius, *Getreydezinß*, regulariter apportandus ad ædes parochi, & præsente iudice pagano mensurandus per hosterium modo adæquato, *gestrichen Maaß*, nisi consuetudine receptum, vt modio cumulato, *gehaufften Scheffel.* Carpz. Census. t. x. de censib.

l. 1.

l. 1. def. eccl. 127. in eadem qualitate, qua frumentum censitico natum, & quale idem seminaturus est, sine delectu, *unausgesondert.* Art. gen. *XXI.* Capz. *1. def. 126. 135. sq.* cuiuscunque sit generis frumenti. Idem *def. 131.*

§. XIII.

Decimæ. 3. x. de decim.

Decimarum vox late accepta continet & censum, de quo antea. Carpz. *l. 1. def. eccl. 126.* & operas personales, vnde decimas diuidunt in *personales* & *reales.* siue prædiales, at personales in nostris ecclesiis vix in vsu. Carpz. *l. 1. def. eccl. 131.* Vid. Ioh. Werndle *Zehent-Recht.* (*a*) Reales porro aliæ mergitum seu manipulariæ sunt, *Zehentgarben*, aliæ granorum, *Zehendkorn, Hafer*-decem, &c. Carpz. *l. 1. def. 127.* nec semper decima, sed & *nona* pars fructuum ita dicitur Lehm. *chron. Spir. l. 2. c. 35.* Ac debentur hodie humano potius quam *diuino* iure. *1. Sam. 8, 15. 17.* Vide tamen *concil. Mantis. II. c. 5.* Mogunt. *c. 38.* Tribut. *c. 13.* Marsil. Patau. *def. pac. p. 2. c. 13.* Thorndic. *orig. eccl. c. 12.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 125.*

(*a*) De nonis & decimis *Regino l. 1. de disc. eccl. c. 42. sqq.* ibi Baluzius *p. 546.*

§. XIV.

Ex quib. deb.

Ex agrorum fructibus quibusuis, & quoties-

tiescunque natis. Carpz. *l. 1. def. 131. sqq.* an ex arboretis etiam, *arg. art. gen. XXII.* Vid. Carpzou. *1. def. eccl. 134, 6.* an ex noualibus? Dicuntur *nouales* primo agri, qui primum præcisi & experti aratrum, *Reuteu*, deinde qui anno cessarunt, *Brach-Acker.* Bosquet. *ad Innoc. III. l. 2. ep. 61.* non de his, sed illis quæritur. Vid. Werndl. *l. 4. c. 2.* (*a*) Sed & beneficiis ipsis ecclesiasticis. Concil. Mog. *c. 42.*

(*a*) Baluz. *in Regin. p. 547. c. cum conting 29. c. commissum. 4. x. b.* Fesch. *de decim. c. 9.*

§. XV.

Debentur decimæ non deductis *sumtibus*, & proinde is, qui eas debet, suis sumtibus fructus cogit, integrasque præstat decimas, *c. 7. sq. 22, 25. 28. 30. x. de decim.* Art. gen. *c. 22.* requisito salariato ad decimationem. Carpz. *1. 130.* gaudent prærogatiua ante tributum, *c. cum non* 33. *x. de decim.* Concil. Later. *c. 54.* & processu summario. Zanger. *de except. 1, 1. 60.* nec appellationem admittunt, *c. tua 2. fin. x. de decim.* Viu. *l. 1. decis. 73.* & mulcta aut carcere cogi possunt. *Art. gen. 22.* Quomodo.

§. XVI.

Ius exigendi habent clerici illius ecclesiæ, ad quam ius decimarum iure dominii pertinet, vnde & *heterodoxis* soluendæ. *Pac.* Quibus.

re-

relig. §. *Dagegen sollen.* aut iure retorsionis denegandæ. Carpz. *l. 1. def. eccl. 137.*

§. XVII.

Panes.

Præstatio *panum* ecclesiasticorum, stato tempore, de quolibet prædio parœcianorum agros possidentium, more introducta. Art. gen. *XXIV.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 102.* in ea quantitate & qualitate, in qua quilibet paterfamilias pro se ac suis fieri facit. Idem *def. 102. sq.* qui *hortos* solum habent, aliquot nummos præstant. Idem *def. 102.* quandoque & pro panibus pretium soluitur. Idem *def. 104.*

§. XIIX.

Nummi missales.

Ab *oblationibus* communicantium, quæ dicebantur, veteri ecclesiæ, reliqui sunt *nummi missales, Opfferpfennige,* quos quilibet XII. annum ætatis attingens præstare debet per parœcias paganas, per singulos trimestres, quantum in quouis loco receptum: non tamen offerri, sed per scultetum exigi solent. Art. gen. *XXIII.* Carpz. *l. 1. def. 105.*

§. XIX.

Hufen-Groschen.

Parœcianorum paganorum cum duo sint genera, *possessores mansorum, Hüffner,* & casarum cum hortis, *Hæusler, Gærtner:* prioris generis præstant grossum mansarium, h. e. annuatim de quolibet manso vnum grossum, de quibus non præstatur cen-

censis aut decimæ. *Art. gen. XXIV.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 108.* ceteras tamen præstationes veluti panum & missalium, non excludit hæc species. *Art. gen. XXV, fin.*

§. XX.

Posteriores, qui casas tantum sine agellis possident, *die Garten aus den Hufen erkaufft, und kleine Hauslein darauff gebauet. Art. gen. XXIV.* qui etiam *Castaten* vel *Castalen* appellantur. Carpzou. *l. 2. def. eccl. 340, 10. & 342, 18.* h. e. gastaldi, œconomi, hospites, *Hauswirthe.* (*a*) Voss. *de vit. serm. 2, 8.* tenentur soluere nummum casarium, *Hausel-Groschen. Art. gen. XXIV.* Carpzou. *l. 1. def. 106. seq.* ad quem & mansarius ille obligatur, qui præter mansum, etiam casam huiusmodi possidet. Idem *def. 129.* quod si liberi maritati adhuc in familia parentum & communi sunt conuictu, non tenentur. Idem *def. 107.* Hæusler-Groschen.

(*a*) *Curtarii* etiam vocantur, & opponuntur *bubartis,* *Glossar. du Fresne voce:* Cortarii.

§. XXI.

ACCIDENTALIA dicuntur sportulæ ecclesiasticæ *Amtsgebühren,* quæ pro singulis actibus ecclesiasticis loco honorarii soluuntur, vel in ære, vel in annona. Iac. Gothofr. *de salar. c. X, 2.* Carpzou. *l. 1.* Accident.

1, 15, 10. *def. 110, 8. def. sq. n. 9. def. 120. sq.* quo etiam pertinent enthronistica, emphanistica, & cathedratica. *Nouell. LVI. & CXXXIII, 3.* L. Engel. *p. 2. pag. 226.* Horum acquisitio iure diuino prohibita non est, *arg. Num. V, 10. fin. 1. Sam. IX, 7. sq.* Humano autem approbata. *Art. gen. XXVI.* Carpz. *l. 1. def. eccl. 110.* Vid. tamen *Malach. I, 10.* Concil. Aurel. II. *c. 3.* Bracar. II. *c. 3. sqq.* Tolet. XI. *c. 8.* Trid. *sess. 21. de reform. c. 1.* Iac. Goth. *de salar. c. 4, 6.* Exigi igitur licet, nisi pro quibus actibus prohibitum, veluti pro S. baptismate & absolutione. Concil. Bracar. II. *c. 5. & 7.* Art. gen. XXVI. *pr.* Carpz. *1. 119. sqq.*

§. XXII.

Pann. funebr. Pannus funebris & linteum funebre, cedunt ministris ecclesiæ ex consuetudine in funeribus nobilium & ditiorum recepta. Carpz. *l. 1. def. eccl. 114.* Pastori quidem regulariter quod est pretiosius h. e. pannus, *schwartze Kirchentuch*, alterum, linteum custodi. Idem *def. 116.* optio itaque pastoris. Idem *def. 117.* nisi aliter receptum aut custos in quasi possessione. Idem *def. 114. sq.*

§. XXIII.

Transm. ad her. Salarii percepti aut promeriti proprium est, *transmitti ad heredes*, quum iure domi-

minii ſingulis diebus acquiri intelligatur. Carpz. *l. 1. def. eccl. 172, 8.* itaque non totius anni, ſed *pro rata temporis*, quamdiu vixit & promeruit defunctus. Idem *def. 171.* vbi tamen *modicum* tempus non attenditur, v. g. vnus aut duo menſes, ſed annus habetur tum pro completo. *Art. gen. XLI. verbo: Faſt.* Carpz. *1. 174. & 194. fin.* itemque *def. 200. & 204.*

§. XXIV.

Ad ſalarium quum fructus percepti pertineant, etiam ſtramenta & pabulum pecuarium, *Geſtrœde, Fütterung, Saamen, Brœtung, Tünger,* heredibus cedunt. *Art. gen. XLI.* Carpz. *1. def. 182, 3.* niſi conſuetudine aliud receptum. Idem *def. 182, 8.* Sed & ciuiliter intelligendum, *daß die Pfarre nicht gar verœdet und ausgeſchœpffet werde, daß der neue Paſtor nachmals gar nichts finde. Art. gen. XLI,* cui & ius *protimiſeos* in his talibus competit. Carpz. *1. def. 161.* **Stramenta.** **I. Argent. c. III.**

§. XXV.

Diuiſio itaque inter heredes & ſucceſſorem fructuum vltimi anni pro rata temporis facienda. Carpz. *l. 1. def. 171. ſq. 198. & 201.* etiam naturalium, refuſis tamen *impenſis* pro rata. Idem *def. 173, 176. & 205.* ante omnia vero heic *amicabilis compoſitio* ex bono & æquo pro circumſtantiis perſonarum locum inueniat. Idem *def. 175.* **Diuiſio.**

TIT. IX.

De

ELEEMOSYNIS.

Dist. 45. c. 12. sq.

§. I.

Quid? INter res ecclesiasticas vel maxime recensendæ eleemosynæ sunt, (*a*) quod istæ & antiquissimi primique reditus ecclesiæ Christianæ, quibus ministri verbi & fratres egeni subleuabantur. *Act. XI, 29. sq. Philipp. vlt. 15.* & ex quibus ecclesiasticorum bonorum cumulus ad inuidiam & satietatem vsque excreuit, *2. Cor. IX, 12.*

(*a*) Species oblationum, *can. 13. q. 2. c. 10. sq.*

§. II.

Quotupl. Colliguntur autem vel priuatim a singulis, *1. Ioh. III, 17. Luc. XVI, 9.* vel *publica auctoritate* indictæ. Hinc ius exigendi eleemosynas posterioris generis in *obligatione ciuili* consistit. Itaque iure Hebræorum per iudicem exiguntur, & si qui erogare iuxta quod oportet detrectant, pignora capiuntur. Selden. *de I. N. G. lib. VI. c. VI.* Conf. Franzk. *2. resol. 7.*

§. III.

Ius indic. Porro ius concedendi & indicendi collectionem eleemosynarum est pars iuris cir-

circa sacra vel potestatis ecclesiasticae supremae. Igitur in prima ecclesia communi suffragio decernebatur, quod ὁρίζειν *Act. XI, 29.* εὐδοκεῖν *Rom. XV, 26.* ὀ κατ' ἐπιταγὴν *2. Cor. XIII, 8.* dicitur: directio autem penes potestatem apostolicam erat. *1. Cor. vlt. 1.* Postea ad ius episcopale pertinuit. Carpz. *l. 2. def. eccl. 324. seq.* quanquam etiam, sine eius consensu, sufficiat ad colligendas pro ecclesia consensus eius, qui habet *titulum canonicum:* quemadmodum pro *ponte* reficiendo consensus domini secularis, *cau. 16. q. 1. c. pluet.* cap. *fin. X. de reb. eccl. non al.* Ant. de Rossell. *de indulg. n. 308.*

§. IV.

Sed & magistratui inferiori & senatui oppidano potestas est collectionem pauperibus concedere. *Art. gen. XXXIV. §. solches zuuerhüten* Carpz. *2. def. eccl. 326.* restricta tamen ad consistorii ratihabitionem. *Decret. synod. circa fin. §. daß demnach,* Carpz. *l. 2. def. 325.* vnde clausula consueta, *mit Vorbewust iedes Orts Gerichts-Herrn.* Idem *def. seq. n. 1.* infer.

§. V.

Suprema denique potestas & illi competit, cui cura & potestas suprema circa *aeraria ecclesiastica* & hospitalia concessa super.

 dici-

dicitur, quum eleemosinæ sint reditus ad ærarium ecclesiasticum generatim pertinentes, & penuriæ huius per collectam succurratur. *Art.gen. XXXIV.* Ferd. de Castro Palao *1. 6. 2. 14. fin.*

§. VI.

adminiſtr. Administratio fisci eleemosynarii est pastoris, presbyterii, aut archidiaconorum. Concil. Carth. IV. *c. 17.* Quæstores eleemosynarum a curia Romana quondam instituti. *Concil.Lateran.c.61.sq.* abrogati penitus propter abusum in *Concil. Trid. sess. XXI. fin.* Vid. P. Suau. *hist. concil. p. 562.* Ferd. de Castro Palao *p. 1. tr. 6. d. 2. punct. vlt.*

§. VII.

pro quibus. Concedi solent collectæ publicæ communitatibus indigentibus generatim. *Act. XI, 29. 1. Cor. vlt. 3.* & distributio ita fieri, vt maior pars cedat reparandis ædibus sacris & publicis, reliquum singulis pro ratione damni. Carpz. *l. 2. def. eccl. 327.* speciatim pro reficiendis ædibus sacris: pro ministerio ecclesiastico, quoties deficit ærarium. Vid. Franzk. *l. 2. res. VII.* pro ponte reficiendo, aggeribus, mœnibus, ipsæ quoque ecclesiæ contribuunt. Carpzou. *l. 2. def. eccl. 340, 2. seq.* Denique & priuatis. *1. Tim. V, 16.* fidelibus tamen, *concil. Carth.*

III.

III. c. 13. quanquam Iulianus Imperator *ad Arſac. pontif.* laudet Chriſtianos, quod non ſuos tantum, ſed & gentiles pauperes alant.

§. IIX.

Non tantum in pecunia dantur eleemoſynæ, ſed etiam in frumento, pane, vino, & aliis eſculentis. Fabian. III. *epiſt. decret.* materia.

§. IX.

Modus colligendi ratione loci arbitrarius eſt, & cuiuis fere eccleſiæ proprius. Carpzou. *l. 2. def. 325. fin.* Alias viritim, & domeſticatim: alias propoſitis patinis, & ſimilibus ante fores templorum, quo pertinent conchæ veterum. *Concil. Elib. c. 48.* Ratione temporis quoque arbitrium penes indicentem eſt, veluti ſingulis trimeſtribus. Vid. S. Pauli monitum *1. Cor. vlt. 1. ſq.* De qualitate & quantitate eleemoſynarum ex diſciplina Hebræorum vide Selden. *d. l. VI. c. VI.* Conf. *& gl. in l. 1. ϖ. de colleg.* locus.

TIT. X.

De

SPONSALIBVS.

§. I.

23. Dig. 1, 5. C. 1. Cau. 27. q. 2, 4. X. 1. & 4. Lancell 2, 10. Diff. §. 60. Caussae mixtae. 1. 5. 6.

CVm hactenus & res spirituales seu liturgicas, & temporales atque ecclesiasticas pertractauerimus, reliquum est *genus mixtum*, quo comprehenduntur illae res, quarum natura tum a ciuili, tum ab ecclesiastica atque liturgica legislatione dependet, adeoque *caussae mixtae* aut *fori mixti* dicuntur, ac iure *connubii* atque *sepulturae* continentur. Capitul. Francor. *lib. VI. c.* 314. Gylmann. *tom. 1. symph. tit.* 3. *p.* 187. Carpz. *l. 1. defin. eccl.* 7. *& lib. 2. def.* 1. *&* 173. *l.* 3. *def.* 20. *seq.* Vid. tamen Textor. *de rat. stat. Germ. c. XV. p.* 461. *& ad R. I. de ann.* 1654. *d.* 2, 52. (*a*)

matrimoniales.

L. E. G. 4. 2, 19.

(*a*) Traite pacifique du pouuoir de l' eglise & des princeps sur le mariage, par M. Gerbais, docteur de Sorbonne. *Parisiis*, 1690.

§. II.

in contrahendo.

In connubiis & coniunctio spectatur & dissolutio: illam *nuptias* vocamus & *matrimonium*, hanc *repudium* aut *diuortium*. Nuptiae porro aut promittuntur, aut contra-

trahuntur atque consummantur. Promissio nuptiarum dicuntur SPONSALIA h. e. mentio i.e. *oblatio*, ac repromissio h. e. *acceptatio* futurarum nuptiarum, *l. 1. π. de sponsal.* pactum matrimonium. Tacit. *ann. XII, 5. 1.* Hillig. *ad Donell. XIII, 8. D.* Sponsal. def.

§. III.

Repromissio hæc nuptiarum vel fit simpliciter, ac *de præsenti* consensus interponitur sponsalitius, de nuptiis legitime ineundis, quæ proprie sunt sponsalia modo definita: vel in diem certum, ex quo consummatio fieri debet, aut sub conditione, quæ cum adiectione sponsalia *de futuro* iure canonico appellantur, *cap. sicut. 22. c. pen. X. de sponsal.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 17. & def. 20. sqq. 70. & 174.* quæ si cum consensu nupturientium fiunt, obligant vtique de præsenti, ne contraueniatur: sed consummanda demum die veniente aut conditione existente. Alia vero sponsalia de futuro fiunt etiam sine consensu eorum, de quorum nuptiis agitur, veluti impuberum, suntque potius tractatus de matrimonio, in quo locum habet pœnitentia & non ratihabendi facultas. Infra *§. XV.* Carpz. *def. 18.* Sithman. *arbor. consangu. c. VI, 26.* nisi copula carnalis postea accesserit. Carpzou. *l. 2. def. 37.* (*a*)

Diuis. de præsenti

de futuro

(a) Matrimonium procatum, *eine ehelicbe Buhlschafft*, si hoc promissum sit, an ad verum matrimonium obliget? Negat Vranius *cons. 24.* Schottel. *de lingu. Germ. c. XI. lib. 2. p. 380.*

§. IV.

Sponſ. mixta. Datur itaque & tertium atque intermedium genus, quo mentio & *promiſſio* ex vna parte eſt ſimpliciter obligans, *repromiſſio* vero in diem vel ſub conditione, Reſp. cuius effectus eſt, vt pendente conditione alia ſponſalia de præſenti contrahere non liceat, etiam ſtipulanti. Carpz. *l. 2. def. eccl. 21. & 70.* etſi conditio ſpem lucri non turpis contineat. Idem *def. 22.* Richt. *dec. 87, 24.* (a) Limit. 1. Plane ſi *renunciat* alter conditioni a ſe adiectæ, ſponſalia de præſenti tenent, inuito altero. Carpz. *l. 2. def. eccleſ. 24.* 2. Atque conditio *turpis*, quæ non eſt contra ſubſtantiam matrimonii, pro non adiecta habetur. Idem *defin. 23.* idem eſt, 3. ſi copula carnalis acceſſerit. Idem *def. 25.* Richt. *d. deciſ. 87, 26.*

(a) Vide tamen §. 2. & *inſtit. iuris ciuilis 3. 20, 5.* vnde *ratio dubitandi*, ſi quis pure ſtipulatur, & alter ſub conditione promittit, incongrua & inutilis eſt ſtipulatio. *Ratio decidendi:* niſi ſtipulans conditionem acceptauerit, expreſſe vel tacite. *Gl. & Io. Fab. inſt. d. l. Ratio dubitandi.* Turpis eſt & contra bonos mores, quæ præ ſe fert

fert amorem venalem *l 2. pand. de don int vir.* Coll. Arg. *h. th. 8. l. 11. C. de repud.* non dotibus, sed adfectu matrimonia contrahuntur. *Rationes decidendi* vide *c. de illis. x. cond. app.*

§. V.

Sponsalia porro fiunt paciscentium, & in quorum potestate hi sunt, *consensu* vero, certo ac claro, atque quoties paciscentes sunt sui iuris, coram *duobus testibus* declarato: secus, si aut consensus parentum deficit, aut testium adhibitio, sponsalia sunt *clandestina.* Clandestina dicuntur 1. quæ sine consensu eorum quorum in potestate sunt. 2. sine testibus. 3. sine solennitate. 4. sine denunciatione. Gl. *in c. fin. x. de cland. desp.* Clandestina sunt inualida in priori casu iure Saxonico. Carpz. *l. 2. def. cccl. 35. sq. 38. sqq.* Richt. *decis. 8, 42. sq.* (*a*) etsi iureiurando roborata. Carpz. *def. 58.* & puniuntur carcere, Carpz. *2. 50.* vel mulcta, aliisque pœnis: arrhæ amittuntur. Idem *def. 51.* & permissa est *exheredatio* vsque ad dimidium legitimæ vel in totum. Carpz. *def. 54.* Nec datur locus ratihabitioni ad retrotractionem temporis, sed ex tempore demum ratihabitionis conualescunt. Idem *def. 41. & 44.* Strauch. *differt. ad π. h. t. §. 20.* Vide tamen *c. 2. X. de cland. sponsal.* Pallauic. *de concil. Trid. 23, 5.* & exerc. *ad π. 3, 12.* *exerc.*

R. de causs. effic. hinc diuisio in publ. valida & clandestina.

Ampl. 1.
2.
3.
4.
Const. Arg.
5.

6. *exerc. 8,29.* (*b*) Atque patris quoque furiosi consensus, per curatorem supplendus requiritur *l. 25. C. de nupt.* Carpz. *def. 43.* Strauch.
7. *d. §. 20.* sed & impii & crudelis. Carpzou. *d. def. 43.* Itemque *matris*, si pater defunctus est *l. 1. & l. 10. C. de nupt.* Moribus etiam iamtum eo viuo; patris tamen consensus dissensum matris abolet. Carpz. *l. 2. def. 44.* Aui quoque auiæque. Idem *def. 49.* Secus iure ciuili & canonico. *l. filiusfam. 25. ff. de ritu nupt.* cau. 30. *q. 5. c. 3.* cap. 3. *X. qui matrimon. accus.* Strauch. *d. diss. §. 19.* Coll. Arg. *de R. N. th. 5.* quia hoc iure tantum eius, in cuius sunt potestate, consensus requiritur.

(*a*) Et Argentinensi & Gallico, ipsoque iure nulla. Dissentit Heig. *1, 21. 22.* Concil. Trid. *sess. 24, 1.*

(*b*) Si copula sacerdotalis accessit clandestinis? *Affirmat* VVindeck, valere ea moribus, non iure Romano.

§. VI.

diss. causs. Nec cogi possunt parentes ad consensum, si *iustas dissentiendi caussas* habent, de quibus cognitio penes consistorium. Carpz. 2, 52. qualis non est *paupertas* alterutrius. Idem *def. 35.* bene tamen vtriusque, *constit. Arg.* nec status *nobilitatis* aut conditio plebeia. Idem *def. 9, 10. sq. & 56.*

Vide

Vide tamen Sande *decis. Fris. 2. t. 1. d. 4.* Iustam autem caussam præbet etiam solus *contemtus* consensus parentum, absque cuius saltem reseruatione sponsalia clandestina sunt. Idem *def. 57.* item si persona *turpis* est & inhonesta. Idem *def. 62, 4.* si rixæ inter parentes & liberos metuantur, si suspicio sit bonis alterutrius insidias fieri, imputatio delicti, & similia. *Idem, ibidem.*

§. VII.

Si vero ex caussa non iusta consentire nolunt parentes, *consensum supplet* consistorium. Carpz. *def. 55.* facultate exheredandi parentibus relicta, vt idem sentit *def. 54.* quod verum est, si *copula carnalis* accesserit. Idem *def. 61.* aut copula sacerdotalis. H. Müller. *Ungerath. Ehe pag. 300.* Windeck. *theol. ICtor. l. 2. c. 23.* Et sufficit quoque tacitus parentum consensus, *l. 5. C. de nupt.* Idem *def. 42.* nec reuocari potest semel interpositus. *Concil. Elib. c. 54.* Carpzou. *defin. 59.* (*a*) Limit.

(*a*) Ius Argentoratense vsque ad 25. annum requirit consensum parentum & curatorum, non allegatis caussis dissentiendi: postea necesse habent dissentientes allegare iustas caussas.

§. IIX.

Ipsorum contrahentium consensus vel Consensu.

ver-

contrahentium, quomodo verbis expressus est, vel tacitus, & ipso facto, nutu, vt muti, *c. tua X. de sponsal.* At *ioco* non contrahuntur sponsalia. Carpzou. *2, 19.* nec absentes & ignorantes pro consentientibus habentur. Idem *def. 26.* Nec vi metuve adacti. Idem *def. 27.* licet iusiurandum interuenerit. Idem *def.28. & l.3. def.55.* nisi metus fuerit leuis: id quod iudicis est arbitrari. Idem *def. 29.* Conf. *manud. nostr. ad iurispr. c. VII, 20.* aut subsequuta ratihabitio, verbis vel facto, *ibidem.* Vt *dolus* consensum impedit. Richter. *dec. 78.* ita & ebrietas. Carpzou. *2,13.* nisi leuis ea fuerit, qua mentis exilium non inducitur, aut ebriositas & assuetudo fallaciis ludificandi honestas virgines, aut sobrius ratum habuerit. Idem *def. ead.*

§. IX.

Coram test. Testium adhibitio non tantum ad *probationis* facilitatem, (*a*) sed etiam ad negotii *validitatem* requiritur, ita vt non conualescant vt clandestina, talia sponsalia moribus Saxonicis, etsi vtraque pars desponsationem confiteatur, (*b*) nisi aut copula carnalis accesserit, Idem *def. 36. sq.* aut sponsalia coram testibus vel consistorio repetita. Carpz. *l. 2. def. 35.* Pariter iure Graecorum canonico substantiae sponsaliorum additum tum a Leone Imperatore *nouell. 74.* & 103. tum ab

ab Alexio Comneno Imperatore *nouell.* 3. & 5. vt sacra εὐλογία seu *benedictione* sacerdotali atque precibus solennibus, tempore ætatis constituto, interueniente arrha atque osculo fierent, eoque effectu, ne ex aliis caussis dissolui possint, quam ex quibus nuptiæ ipsæ: ex hac ratione, quod ipse DEVS ita quasi medius interueniat, & primam hanc vitæ coniunctionem per sacras preces firmet. I. Græc. Benedict. sacerdos.

(*a*) Quo casu testes heic admittuntur etiam parentes, fratres & cognati *c. 3. x. qui matrim. accus.*

(*b*) Vide tamen Cypræum *de sponsal c. x. §. 4. n. 2. & 7. & c. 2. x. de clandest. desponsf.* ibi: *si publicare* &c. Distinguo

inter sponsalia { valida, inualida, clandestina } { solennia, minus solennia, sine testibus: qui non requiruntur ad essentiam conuentionis, sed ad probationis necessitatem. Plane, actio contra negantem potest denegari in pœnam non adhibitæ solennitatis, vt in pactis nudis iure Romano.

§. X.

Sed siue accedat illa benedictio siue minus, *consensus diuinus* ad sponsalia Christianorum vtique requiritur, tanquam conciliatoris primarii, auctore Saluatore, *Matth. XIX, 6.* Gothofr. *ad nouell. Leon.* Consens. diuin.

89.

89. Vid. Chemnit. *exam. conc. Trid. p. 2.* Hinc etiam ſponſalia eccleſiæ *denunciari* debent, iure noſtro canonico, & alicubi in ipſa quoque ecclefia peragi. Atque *in præiudicium DEI* aliena ſponſa rapi dicitur Guil. Briton. *l. 6. Philipp. verſ. 91. Hugonis Bruni ſponſam rapit, inque mariti inque DEI præiudicium ſibi copulat illam.*

Superioris Denique *ſuperioris*, veluti principis conſenſus in ſubditorum nuptiis regulariter non requiritur. Carpz. *l. 2. def. eccl. 8.* Sutholt. *diſſ. 2. coroll. 1.* (*a*)

(*a*) Iure tamen ſingulari. Quo & ius *cunnagii* apud Scotos. Polyd. Virgil. *pag. 18.* Beſold. *theſ. pract. voce:* Iungferſch.

§. XI.

Bina ſponſal. R. Sponſalia contrahendi ius eſt omnibus, quibus ſpeciatim non eſt prohibitum? *prohibentur* autem his, qui iam *deſponſati* ſunt vel nupti: idque iure etiam diuino primæuo, a Saluatore reducto, *Matth. V,*

ampl. 1. *32. c. XIX, 9. 1. Cor. VII, 2. ſq.* vnde poſteriora ſunt nullius momenti. Carpzou.

2. *2, 63.* & præterea punitur pars nocens in expenſas & *arrhæ* reſtitutionem, ſuam vero

3. ro perdit. Idem *def. 64.* etiamſi ad poſteriora ſponſalia *copula carnalis* acceſſerit, ſi prior ſponſa condonet delictum.

4. Concill. Trull. *c. 98.* Carpz. *def. 65.* nec ſi *bene-*

nedictio aut copula ſacerdotalis. Berlich. *4. concl. 28, 66.* Diſſentit Carpz. *def. 66.* Vid. comment. *ad π. h. t. §. 61.* (*a*)

(*a*) *Ratio:* prior obligatio facit ius quæſitum tertio, & actionem dat ad conſummandum matrimonium. Hanc poteſtatem, vel ius quæſitum tollendi, ius non habet ipſe obligatus vllo modo, nec per copulam ſacerdotalem, qua fit exceſſus etiam a ſacerdote, copulante ſine inquiſitione &c. Nec per copulam carnalem, qua duplicatur delictum. Pœna ciuilis, infamia. Pœna eccleſiaſtica, priuatio communionis. *Regino de diſc. eccl. app. 1. c. 6.*

§. XII.

Secus, ſi priora ſunt clandeſtina, poſteriora publica. Carpz. *def. 67. ſq.* niſi priora concubitu conſummata. Idem *def. 69.* Itemque ſi priora conditionata, poſteriora pura. Idem *def. 21. & 70.* Aut ſi priora per deſertionem & ſententiam, aut ob aliam iuſtam cauſſam diſſoluta, aut morte finita *1. Cor. VII. fin.* Carpz. *2. 158.* quæ probanda in dubio duobus teſtibus, vel vnius vel ſuperſtitis iureiurando. Idem *def. 166. vsque ad 169.* etiamſi ſuperſtes promiſerit defuncto, ſe non iterum nupturum. Idem *def. 172.* requiritur tamen certum ſpatium heic etiam inter deſponſatos tantum. Idem *def. 176. fin.* Exc. clandeſtina. 1. 2. Vide tamen §. 4. h. 3.

§. XIII.

Prohibentur ſponſalia orthodoxo cum Hæreſis.

hæretica. *Concil. Agath. c. 67.* Eliber, *c. 15. sq.* Laod. *c. 10. & 31.* Carth. III. *c. 12.* Carth. IV. *c. 13.* Aurel. II. *c. 18.* Aurel. III. *c. 10. l. 6. C. de Iudæis.* Carpz. *l. 2. def. 6.* Nisi persona hæretica non sit pertinax, sed spem faciat conuersionis aut caueat de liberis in fide orthodoxa informandis. Idem *ibid.* sed & matrimonium consummatum non dissoluitur iure diuino, *1. Cor. VII.* Concil. Arel. I. *c. 11.* Carpz. *l. 2. def. 7. seq. & 206.* Vid. tamen *concil. Elib. c. 16.* & *cau. 18. q. 1. c. si quis gent.*

§. XIV.

serui — Etsi iure Romano inter seruos & ingenuos prohibitum connubium, *pr. I. de* nobil. *nupt.* Conf. Tacit. *ann. XII, 53.* itemque in- pleb. ter diuersos ordines, lege Iulia de maritandis ordinibus, *l. 9. π. de senat.* Conf. *concil Tolet. IX. c. 13.* & ius vetus Teutonicum. Lehmann. *chron. Spir. 2. 19.* H. Conring. *de O. I. G.* Carpz. *2. def. 9. fin.* Iure tamen canonico etiam seruis ius connubii concessum, *t. t. X. de coniug. seru.* & iure Iustinianeo, *nouell. 78. c. 3.* & moribus nostris impedimentum ex ordinum differentia sublatum, ita vt mulier plebeia per matrimonium cum nobili fiat & ipsa nobilis. Carpz. *l. 2. def. eccl. 10. sq. & 56.*

§. XV.

impub. — Impuberibus sponsalia contrahere, nisi sint

ſint intra ſeptem annos, iure Romano veteri permiſſum *l. 14. π. de ſponſal.* Nouiſſimo reprobatum. *Nouell. 100. c. 2.* Carpz. *2,12.* Ceterum ſponſalia, quæ inter impuberes fiunt, *de futuro* ſunt, & meri tractatus habentur, qui nudo diſſenſu corruunt. Idem *def. 174.* Supra *§. 3. heic.*

§. XVI.

Sexagenariis ſponſalia & nuptiæ interdictæ lege Papia Poppæa, quæ abrogata a Iuſtiniano *l. 27. C. de nupt.* disſuadenda tamen cum iuuenibus deſponſatio. Carpz. *2, 13.* Sexagen.

§. XVII.

De eo, qui ducit, quam adulterio polluit & de hoc condemnatus fuit, etſi veteres canones rigidiores ſint, atque ſimpliciter ale connubium videantur prohibuiſſe, *c. 5. C. de eo qui dux.* Zigler. *ad Lancell. 2, 16. . 22.* ne quis ex delicto ſuo meliorem onditionem faceret, *l. 35. π. de reg. iur.* uit tamen rigor per interpretationem nollitus, & quum adultera ſoluta ſit per ntentiam a marito, (*a*) *permiſſum* ipſi it per ſententiam etiam cum adultero onſalia & matrimonium inire, *cap. 6. X. l.* Ziegler. *d. l. §. 20.* ita tamen ſi *legiti m pœnitentiam* vterque egerit. *Concil. ber. c. 72.* adeoque tempore aliquo ela- & temporali quoque *pœna* inflicta, at- Aduler. I. vet. I. non. Limit.*

 que

que *fine folennimate* nuptiali. Carpz. *l. 2. def. eccl. 14. & 15.* tamen *exceptis tribus* casibus, si *viuat* adhuc coniux innocens. *arg. can. 51. concil. Tribur.* quia nec innocenti concessum reconciliationem detrectanti: quo tamen rigore vix hodie vtimur, quum vinculum matrimonii per adulterium soluatur. Deinde si vterque viuente coniuge sponsalia aut *fidem de matrimonio* sibi dederint. *Concil. Tribur. c. 40.* & carnalis copula accesserit. (*b*) *c. fin. x. h. t.* Denique si *vita* innocentis insidiati, *c. 3. & 6. x. eod.* Lancell. *2. 16. §. 23. sqq.* Carpz. *2. 15.*

exc.

(*a*) Non condonante. Secus ergo si condonat pars innocens, tacite dissimulando: tunc enim nulla dum separatio est. Per mortem autem etsi separatio fit, manet tamen ratio iuris veteris hactenus integra, vt in pœnam antecedentis adulterii, ex delicto suo superstes non possit conditionem suam meliorem reddere.

(*b*) Ita vt matrimonium post mortem innocentis, de facto contractum, non sit tolerandum, sed rescindendum, ex ratione superiori: ne ex delicto lucrum.

§. XIIX.

Raptor. Diff. §. 97. & 61.

Raptam raptori posse nubere, constat. *c. vlt. x. de rapt.* secus iure ciuili, quia pœna capitalis *l. vlt. §. 10. C. de rapt. virg.* Vid. Forner. *I. rer. quotid. c. 5.* Concil. Trid. *sess. 24. c. 6.* Windek. *theol. IC. 2. 22, 2.* Hermaphroditus si per corporis inspectionem ido-

idoneus iudicatus. Carpz. *l.* 2. *def. eccl.* 16. Vid. Meteran. *l.* 22. *p.* 126. Neque *eunuchus* ſponſalia & matrimonium inire poteſt, §. 4. & 9. *I. de adopt. l.* 30. §. 1. *de iur. dot. l.* 14. §. *vlt. de manumiſſ. vind.* Nouell. 22. *c.* 7. Nouell. Leon. 98. Vid. manuduct. noſtr. *ad iurispr. c. IV*, 32.

§. XIX.

Prohibentur porro ratione *cognationis* & conſanguinitatis ſponſalia inter *aſcendentes & deſcendentes* in linea recta, vsque in infinitum, iure diuino, & humano. *Leuit. XIIX. & XX.* Carpz. 2. 72. *ſq.* Vide tamen *concil. Trid. ſeſſ.* 24. *can.* 3. *de S. matrimon.* & ibi Chemnit. (*a*) Etiam inter *adoptantes* & adoptatos, *l.* 55. *l.* 17. *π. de R. N.* Vnde etiam inter *patrinum* ſeu ſuſceptorem & ſuſceptam prohibita ſponſalia, *l.* 26. *C. de nupt.* Concil. Mogunt. *c.* 55. Secus moribus noſtris. Carpzou. 2. 74. Tutor & pupilla ſeu minor poſt aliquod tempus a finita tutela & redditis rationibus, *l.* 62. §. 2. *π. de R. N.* Grad. cogn. prohib.

(*a*) Generaliter eccleſiæ reſeruata ibi diſpenſatio: ſed intelligenda reſtrictiue ad collaterales.

§. XX.

Conſanguinei lineæ collateralis qui ſibi inuicem *loco parentum* & liberorum ſunt, arcentur a ſponſalibus, h. e. quorum alter Inter collat.

immediate ſubeſt communi ſtipiti, is eſt alteri loco parentis. Etſi coniunctio ex vno ſaltim parente *Leuit. XIIX, 9.* Carpz. *2. 81. & 116.* etſi ex fornicatione. Carpz. *2. 82. & 117.* Vid. exerc. *ad π. 36. §. 44.*

§. XXI.

Grad. prohib. comp. I. vet.

Poſt prohibitionem inter perſonas, inter quas reſpectus parentum & liberorum eſt, interdicta quoque ſunt ſponſalia ſecundum *proximitatem graduum*, vsque ad gradum ſeptimum, quousque ſcilicet ius ſucceſſiones & hereditatis extenditur, iure ciuili & canonico veteri, *cau. 36. q. 2. c. 1. ſq. cau. 35. q. 2. c. 1, 2. 3. & 12.* L L. Longob. *lib. 2. t. 8. c. 4.* Capitul. Francor. *lib. V. c. 158.* Porrigitur autem ſucceſſio vsque ad ſobrinos, ita vt ſobrini filius vel filia alteri ſobrinorum ſuccedat, qui ſibi ſeptimo gradu ſunt coniuncti, *§. fin. I. de ſucceſſ. cogn. §. 6. I. de grad. cogn. l. 10. §. 15. π. de grad. affin.* Conf. Auguſtin. *l. XV. de C. D. c. XVI.* Concil. Aurel. II. *c. 7.* LL. Longob. *l. 2. t. 7. c. 4. & c. 11.* Ius Græco-Rom. *l. 3. p. 206. & p. 217. lib. IV. p. 263. lib. V. p. 311. lib. IIX. p. 480.*

L. E. G. 3. 10, 13.

§. XXII.

I. non.

Sed quum ex ſeculorum ſequiorum barbarie & ignorantia diuerſæ opiniones ortæ de graduum horum computatione, quam ob rem Matth. Monachus *lib. de gradib.*

dib. matrim. d. lib. 8. iur. Gr. Rom. ſcripſit, & Petr. Damiani *de parentelæ gradibus.* Conf. *cau. 35. q. 5. c. 1.* Baron. *annal. A.C. 1065.* Igitur Alexander II. papa ſynodum Lateranenſem propterea habuit, & reiecta vera ac veteri computatione ſecundum generationes, nouam approbauit, quam refert Gratianus *cau. 35. q. 5. c. 2.* ſed mox Innocentius III. hanc velut cum periculo animarum coniunctam extenſionem prohibitorum graduum, noua tamen computandi ratione recepta, improbauit, & ad *quartum* tantum gradum ſponſalia prohibuit, *cap. 8. x. de conſangu. & aff.* qui tamen & ipſe eſt ſeptimus iuxta veterem computationem. Confer. *ſpecul. Saxon. l. 1. art. 3. fin.*

§. XXIII.

Differt autem computatio iuris Romani veteris & pontificii in eo, quod ius Romanum ciuile *generationes* computat, hac vnica generali regula obſeruata: *toto gradu duæ perſonæ inter ſe diſtant, quot inter eas ſunt generationes interiectæ.* E. g. frater a ſorore diſtat ſecundo gradu, quia duæ generationes ſunt interiectæ, quibus quilibet eorum ab eodem parente genitus. Reg. I. ciu.

§. XXIV.

At ſecundum nouam iuris pontificii computationem reſpiciuntur *perſonæ ge-* Reg. I. can.

nerata in certis locis descriptæ: iuxta *lineæ* collateralis æqualitatem vel inæqualitatem: itaque frater a fratre aut sorore distat primo gradu lineæ collateralis, quia æque propinquus est ei, ac pater filio. Atque tres heic obseruandæ regulæ: I. In linea recta adscendentium & descendentium tot sunt gradus, quot personæ, vna demta. II. In linea collaterali seu transuersali æquali, h. e. qua æque distant a communi parente, quoto gradu alteruter distat a communi parente, eodem distant inter se. III. In linea transuersali inæquali quoto gradu remotior distat a communi parente, eodem distat ab altero transuersali, *cap. 9. x. de consangu.* Vid. Georg. Schulz. *arb. consang. & aff.*

§. XXV.

Prohibiti I. ciu.

Iure ciuili igitur inter collaterales sponsalia prohibentur in secundo & tertio gradu, vt in fratrem & sororem, inter patruum & fratris filiam: in *quarto* autem *gradu* distinguit inter lineam æqualem, & *inæqualem:* in hac prohibentur ob interuenientem parentum & liberorum respectum, veluti patruus magnus & ex fratre neptis: in illa vero permittuntur, vt inter consobrinos, *§. inter eas sqq. I. de nupt. l. celebr. 19. C. eod.*

§. XXVI.

§. XXVI.

Iure autem pontificio vsque ad quartum quidem gradum prohibitio etiam procedit, ſed quum conſobrini eo iure ſint in gradu ſecundo, igitur & inter hos, & inter ſobrinos atque horum liberos, quos *Drittgeſchwiſter Kind* vocamus, prohibita ſponſalia, *cau.35. q.3. c. quadam 20.* cap. *pen. x. de conſangu. & aff.* I. can.

§. XXVII.

Plane eccleſiis *Germanicis* Bonifacius archiepiſcopus Moguntinus a Gregorio III. impetrauit, vt poſt *quartam generationem* nuptiæ & ſponſalia licita eſſent. *Gregorii III. epiſt. ad Bonifac.* Regin. *2. 200. app. 1. c.30.* I. Germ.

§. XXIIX.

Iure diuino *certæ perſonæ* ſunt prohibitæ, quæ enumerantur *Leuit. XVII. & XX.* Ebræi tamen huic legi diuinæ *ſepimentum*, vt vocant, poſuere, & ſi quarum par ratio eſt, velut auunculi aut patrui materni, iure poſitiuo quoque prohibuerunt. Hotting. *iur. Hebr. leg. CC.* Sic porro & *graduum vſus* etiam ad ius diuinum in noſtris eccleſiis applicatus. Vid. Richt. V. *conſ. 15.* Georg. Schulz. *arb. conſangu. c. 8. m.1. n.3. & 27.* (*a*) I. diu.

(*a*) Vid. *exercit. ad pand de R. N.* 1. Prohibitio inter adſcendentes eſt iuris moralis æterni,

in infinitum, propter ideniditatem ſanguinis, quæ dicitur idenditas turpitudinis *Leuit. 2.* Prohibitio collateralium eſt certarum perſonarum, non graduum. Diſſenſus inter theologos & iureconſultos. Praxis eccleſiæ Iudaicæ eſt pro noſtra ſententia.

§. XXIX.

Diſpenſ.

Contra ius diuinum ſumma poteſtas aut eccleſia diſpenſare non poteſt, & ſponſalia etiam publica reſcinduntur. Ferd.de Caſtro Palao *p. 1. tr. 3. VI. punct. 3.* Carpz. *2. def. eccl. 109.* Hiſt. concil. Trid. *pag. 758.* Diſſentit *gl. diſt. 34. c. lector in verbo:* fiat, & plures alii canoniſtæ & theologi Romani. Matrimonium tamen tale per benedictionem ſacerdotalem conſummatum non diſſoluitur. *Concil. Aurel. III. c. 7.* Carpz. *2. def. 99. ſq.* niſi inter aſcendentes & deſcendentes. Richter. *deciſ. XI, 27.*

§. XXX.

Contra humana.

De gradibus autem iure humano tantum prohibitis, princeps, aut ſumma poteſtas eccleſiaſtica diſpenſare poteſt, quanquam non ita facile ſoleat. Carpz. *2. def. eccl. 124.* ipſe quoque legislator princeps ea lege ſolutus eſt. Idem *d. l. 2. def. eccl. 110. & 117.* quia ſibi diſpenſare poteſt. Porro ſponſalia abſque diſpenſatione contracta non quidem temere reſcinduntur, niſi partes ipſæ continuare conſenſum ma-

tri-

trimonialem nolint. Richt. *decis. XI, 28.* neque incestus proprie est, *Blutschande*, sed concubitus inordinatus, *verbotene, unordentliche Vermischung.* Carpzou. *2, 87.* sed emigratio tamen imponitur, & copulatio intra ecclesiam illam atque prouinciam non conceditur. Idem VI, 25. Carpz. 2. *def. eccl. 83. & 99.* item *127. & 129.* Carceris quoque pœna dictari potest. Idem *def. 126. & 128.* Richt. *decis. XI. fin.* Prax. crim. 2. *73.* & *p. 4. c. 23. def. for. 11. & 12.*

§. XXXI.

Hæc generatim de graduum prohibitione: speciatim in *primo gradu* lineæ collateralis æqualis prohibentur fratres & sorores: sed & in *secundo* lineæ *inæqualis* patruus & fratris filia, auunculus & sororis filia vel fratris, amita vel matertera & sororis fratrisve filius, iure diuino, ciuili & canonico. *Can. apost. c. 19.* Concil. Constantinopol. *in Trull. c. 14.* Carpz. *2. 78.* nec dispensatio locum habet. Idem 2. 111. Dispensatum tamen a papa Romano. Meter. *lib. 23. p. 196.* Lehman. *chron. Spir. 3, 9.* & a senatu Romano de nuptiis Claudii & Agrippinæ. *Tacit. annal. XII, 6. 7.* Conf. Henrici Mülleri *Vngerath. Ehe, p. 60.* **Grad. 1.**

§. XXXII.

In gradu *secundo* lineæ *æqualis*, prohibentur consobrini, patrueles & amitimi iure **2.**

re

re canonico & ecclesiarum quoque Saxonicarum & aliarum. *Concil. Aurel. III. c. 7.* Cassiodor. *l. 7. variar. 46.* Ius Græco-Rom. *canon. lib. 3. p. 204. & passim.* Carpz. *2. 78. & 87.* Vid. Sithmann. *arbor. consangu. c. V. 49.* Georg. Schulz. *ibidem c. 8. m. 1. n. 32. sqq.*

§. XXXIII.

3. In *tertio* gradu lineæ *inæqualis* prohibentur sponsalia inter propiorem sobrino sobrinave & filium filiamve consobrini, vel patruelis. Carpzou. *l. 2. def. eccl. 79.* dispensatur tamen. Idem *def. 113.* nisi interveniat respectus paternus. Idem. *def. 115. 6.* In linea vero *æquali* sobrinis inuicem nuptiæ non sunt prohibitæ, nisi per decretales pontificum. Georg. Schulz. *arb. cons. c. 8. m. 1. n. 41. sqq.* In *quarto* denique gradu etiam inæqualis lineæ sponsalia non sunt prohibita, nisi interueniat respectus parentum & liberorum. Carpzou. *2. def. eccl. 80.* Sithmann. *arb. consangu. c. 3. n. 28.*

§. XXXIV.

Prohib. ob affin. Porro prohibentur sponsalia ob affinitatem. Est autem AFFINITAS coniunctio inter coniugem & alterius coniugis cognatos: & affines v. g. viri sunt vxoris cognati, ac vicissim, *l. 4. §. quoniam ff. de gradib. & affin.* Iure quidem Romano ciuili per iustas nuptias tantum affinitas contra-

trahitur, *d. l. 4.* Sed pontificio ex *fornicatione* quoque & qualibet carnali copula, *cap. 6. verſ. ſed nec affin. x. de eo qui cogn. conſang.* cap. *tua. 10. eod.* Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 4.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 92.* & *p. 2. qu. crim. 74.* Vid. Rauchb. *2. q. 13.* ſiue ex vno ſiue ex vtroque latere. Carpz. *2. 98.*

§. XXXV.

Etſi iure Romano inter affines nulli conſtituuntur gradus, *l. 4. §. gradus ff. de gradib.* quum inter eos generationes non conſiderentur: iure tamen canonico noua & theologica ratione, quod I. Pacius obſeruat, *gradus* ponuntur: quoniam cum coniuges ſint *vna caro*, igitur quoto conſanguinitatis gradu mihi quis eſt coniunctus, eodem affinitatis gradu coniuncta mihi eius vxor cenſetur, *cau. 35. q. 5. c. porro.* Eadem itaque graduum computatio & prohibitorum ratio quæ in conſanguinitate, Carpzou. *2. 88.* Georg. Schulz. *d. cap. 8. n. 56. ſqq.* Gradus.

§. XXXVI.

Porro quum affinitas *perſonarum mutatione* mutetur, v. g. ſi fratris mei vxor, quæ mihi eſt affinis, mutata perſona conſanguinea, fratre meo, per mortem, ſecundum ducit maritum, hic itidem mihi ſit affi- Genera.

affinis in ſecundo genere : porro ſi vxore mortua hic ſecundam ducit vxorem, hæc iterum tertia perſona in tertio genere affinitate me attingit : itaque *tria genera* affinitatis perſonarum mutatione & adiectione conſtituta ſunt.

§. XXXVII.

Lin. rect. Ceterum ad ſimilitudinem conſanguinitatis in *linea recta*, inter affines huiusmodi perpetua eſt prohibitio : veluti inter vitricum & priuignam, nouercam & priuignum, ſocerum & nurum, generum & ſocrum, & vlterius, *1. Cor. 5.* Concil. Elib. *c. 66.* Aurel. II. *c. 10.* Mogunt. *c. 56.* Carpz. *2. 89. ſq.* Extenditur quoque ad *ſponſæ* defunctæ matrem. Idem *def. 108.* diſpenſatur tamen, ſi impetrans iurato aſſerit, ſe cum defuncta non commiſcuiſſe carnaliter. Idem *def. 122. ſq.* Sithman. *arb. conſ. c. 7, 38.* Inhibitio hæc extenditur etiam ad *ſecundum genus* affinitatis, vt cum vitrici vidua, priuigni vidua, inter priuignæ maritum & nouercam vxoris, *l. 15. π. de rit. nupt.* Carpz. 2. 101. etiam iure canonico. I. Pac. *iſag. X. de conſangu. & aff.* diſpenſatur tamen. Carpz. 2. 101. & 119. Sithm. *arb. conſ. 7, 34.* Diſſentit H. Müller, qui non tam diſpenſationem, quam contractarum tolerationem admittit. Idem I. Pacius pro-

protendit hanc prohibitionem etiam ad *tertium genus* affinitatis lineæ rectæ, publicæ honestatis caussa, *d. l.*

§. XXXIIX.

In linea collaterali æquali *primo* constituuntur *gradu* glos h. e. vxoris soror, fratria siue fratris vidua, sororius, sororis viduus, leuir mariti frater, & iure diuino & humano prohibentur. *Leuit. XIIX, 16. XX, 21.* Matth. XIV, 4. Can. Apost. *c. 19.* Concil. Elib. *c. 61.* Concil. Aurel. I. *c. 7.* Aurel. III. *c. 7.* Neocæs. *c. 2.* Childebert. Fr. reg. *decret.* §. 2. *post LL. Salicas.* Lex Alemann. 39. Baivvar. VI, 1. Capit. Franc. V, 101. VII, 296. Greg. Turon. 4. 3. Carpz. 2. *def. eccl.* 91. Georg. Schulz. *arb. cons. c. 8. m. 1. n. 58. sq.* Vid. Grot. *I. B. & P. 2. 5. 64.* Porrigitur hæc prohibitio ad *sponsæ* quoque sororem, aut fratris sponsam. Carpz. 2. 107. Sithm. *arb. c. 7. 37.* quo in casu tamen dispensatio locum inuenit. Carpz. 2. 121. Vid. H. Müller. *Vngerath. Ehe, p. 70.* Itemque ad *secundum genus* affinitatis. Carpz. 2. 103. dispensatur tamen. Idem 2. 120. Vid. Richt. *decis. XI, 24.* G. Schulz. *c. 8. m. 1. n. 67.* & 75. H. Müller. *p. 54.* Collat. 1. grad.

§. XXXIX.

Sic in secundo gradu lineæ *inæqualis*, gloris filia, (*a*) patrui, auunculi vidua, ma- 2. grad. inæq.

ter-

terteræ maritus & similes prohibentur, partim iure diuino, *Leu. XIIX, 14. c. XX, 20.* partim ciuili, quatenus respectus parentum & liberorum intercedit, *l. 4. §. quos. 7. π. de grad. & aff.* partim canonico, *cap. quod dilectio 3. c. non debet 8. & c. pen. x. de consangu.* Carpzou. 2. 92. vt nec dispensetur. Idem 2. 112. Hulsm. *breu. theol. c. XXI, 9.* dispensatum tamen memini in quibusdam iure diuino non expressis. Vid. Richt. *decis. XI, 7. vol. 2. consil. c. 15. & 463.* H. Müller. *d. l. p. 55.* Comment. nostr. *ad π. h. t.* (*b*)

(*a*) Idem est de vxoris fratris filia, an eam sororius siue viduus sororis patris ducere possit?

1. vxor	2. vxor
Titia	Lucius
maritus · .	|
amitæ	· . Caia.
viduus	

(*b*) Vxoris defunctæ mariti prioris sororis filia, *des verstorbenen Ehweibs ersten Mannes Schwester Tochter.* In secundo genere, gradu secundo. Non sunt prohibita. Schulz. *de arb. cons. & affin. c. 8. m. 1, n. 66. 75.*

§. XL.

æqual. At in secundi gradus *æquali* linea, iure diuino ac ciuili ac canonico veteri, nulla est prohibitio, sed iure pontificio *c. non de-*

debet 8. *x. de consangu. & aff.* & electorali Saxonico. Carpz. 2: 93. dispensatione locum inueniente. Idem 2: 114. Georg. Schulz: *c. 8. m. 1. 64. & 96.* quo eodem iure etiam gradus *tertius* lineæ *inæqualis* est prohibitus. Carpzou. 2: 95. *sq.* dispensabilis tamen. Idem 2: 116.

§. XLI.

Denique in *tertio genere* affinitatis lineæ collateralis nulla est prohibitio, *cap. pen. x. de consf. & affin.* Carpzou. *2: 103. sqq.* Richt. *consf. 462. vol. 2. n. 21.* Vid. tamen Ant. Matth. *in inst. d. 2. th. 11.* Sisinnii *patriarchæ Constantinopol. responsum: ne duo fratres accipiant duas consobrinas. Iure Græco-Rom. lib. 3. p. 197.* (*a*) Tertium genus.

(*a*) De patrinorum prohibitione vide *supra* 2: 2, 25.

§. XLII.

Finis & effectus proprius sponsaliorum est obligatio reciproca ad fidem seruandam, adeoque & *doli* circa substantialia matrimonii præstationem. Richter. *decis. 87.* imprimis vero ad consummandum matrimonium *intra tempus* iure definitum *l. 2. Cod. de sponsal.* in quo definiendo variant leges & mores ecclesiarum: eo autem elapso omnino quidem competit iure Romano veteri *actio ex stipulatu,* hodie etiam ex pacto *l. 1.* Obligatio & actio ex sponsal. Vid. §. 49.

ſeqq.π.deR.N. Sed & compellitur pars contumax per *iudicis officium* ad conſummandum, carcere, mulcta. Vid. Cypr. *de ſponſal. c. XII. §. 6.* vel diſſolutis ſponſalibus punitur etiam relegatione. Carpz. 2: 132. *ſqq.* innocenti facultate alii nubendi conceſſa. Richt. *deciſ. 8. n. 5. fin.* (*a*)

(*a*) *Ratio dubitandi.* Obligatione diſſoluta, vtrinque tollitur prohibitio alii nubendi. *Ratio decidendi.* Obligationis effectus ex parte nocentis perdurat in pœnam, arbitrio tamen iudicis.

§. XLIII.

Proceſſ. de promiſſ. matrim.

Ac quantum ad modum procedendi in hac ſiue actione ſiue officii iudicis imploratione, notandum eſt, citatos in foro noſtro eccleſiaſtico non per mandatarios, ſed in *perſona propria* comparere teneri, propter fauorem matrimonii, & ad cauſſam facilitandam. Carpz. *l. 3. def. eccl. 31.* Atque conſultum eſt, vt citationi *inhibitio pœnalis* annexa impetretur, vel cautionis exactio, ne reus pendente proceſſu ad alias nuptias & earum conſummationem pergat. Idem *def. 32.*

§. XLIV.

Renunc. litis.

Agens de promiſſo matrimonio ad eius conſummationem *liti renunciare* tamdiu pot-

poteſt, quamdiu de perfectione ſponſalio-rum & obligationis inde natæ nondum conſtat. Carpz. *l.3.def. eccl.33.* Itaque etiam poſt litis conteſtationem, & ſuſceptam quoque *probationem.* Idem *def.34.* niſi actor probaturus iam tum articulos cum de-nominatione teſtium obtulerit, tunc enim officio iudicis incumbit, in veritatem & certitudinem inquirere. Et ita reſponde-runt conſiſtoriales Lipſienſes *die 9. April. 1623. Daß wenn Klager des ihm zuerkan-ten Beweiſes ſich angemaſſet, und nach-mahls darauf beruhet, daß er die geklagte Ehe wohl auszuführen getraue, die in ſeinen Miſſiuen angezogene Vrſachen, deswegen er ſich der Eheklage nunmehro begeben wolle, zu Recht nicht erheblich: dahero mit der Vereydung zu verfahren.* Imo etiam poſt ſententiæ publicationem. Carp-zou. *d*: 35. cum hoc effectu, vt vtrique par-ti cum alia perſona ſponſalia contrahere permittatur. Idem *def.36.* Reg. ampl.

§. XLV.

Si modo ſententia in rem iudicatam non tranſierit: tunc enim litis renunciatio lo-cum non habet. Idem *def. 35.* (*a*) Sed va-lide licet renuncians, expenſas tamen alte-ri refundere tenetur. Idem *def.33. & 37.* niſi renuncians iuſtam habuerit litigandi Except.

 cauſ-

caussam. Idem *def. 38.* aut penes reum culpa deprehendatur, tunc huic potius expensarum restitutio iniungenda. Idem *def. 38.*

(*a*) Immo communi consensu. *Hostiensis.* Infra §. 49.

§. XLVI.

Transact. de sponsal. Amicabilem compositionem inire potest agens ad consummandum, etiam priuatim, ad hoc, vt consequatur suam intentionem, sed ad dissoluendum non potest, nisi iudicialiter. P. Heig. *p. 2. quaest. 16.* Carpz. *3: 39. sq.* cum eo effectu, vt vtrique liceat nubere alii. Idem *def. 41.* impletis tamen antea promissis in transactione: alias potest altera pars inhibitionem proclamationis petere, etiamsi immissionem aut bonorum possessionem iam impetravit. *Idem ibidem.*

§. XLVII.

Probatio sponsal. I. Probantur sponsalia primo per *testes* duos, etiam domesticos & propinquos. Vid. *c. 3. x. qui matrim. accus.* si veritas aliter haberi nequit, contra quorum dicta tamen exceptiones locum habent. Carpz.
2. *3: 42. sq.* Deinde per *delationem iurisiurandi*, ita tamen vt non neganti, sed tantum

tum *affirmanti* ſponſalia, deferri poſſit. Carpz. 3: *def. eccl. 44. & l. 2. def. 233.* Richt. *deciſ.* 8. 27. Exerc. *ad π. XXIII, 12.* At iudex poteſt iniungere neganti iuramentum *purgationis*, ſi indicia ſufficientia id ſuadeant. *Deciſ. elect. Saxon. LXXXI.* Vid. Carpz. *3: 45. ſqq.* Crimin. *p. 2. q. 68, 94.* Richt. *deciſ.* 8, 23. itemque ſuppletorium. Carpz. *3. def. eccl. 46.* & *in proc. ciu. 12:* 2, *67.* Vide tamen Richt. *dec. 8, 38.* Sithm. *de I. epiſc. c. 13. 103.* Porro *terminus iurandi* peremtorius heic non ita ſtricte obſeruatur Carpz. 3. 54. & probatio pro matrimonio etiam poſt ſententiam admittitur. Richt. *deciſ. 8, 33.*

§. XLIIX.

Denique per *arrham* quoque probatio quædam, aut ſaltem præſumtio pro ſponſalibus inducitur: nec enim donatio ſimplex præſumitur. *Alber. Gentil. de nupt. 2: 26.* Beſold. *theſ. pract. voc.* Hafftgeld. Eſt enim arrha pignus promiſſarum nuptiarum, vt in emtione venditione. Carpz. 2: 51. Richter. *deciſ. 8, 58.* Strauch. *diſſ. Iuſtin. h. t. th. 8.* Et committitur in caſu binorum ſponſaliorum. Carpz. 2: 61, itemque quoties is, qui dedit, ſponſalia diſſoluit: quum vero is qui accepit, ſoluit ſponſalia, & amittit arrham, & tantundem de ſuo reddit, niſi ſit minorennis, *l. 5. C. de ſponſal.* (*a*) 3. Arrha.

Interpretatio sponsal. In *dubio* tandem pro matrimonio potius iudicandum. Richt. *decis. 8, 60.*

(*a*) Si porro pro nullis declarantur, arrhae simpliciter restituendae.

§. XLIX.

Repudii. Dissolutio sponsaliorum dicitur *repudium.* Quod iure Romano in paciscentium *arbitrio* consistit, (*a*) secus iure nostro, quo vtimur. Carpz. 2. *def. eccl. 173. & 175.* nisi sint sponsalia de futuro, consensu scilicet sponsalitio interponendo, & tractatus tantum. Idem *def. 174.* Conf. Dn. Stryk. *ad Brunnem. 2. 16, 7.* Itaque quum quod DEVS coniunxit, homo ne separet, (*b*) non poterunt, sese qui coniunxerunt, saltem societate sponsalitia, pro lubitu & priuatim se separare, sed requiritur *iudex* DEI vicarius, caussas dissoluendi cognoscens & diiudicans. (*c*) Petitur porro dissolutio sponsaliorum vel per viam *actionis* de repudio, aut implorationis officii iudicis, oblato libello & expressa dissoluendi caussa: vel per modum *exceptionis* aduersus actionem pro consummando matrimonio institutam.

(*a*) Imprimis veteri *l. 2. C. de repud.* nouo Christianorum Imperatorum maiorem effectum habuisse videntur sponsalia *l. 2. C. de sponsal.* & leuitas repudiorum aliquantum repressa. *Vid. l. 4. C. Theod.*

Theod. de sponsal. & ibi *Iac. Gothofr. t. 1. p. 266.* Remansit tamen facilitas, quæ, vt alia codicis Theodosiani, hodieque in Gallia cernitur.

(*b*) Hæc verba Christi non de sponsalibus accipienda esse dicit Cypræus *de sponsal. c. 13. §. XI.*

(*c*) Hostiensis *in t. de sponsal.* §. & qualiter dissoluatur. vers. item octauo. Sicut communi consensu contraxerunt, sic communi dissensu possunt se absoluere auctoritate ecclesiæ. *Vid. Dd. ad c. praeterea x. de sponsal.* Cypræus *de sponsal. c. 13. §. XI*, re adhuc integra & ex caussa probabili per iudicem. Dissentit Mauser *de nupt. pag. 319.* & alii, quorum rationes discussit Cypræus *d. l.* Cum Hostiensi etiam facit Ferdin. de Castro Palao *tract. de sponsal. d. 1. p. 17. p. 51.* Hemming. *Infra. §. 52.*

§. L.

Causæ, ob quas sponsalia iusta dissolui possint, nec legibus aut canonibus satis expressæ, nec quæ a canonistis traditæ, in nostris ecclesiis per omnia obseruantur. Carpz. 2: 126. Generatim iudici pro norma obseruandum: quoties post sponsalia talis interuenit casus, qui si ante extitisset, nunquam in sponsalia consensum fuisset, toties iudex ad dissolutionem propensior esse debet. Carpz. *ibid.* h.e. quoties ea intercedunt facta, quæ *officiunt essentialibus sponsaliorum*, vt error circa substantialia matrimonii, dolus, vis & metus, aut delicta, vel defectus etiam corporis: (*a*) qui si ab initio noti fuissent, sponsalia non fuis- Caussæ.

ſent contracta. Non item ſolæ diffamationes delictorum. Carpz. 2: 234.

(*a*) Deformitas ſuperueniens poſt ſponſalia. Cypræus *de ſponſal. c. XIII. §. 67*, etiam vnius oculi amiſſio. Ferdin. *de Caſtro Palao tr. de ſponſal. d. 1. p. 27. p. 64.*

§. LI.

Compoſ. amic.

Imprimis vero ſemper tentanda eſt compoſitio amicabilis. Carpz. 2: 187, 18. Qua in re monitum obſeruandum eſt iudici, quod ſuggerit *cap. 2. x. de ſponſal. Hi qui de matrimonio contrahendo pure & ſine omni conditione fidem dederunt, commonendi ſunt, & modis omnibus inducendi, vt præſtitam fidem obſeruent. Si autem ſe ad inuicem admittere nolint, ne forte deterius inde contingat, vt talem ſcilicet ducat, quam odio habet: videtur, quod ad inſtar eorum, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt, hoc poſſit in patientia tolerari.* Et cap. 17. eod. *Sponſa, quæ iureiurando neglecto renuit, monenda eſt potius, quam cogenda: quum coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere.* (*a*)

(*a*) Cypræus *de ſponſal. c. XII. §. 5. fin.* Quid ſi obſtinate repugnet alteruter, vt nullo pacto neque minis, neque carcere, vel mulcta permoueri poſſit, aut flecti? Certe iudex, qui, videt e re

re contrahentium esse, ne coniungantur, ita suum moderabitur imperium, ne coeant nuptiæ, & propensior ad dissoluenda sponsalia esse debet. *Hostiensis. Panormitanus. Duarenus. Couarruuias. Curtius iunior.* Idem *Cypraeus c. 12. §. 6. n. 5.*

§. LII.

Eodemque faciunt quæ monet Nic. Hemmingius *de coniugio, p. 163.* si post legitimum consensum aliquid inter personas, quæ pactæ sunt de nuptiis, interuenerit, quod offendit, hac via procedendum esse iudico, vt primum audiatur, an vterque cupiat a pactione discedere, aut alteruter tantum. Si vterque, iudex grauiter reconciliationi (modo spes sit, vt tranquille cohabitent reconciliati) det operam: verum si persuaderi non possunt, iudex quærat, an copula carnalis excepērit sponsalia, necne: si non accessit, velim iudicem non magnopere esse solicitum de causis offensæ interuenientibus, sed ne quid deterius ex coactis nuptiis eueniat, permittere rescindi contractum, vt imperfectum, ita tamen, vt iustas pœnas fidei non seruatæ ratione fortunarum & conditionis luant. Sin autem alteruter a legitimo consensu ante nuptias cupit discedere, iudex rationes audiat mutatæ voluntatis: quæ si tales fuerint, vt vel merito of-

fendant, vel vitæ consuetudinem reddere possint molestam & insuauem, potest iudex discessionem a pactione permittere, si cetera salua sunt. Conf. & Henric. Müller. *Vngerath. Ehe. p. 353.* Dn. Stryk. *ad Brunnem. p. 591.*

§. LIII.

Inter caussas dissoluendi sponsalia idoneas imprimis occurrunt graues iniuriæ, sæuitiæ & subortæ *inimicitiæ capitales*, quæ reconciliationem, quantum ad coniugalem amicitiam, non admittunt, *C. 2. x. de sponsal. c. 17. eod.* Carpz. *2. 176. & 212.* Similiter homicidium dolosum, quod capitaliter forte non punitur. Idem *177. sqq.* Nec non *hæresis* & defectio a vera religione. Idem *def. 7. & 206.* Item *stuprum* ante sponsalia a sponso commissum & a sponsa ignoratum. Idem *def. 187.* sed & post sponsalia. Idem *def. 184. 186.* magisque si a sponsa patratum, ita vt & præsumtiones heic ad solutionem sufficiant, si impudice cum uiris conuersata probetur. Idem *def. 185.* (*a*)

(*a*) Ob lapsum temporis appositi sponsalibus: postea enim is, per quem non stetit, impune nubit, & alteri datur pœnitentia de fide mentita *c. 22. x. de sponsal.* Hostiensis *d. t. §. Et qualiter dissol-*

soluatur. Ferdin. de Castro Palao *tr. de sponsal. d. 1. p. 24.*

§. LIV.

Porro & *morbus contagiosus*, hereditarius & incurabilis, qui fini nuptiarum contrariatur, vt lepra, epilepsia, paralysis. Carpz. *2. 108.* (*a*) Mutilatio *corporis fœda*, quæ amorem coniugalem imminuit, *c. 25. x. de iurei.* Carpzou. *2. 181.* Furor superueniens & incurabilis, siue interuallis, quum impediat consummationem. Idem *def. 182. sq.* Tandem etiam *desertio* malitiosa intra tempus lege definitum ecclesiastica nuptias celebrare nolentis. Carpz. *5. 57. & 2. 136.* Richter. *vol. 2. consil. 506.* Denique *impotentia* quoque dissoluit sponsalia. *Vid. exerc. ad pand. XXXVI. §. XVII. sqq.* Diff. 5. 61.

(*a*) An & morbus Neapolitanus? Sic videtur.

TIT.

23. pand. 2. §. C. 4. Cau. 27. ſqq. 4. x. 1. ſqq. Lancell. 2. 11. Diff. §. 62.

TIT. XI.

De
NVPTIIS.

§. I.

HActenus de reciproca matrimonii contrahendi *promiſſione:* conſequens eſt, vt de ipſa matrimonii ſiue ſocietatis coniugalis *contractione*, h.e. NVPTIIS videamus. Eas *non concubitus* præciſe *facit*, quanquam præuio conſenſu ſponſalitio faciat, *ſed conſenſus* matrimonialis ſolennitatibus certis conſtans, *l. 30. ꝟ. de R. I.* Sunt enim nuptiæ conſenſio ſiue conſociatio & coniunctio viri & mulieris de indiuidua omnis vitæ conſuetudine, *§. 1. I. de P. P.* publica & ſolennis, ſecundum præcepta legum, *pr. I. de nupt.* Cau. *27. q. 2. pr.* procreandorum liberorum cauſſa. *cau. 31. q. 1. c. pen. l. 220. §. 3. π. de V. S.* cap. *vlt. x. de condit.* cau. *32. q. 2. c. 1. & 6.* Manud. phil. mor. *ad iur. c. IV. (a)*

Defin.

(*a*) Nuptiæ ſunt actus transiens: matrimonium ſtatus, ens permanens, ſocietas: connubium, facultas moralis ducendi vxorem. *Iul. Pacius.*

§. II.

Ratio ſpecifica nuptiarum in *ſolennitate* conſenſus conſiſtit *l. ſancimus C. h. t.* quæ iure gentium requiritur ob negotii grauitatem atque magnum eius momentum: varie autem moribus populorum variat. More Chriſtianorum iam tum ab initio inualuit, vt *ſacra benedictio* & preces adhiberentur. *Tertull. l. 2. ad vxor. in fin.* Concil. Carth. IV. *c. 13.* Iac. Gothofr. *in C. Th. h. t. fin.* ad normam diuinæ inſtitutionis, *Gen. I. 28. & c. IX. 1.* Imp. Leo. *nouell.* XCIIX. Vnde *ſacramenti* nomen meruit. *Concil. Trid. ſeſſ. XXIV.* Sed vide Chemn. *exam. p. 3.* Atque obtinuit, vt benedictio hæc ſeu copulatio ſacerdotalis, vel declaratio de fide coniugali coram ſacerdote, ſit de eſſentia nuptiarum, ita vt ea neglecta necdum matrimonium intelligatur, nec liberi inde legitimi naſcantur. Carpz. *2. def. eccl. 142.* Cau. *30. q. 5. c. 1. ſqq.* Nouell. Leon. 98. Nouell. Alexii-Comn. Imp. 5. Capitul. Francor. *l. VI. c. 130. l. VII. c. 80. & 305.* Vid. exercit. *ad π. XXXVI.* §. *60. ſqq.* Bened. ſacerd.

§. III.

Atque continet hæc ſacerdotalis copula *ſymbolicam* ſui traditionem reciprocam, Vis eius.

ſiue

siue ius & potestatem coniugalem in personam & res coniugis, *1. Cor. VII, 4. 5. c. XI, 11. sq.* qua oritur ius fiendi duos in carnem vnam, *Gen. II, 22.* In qua ipsa potestate ac iure consistit differentia specifica *consensus sponsalitii* & *nuptialis:* ille hanc potestatem *promittit*, hic *confert*. Quamobrem concubitus siue ipsa actualis traditio sui non est de essentia nuptiarum, sed sufficit haec symbolica, per dextrae dationem & annulum connubialem. Ferd. de Castro Palao *p. V. d. 2. punct. 5. n. 5.* Ius tamen *Saxonicum* actualem quoque traditionem seu *thori coniugalis conscensionem* requirit ad effectum iuris *lib. I. art. 45.* Carpz. *3. 57. def. for. 6.* Coler. *dec. 57.* Richter. *dec. 94.* Exerc. *ad π. 36, 65.*

§. IV.

Qui copulandi.

Ius copulandi sacerdoti cuilibet in sua paroecia quoad paroecianos suos competit, non quoad *forenses*, multo minus extra suam paroeciam. Supra *lib. 1. tit. XVI. fin.* Art. gen. *elect. Saxon. XIII. §. pen.* Nisi in necessitatis casu. Carpz. *12, 48.* aut si a consistorio dispensetur, & pastori ordinatio honorarium soluatur. *Ibidem.*

§. V.

Proclamatio.

Nec copulandi sunt, nisi qui antea publice *denunciati* per tres dominicas, & nemine

mine interim interueniente, vt ita impedimenta exquirantur & remoueantur. *cap. 27. x. de sponsal. c. vlt. x. de cland. sponsal. c. fin. x. qui matrim. accus.* Art. gen. XIII. Concil. Trid. *sess. 24. c. 1.* Goth. *ad nouell. Leon. 89. lit. T.* Bosquet. *ad Innocent. III. lib. 3. ep. 182.* Carpzou. *lib. 2. def. eccl. 137. seqq.* Berlich. *decis. 76.* Dispensatione tamen contrahi vel omitti potest. Carpz. *def. 149. sq.* Dn. Stryk. *ad Brunneman. 2. 16, 6.* Exemti illustres, nobiles &c.

§. VI.

Denunciatio hæc fieri debet præuia pastoris *inquisitione* de consensu eorum, quorum interest: de testium adhibitione: de desponsatione cum tertia persona: de consanguinitate aut affinitate contrahentium: de fide & moribus copulandorum. Peregrinus qui testimonium acquirere impeditur, ad iusiurandum admitti potest. Si viduus aut vidua, de tempore luctus exacto: a viduo quidem semestri, a vidua annuo. Carpz. 2. *158. sqq.* nisi dispensatio impetretur. Idem *def. 162. sqq.* ex caussa. Idem *def. 164. sqq.* Sed & si prius matrimonium per diuortium dissolutum, non statim, sed post aliquod tempus nuptiæ secundæ permittendæ. Idem *def. 165.* Iure etiam statutario inquirendum, an vidu- Quomodo fiat.

us

us de bonis maternis cum liberis pactus fuerit: itemque si contrahentes pacta dotalia confecerint. Secus iure communi. Carpz. 2: 171. Vid. *cau. 30. q. 5. c. 1. & 6.*

§. VII.

Vbi

Proclamandi sunt non tantum *vbi nuptiæ* instituuntur, sed & in illa ecclesia, *vbi domicilium* habent copulandi, aut hactenus morati fuerunt, vel *educati*, etsi non amplius ibi habitent. Carpz. 2: 139. Art.gen. XIII. §. 1. Concil. Trid. *seß. 24. c. 7.* Pro actu proclamationis *honorarium* soluitur. Carpz. 1: 111. Ante copulationem S. absolutio & communio impetranda. *Concil. Trid. d. seß. 24. c. 1.*

§. IIX.

Tempus nuptiarum.

Nuptias celebrare omni tempore licitum, nisi quo expresse prohibetur: nempe tempore sanctioribus meditationibus destinato ab ecclesia, a dominica prima *aduentus* dominici vsque ad festum natiuitatis. Carpz. 2: 151. Hildebr. *de nupt. vet. Christ.* itemque tempore ieiunii quadragesimalis. *Concil. Laodic. c. 52.* Cau. *33. q. 4. c. 8. & sqq.* vbi adduntur quoque tres hebdomadæ ante festiuitatem S. Iohannis baptistæ: & pœna separationis, ex concilio Iller-

Illerdensi Hispanico. Dispensatio tamen locum habet. Carpz. 2: 152. *sq.* Prohibentur denique nuptiarum solennia diebus dominicis ac festis. Idem *2. 154. sq.* neue tertia earum dies in festum incidat. Idem 156. dispensatur tamen ex iustis caussis, atque peracto cultu sacro & informatione catechetica. Idem *def. 155.*

§. IX.

Copulatio sacerdotalis regulariter publice in *ecclesia* fieri debet, *cau. 30. q. 5.* Harmenop. *l. 4. t. 5. §. 28.* Art. gen. XIII. §. 4. Carpz. 2: 143. nisi in casu *necessitatis*, quo tamen ipso superintendentis, non pastoris est concessio, & ipse quoque consistorio rem factam referre debet. Carpzou. 2: 145. Aut quoties *dispensatio* impetratur. Idem *def. 144.* quam *nobiles* impetrare non opus habent moribus nostris. Idem *def. ead. n. 11.* Etsi olim etiam illustres personæ in ecclesia publice copulatæ. Spangenb. *chron. Henneb. l. 2. c. 26.* Si metus fugæ adest, in *consistorio* aut *curia* vel iudicio ciuili copulatio fieri potest. Idem *def. 146. sq.* Ceteroquin regulariter in loco *parœciæ sponsæ* copulatio sacerdotalis fieri solet, quum deductionem ad ædes mariti præcedat. *Cau. 30. q. 5. c. 1. & 3.* Locus.

Bb §. X.

§. X.

Ritus. Etsi *ritus* nuptiarum apud populos variant, nec in eiusdem religionis ecclesiis eædem vbique, *substantiales* tamen *copulationis sacerdotalis* ritus ex vsu ecclesiarum euangelicarum sunt primo interrogatio sacerdotis & *sponsio* copulandorum seu mutua declaratio de ineundo matrimonio, deinde reciproca datio *annulorum* connubialium, atque manus *dextræ*, porro coniunctio seu *copulatio* sacerdotis, *die Zusammensprechung*, coniuncta cum adhortatione & instructione de officio coniugum, denique *chirotonia* atque *benedictio* copulatorum in genua procumbentium: adhibita formula ex institutione diuina: *crescite & multiplicamini*, Gen. I, 28. *c. IX, 1.* Gregor. M. *lib. sacramentor. ad fin.* Nouell. Leon. LXXXIX. *&* XCIIX. Ibi: *sacerdos ad imitationem cœlestis a conditore, qui sexus ad multiplicationem copulauit, pronunciata benedictionis verba sacra effatur.* Quæ tamen in agendis ecclesiæ Geneuensis omittitur, & tantum benedictio generatim dicitur: *DEVS vobis det suum S. Spiritum ad seruiendum & honorandum ipsum simul vnanimiter.* (*a*)

(*a*) De secundis nuptiis non solennibus vide *infra diss. iuris ciu. & can.* §. *64.*

§. XI.

§. XI.

Proprius nuptiarum ac copulationis sacerdotalis effectus est ius fiendi duos in vnam carnem, *Gen. 2. fin.* Marc. X, 8. ἐξουσιάζειν τοῦ σώματος, *1. Cor. VII, 4, 5. c. XI, 11, 12.* coniugis corpore, & substantia, & omni vita fungi *l. fin. pr. C. qui pot. in pign.* Differentia quædam a natura introducta est in hanc communionem & societatem, vt amicitia heic non ἐν ἰσότητι sed ἐν ὑπεροχῇ cernatur, & quum vir iudicio & animi moderatione præpolleat mulieri, plus obsequii & officiorum hæc illi debet. Arist. IIX. *ad Nicom. c. XI.* Itaque præeminere debet auctoritas mariti, & vxoris voluntas mariti *subordinari. Genes. III, 16. Ephes. VI, 22. 1. Cor. XI, 3, 8. sqq. 1. Petr. III, 7. l. 14. π. sol. matrimon. l. 31. pr. & §. 1. de don. int. vir. & vxor. l. 1. §. 7. de rei vxor. act.* Nouell. *117. c. 1. sqq.* Concil. Tolet. I. *c. 7.* Eliber. *c. 81.* Grot. *l. 2. de I. B c. 5, 8.* Effect. nupt.

§. XII.

Ius igitur habet maritus in personam vxoris, & *castigandi* facultatem. *Nouell. 117. c. 8. & 14.* Mart. Coler. *l. 1. de aliment. c. X. 23.* Concil. Argent. *p. 2. c. 52.* quæ etiam ad custodiam & ligationem in domo sua ad Officium mariti.

 ie-

ieiunia salutaria extenditur a concilio Tolet. I. *c. 7. cau. 33. q. 2. c. placuit vt si.* itemque ius in bona coniugis, imprimis dotalia *t. t. de iur. dot.* Sed & ceterorum custodiam aut administrationem, *l. si ergo 9. π. eod. l. maritus 21. C. de procur. & ibi Dd.* Iure Teutonico omnium bonorum est communio. *Landr. l. 1, art. 31. & 35.* si thorum coniugalem ingressi. *Art. 45.* Coler. *dec. 57.* Carpz. *3: 57. def. for. 6.* Richter. *dec. 76, 36. & dec. 94.* Sim. van Leuw. *cens. for. 4: 22.* Viciſſim obligatur defendere personam vxoris, *l. 2. π. de iniur. l. 2. C. eod. §. 3. I. de iniur.* Honorem mutuum ei exhibere, *1. Petr. III, 7.* alimentaque præstare, *l. 22. §. 8. solut. matrim. l. pen. §. 1. C. de repud.* Nou. XXII. *c. 18. l. 18. π. de oper. lib.*

§. XIII.

Vxoris. Vxor similiter ἐξουσιάζει τοῦ σώματος mariti, *1. Cor. VII, 4.* & gaudet iure prohibendi, ne accedat iste ad carnem alienam, *Marc. X, 9, 12.* Sed & comiter castigandi, exemplo Abigailis, *1. Sam. XXV, 37.* Conditione quoque statu ac dignitate mariti fruitur *l. 13. C. de dignit. l. 8. π. de senator. l. 10. C. de nupt.* item habet ius in bona mariti, saltem quoad alimenta. Mart. Coler. *l. 1. de aliment. c. X.* Obligatur autem

1. 2. 3. ad fidem, reuerentiam, & subiectionem, *1. Pet.*

I. Pet. III, 5. 6. ad forum & domicilium 4.
mariti sequendum, *l. 65. π. de iudic.* Richt.
dec. 9. & vol. 2. consil. 507. Strauch. *Irner.*
non err. c. 2, 8. ne laicis suo potius, quam 5.
mariti nomine scribere audeat, vel literas
ad suum solum nomen scriptas accipiat. 6.
Concil. Eliber. c. 81. vt maritum egenum
alat. (*a*) Mart. Coler. *l. 1. de aliment. c. XII.* 7.
vt operas officiales præstet. Idem *l. 2. c. VI.*
non opificiales, aut seruiles.

(*a*) Nisi sua culpa egenus. *Bald. gl.* Ratio: fides coniugalis. *Ergänz.*

§. XIV.

Ex obligatione coniugali oritur actio praeiudicialis ad iura hæc persequenda, *arg. l. 3. §. 4. de lib. agnosc. l. 1. §. 2. π. de R. V.* Remedia item possessoria, *cap. 8. x. de restit. spol. ibi gl. & interpp. c. 13. eod.* cap. *illud 11. x. de præsumt.* Conf. exerc. III. *ad π. §. 19.* Et quatenus factum versatur, etiam in foro seculari persecutio & probatio de nuptiis factis fieri potest. Carpz. *l. 3. def. eccl. 27, 3.* probatur ex tabulis nuptialibus, quæ iure Romano propterea requirebantur: præsumuntur quoque ex nominatione filii in testamento, nisi notorium sit, matrem fuisse tantum concubinam. *Nouell. 117. c. 2.* Strauch. *differt. IV, 4.* hodie ex libro ecele-

Act. præiudic.

clesiastico: aut si omissa sit copulatio ecclesiastica, ex sponsalibus publicis & sequuto concubitu: etsi non legitimum, sed clandestinum matrimonium tantum tunc probetur. Vid. *exerc. ad π. 36. §. 61.*

§. XV.

Partus legitim.

Cum τὸ ἐξουσιάζειν τοῦ σώματος a copulatione & benedictione sacerdotali iure ecclesiastico incipiat, ita vt eius tamen vsus post aliquot dies demum suadeatur. *Concil. Carth. IV. c. 13. cau. 30. q. 5. c. 1.* Regin. *2: 153. vbi St. Baluz.* consequens est, ante copulam sacerdotalem non iure fieri *concubitum*, qui tum *praematurus* dicitur, & censura ecclesiastica pariter & ciuili plectitur. Itaque de *partu legitimo* cognoscere ad iudicem ecclesiasticum pertinet, *d. c. I. q. 5. cau. 30.* Carpz. *l. 2. def. eccl. 223.*

§. XVI.

Partus tamen praematurus siue ante benedictionem sacerdotalem conceptus, *legitimatur per subsequens matrimonium*: imo etsi per *interuenientem mortem* alterutrius matrimonium & copula sacerdotalis non interuenerit, tamen per *fictionem legis*, in fauorem partus, fingitur subsequuta: quia reuera secuta fuisset copula sacerdotalis, nisi vis maior prohibuisset. *Elect. Saxon. decis. XLIX.* Richt. *de success. ab intest. sect. 1. m. 3. n.*

3. n. 10. Struu. *iur. feud. c. IX. §. 3. n. 12. sq.* & *synt. I. ciu. ex. 28. th. 26.* Vid. Besold. *thes. pract. voc.* Bett.

§. XVII.

In dubio vero præsumitur legitimus partus, siue ex legitimis nuptiis conceptus, qui ad minimum *mense septimo* editur, siue die centesimo octogesimo primo a nuptiis, ex sententia Hippocratis approbata & communiter recepta, *l. 12. π. de stat. homin.* Carpz. 2: *def. eccl. 225, 8.* licet vno saltem die mensis septimus sit inchoatus. Idem *def. 124.* computatur autem mensis triginta diebus, *l. vbi 101. de reg. iur.* Ord. camer. Spir. *p. 2. c. 30.* Rauchb. *2. q. 24.* Carpz. *def. 225.* Igitur & qui octauo mense editus legitimus est, potest enim septimo esse conceptus. Carpz. *def. 226.* imo octomestrem magis esse naturalem & viuaciorem docet Franc. Mauricæus *de morbis mulierum*, & ante ipsum *Federic. Bonauentura de partu octomestri, libris X.* Fœtus porro imperfectus & minus viuax, etiam *quinto* & *sexto* mense in septimana vigesima etiam editus pro legitimo habetur. Carpz. 2: 227. & in dubio semper præsumitur legitimus. *Ibidem.* Vide tamen *ordinat. eccl. Vinar. l. 2. c. 28. §. vlt.*

Septimestris.

Octomestris.

quinto & sexto mens.

§. XIIX.

Posthumus qui legit.

Denique posthumus *a morte* & concubitu mariti, qui editus in principio mensis *vndecimi*, vel die trecentesimo primo, pro legitimo adhuc habetur, nec ex alio conceptus præsumitur. Carpz. 2.225. Tiraqu. *in l. si vnquam n. 208.* Gell. 3. *N. A. c. 15.* Joh. Peyssonel. *de temp. human. part.*

TIT. XII.

5. C. 17, 24. 9. 7, 4. X. 19. Lancell. 2: 16. Diff. §. 68.

De DIVORTIIS.

§. I.

Morte.

Dissoluitur coniugium potissimum morte & diuortio, *l. 1. ϖ. h. t.* Morte quando soluitur matrimonium, liberatur superstes ab obligatione, qua tenebatur defuncto, & facultas alteri nubendi competit, quam tamen ad legem honestatis restringit ius diuinum *1. Cor. VII. pen.* Ius vero ciuile ad *tempus luctus* annuum, sub *infamiæ* pœna *l. 1. C. de sec. nupt.* quam tamen sustulit pontifex Romanus *c. pen. & vlt. x. de sec. nupt.* ex caussa non satis idonea. Vid. *comment. in ϖ. ad h. t.* §. 105.

§. II.

Diuortio.

Alias vero regulariter dissolubile non est

eſt coniugium, idque iure diuino, *1. Cor. VII, 10.* niſi ex certis cauſſis & deſuper lata ſententia. Plato *lib. XI. de LL.* Concil. Agath. *c. 17.* Aurel. II. *c. XI.* L. Wiſigoth. *l. 3. t. 6. c. 2. cau. 33. q. 2. c. ſeculares.* Nouell. *Iuſtiniani* 117. *c. 8. ſqq.* & Nou. 134. *c. 11.* P. Ærod. 4: 17, 9. Diſſentit ius Rom. *l. 2. C. de inut. ſtip.* Nouell. 22. *c. 4. ſqq.* & Nou. 140. correct. per *Nou. 117. c. 9, 10. & Nou. 134. c. 11.* cauſſa cognita.

§. III.

Porro cauſſas diuortii Theodoſius *l. 8. C. h. t.* & Iuſtinianus Imperatores has definiunt *l. 10. Cod. & nouell. CXVII. c. 8. & 9.* commiſſum crimen læſæ maieſtatis: inſidiarum coniugis vitæ ſtructarum, lenocinii tentati, adulterium etiam inſimulatum tantum vxori, nec probatum, turpis conuerſatio cum altero ſexu poſt binam admonitionem, ac ſpeciatim ſi vxor foris domum inuito marito manſerit. Sed quum Saluator *Matth. XIX, 9.* edicat: *quod quicunque repudiauerit vxorem ſuam, niſi ob ſtuprum, & aliam duxerit, is committat adulterium.* Igitur vſu fori eccleſiaſtici reſtrictæ fuerunt cauſſæ diuortii. Vid. Bez. *de repud. & diuort.* Chemnit. *exam. C. Trid. p. 2.* M. Ant. de Dom. *l. 5. de rep. eccl. c. XI.* Hulsm. *breu. c. 21, 26.* Matrimo- Cauſæ quæ

nium itaque diſſoluitur ex tali demum cauſſa, qualis eſt *adulterium* (*a*) h.e. quæ oritur ex tali facto, quod *tollit eſſentialia matrimonii*, & conſenſum nuptialem, veluti *ſtuprum ante* nuptias. Richt. *deciſ. 87, 30.* (*b*) Impotentia item, *l. 10. C. h. t. L. 30.* π. *quando di. leg. cau. 27. q. 2. c. decreta cau. 33. q. 1. c. 2.* Regin. 2. *242.* Decret. *Ludou. Bau. Imp. A. C. 1343.* St. Baluz. *ad Agob. p. 127.* Carpz. 2. *def. eccl. 200. ſq.* & deſertio malitioſa, *l. 7. C. h. t. l. 6.* π. *eod.* Nou. *22. c. 14.* Carpz. 2. *def. eccl. 192. & 3. 56.* (*c*)

(*a*) Nec tamen quoad vinculum. *Concil. Nannet. c. 12.* Regin. *2, 131.* Sed vide Lupum *epiſt. 29. p. 54.*

(*b*) Diſſ. can. vetus. *Vid. Regin. 2, 128.* VVeſ. *ad pand. de R. N.* qui tamen conciliari poteſt: non enim agit de ea, quæ ex alio grauida.

(*c*) Etiamſi ſub ſpecie peccati copulam exſecrauerit. *Regin. de diſc. eccl. c. 5. app. 1.*

§. IV.

Proceſſ. deſert. Inſtituturus proceſſum deſertionis, & deſertionem ipſam per aliquod tempus continuatam, & cauſſam malitioſam docere debet, quæ probatio ſaltem præſumtionibus aut atteſtatis literariis fieri poteſt: plerumque enim mors præſumitur, ſi in militiam abierint ſine malitia deſertores. *Conc. Conſtantinopolit. in Trull. c. 93.* Carpz. *l. 3. def.*

def. eccl. 59. sq. Iure Romano *quinquennium* a tempore captiuitatis elapſum licentiam dabat mulieri nubendi alteri, *l. 6. π. h. t.* Conſtantinus *quadriennium* conceſſit mulieri, cuius vir in militiam abierat, quo elapſo iterum nubere poteſt. *l. 7. C. h. t.* Iuſtinianus *decennium* conſtituit *Nou. 22. c. 14.* quod tamen ipſum quoque correxit *Nou. 117. c. 11.* (*a*) Hodie tempus determinatum non habemus, vt quandoque *ſemeſtre ſpatium* fuerit admiſſum. Carpz. 3, *60. n. 8.* Conf. *comment. ad π. h. t.* §. *112. & ſq.* vbi etiam de proceſſu hoc *contra præſentem*, contumacem in danda εὐνοίᾳ coniugali. Selden. *vx. Ebr. 3, 6. ſq.* Pufend. *I. N. 6: 1, 21.*

(*a*) Sed non loquitur de deſertore: niſi ex diuturnitate temporis deſertio malitioſa præſumi poſſit. De ſeptennio *c. 19. x. de ſponſal.* vbi etiam præſumtio iuris videtur reprobari contra *d. l. 6. pand. h. t.* & vide Panormitanum *d. c. 19.* Sed reſpondetur: capit. hoc 19. continet regulam de paganis: *l. 6.* exceptionem de militibus ſine malitia abeuntibus.

§. V.

Citatur reus deſertor per edictum in *tribus* diuerſis territoriis, *trina vice.* Quod ſit negligitur, nuptiæ ſecundæ nullæ ſunt, & vxor reſtituenda marito redeunti. Carpz. *2: 192. n. 15. l. 3. def. eccl. 61. ſqq. 70, 5.* Citatio Citat.

tio prima fit ad respondendum libello: secunda, vt contumax doceat legitima impedimenta: tertia ad audiendam sententiam definitiuam, nec opus est sententiis interlocutoriis. Singulæ autem citationes contineant terminum peremtorium, quem Saxonicum nos vocamus. Idem *def. 62. sq. l. 3.* Atque de executione citationis legitima constare debet per attestatum iudicis affigentis edictum, cui ipse subscribere & sigillum imprimere debet, antequam sententia feratur. Idem *def. 63. sq. l. 3.* Mulier citatur vt in persona propria aut per curatorem compareat, defensor autem non admittitur. Idem *def. 65.*

§. VI.

Ante sententiam deserta pars si sponsalia aut nuptias contrahit, punitur relegatione, vel grauiori pœna bigamiæ. Idem *l. 3. defin. 67.* & sponsalia sunt nulla & dissoluenda. Idem *def. 68.*

§. VII.

Si præter desertionem, etiam adulterium deserentis probatur, sine processu & citatione edictali trina matrimonium per sententiam dissoluitur. Carpz. 3. 69. (*a*) Si suspectus de adulterio desertor comparet, non

non eſt recipiendus, niſi iureiurando ſe purgauerit. Carpz. *3, 70.* vel ſaltem doceat per atteſtata fide digna, quomodo abſens conuerſatus. Idem *ibid. & l. 2. def. 209.* Non ſuſpectus de adulterio ſi comparet in termino, & probabiles cauſas abſentiæ demonſtrat, recipiendus, nec puniendus, ſponſalia vero ſecunda diſſoluenda. Carpz. *3. 70.*

(*a*) Otto *I. crimin. ad artic. 120. pag. 436. n. 5.*

§. IIX.

Effectus diuortii ex parte deſertoris, ſi eius copia habetur, eſt, vt puniatur fuſtigatione & perpetua relegatione. *Ord. eccl. h. t.* niſi gratia fiat a iudicio eccleſiaſtico. Carpz. *3. def. 71. 3.* per canones quoque excommunicatur. *Concil. Elib. c. 8.* Tolet. *XII. c. 8.* Regulariter quoque prohibetur nuptias ſecundas inire. Carpz. *3. def. 70, 6.* Niſi diſpenſationem impetret, forte ob ætatem minorem, ob pœnitentiam, vel incontinentiam. *Idem ibidem.* (*a*) Denique amittit deſertor ius ſuccedendi in bonis coniugis. Idem *l. 2. def. 215. pr.* Itaque deſertor, contra quem deſerta non inſtituit proceſſum hunc, ſuccedit deſertæ, nec poteſt eius heres vel proximus cognatus proceſſum deſertionis ad hunc finem inten-

ius circa deſertorem.

tendere, *prout responderunt consistoriales Lipsienses anno 1622. ad consult. E. T. Plauia.*

(*a*) An cum ipsa deserta post mortem mariti secundi? Negat *Tabor ad C. A. de diuort. fin.* Deut. 24, 4. Ier. 3, 1. Affirmat ius ciuile *l. 64. de iure dot. l. 64. de donat. int. vir.* Vide *Pufendorff. 6, I. N. 1, 22.* Idemque si quis relicta concubina alteri nubit legitime, hac mortua, possit ducere concubinam relictam? atque filio naturali ex ea antea suscepto acquirere ius primogenituræ, præ filiis ex defuncta vxore relictis? Posterius negandum, quia natus ex iusto matrimonio statim ius primogenituræ acquisiuit, quod per legitimationem per subsequens matrimonium ei tolli non potuit.

§. IX.

desertum. Ex parte innocentis coniugis effectus est liberatio ab obligatione vinculi coniugalis, & facultas alteri nubendi, *Matth. V. 32. c. XIX. 9. cau. 28. q. 2. c. 2. cau. 32. q. 7. cau. 19. & 23. sq. l. 1. l. 6. π. h. t.* Pufendorff. *l. 6. de I. N. & G. c. 1. §. 21.* Carpz. *2: 191.* Calixt. *concord. euang. l. V. c. 21.* Dissentit ius pontificium, *c. 12. X. de præsumt.* (*a*) *cau. 32. q. 7. c. 8. cau. 28. q. 2. fin.* Pallauic. *C. Tr. 22: 4.* Vid. comment. *ad π. h. t. §. 116. sqq.*

(*a*) Loquitur de casu adulterii. Sic & *d. c. 8.* At vltimus canon *cau. 28.* sicut & *cap. 12. X. qui filii*

filii sint legit. pro nostra est sententia. Vid. *Baluz. ad Lupum p. 499.* Sed prohibet tamen concilium Tridentinum *sess. 24. can. V. de reform. matrim.*

§. X.

Separatio a thoro & mensa.

Alia etiam diuortii species est, quae tamen abusiue ita dicitur, quando vinculum matrimonii non dissoluitur, sed suspenditur, & *separatio a thoro & mensa* vocatur. Vid. *l. cum hic. 32. §. si mulier. 13. π. de don. inter.* quae ipsa veteri *iudicio de moribus* suffecta videtur, de quo vide *t. C. de repud. & iudicio de morib. sublato: ibi Goth.* Pufendorff. *l. VI. de I. N. & G. c. 1. §. 24.* Illius porro vsus hic est, non vt in perpetuum separentur, quod grauius foret diuortio & parti innocenti iniquius: sed vt *ad tempus* conuersatio coniugalis *suspendatur*, & morum emendatio atque animorum reconciliatio obtineatur, aut morbi contagiosi curatio. Vid. *c. 1. x. h. t.* Flac. *clau. S. script. voc. repudium.* Carpz. *decis. 291. & 180.* Richt. *consil. 515. vol. 2.* H. Müller. *Vngerath. Ehe, p. 3. p. 353.* Nec tamen liberatur vir a praestatione alimentorum vxori & liberis debitorum. Carpz. 2: *def. eccl. 213. & p. 3. c. 26. def. for. 18.* quia retinet vsumfr. in bonis vxoris. Idem *l. 2. def. eccl. 414.* nisi vxoris culpa fiat separatio. Idem 2:213, 8. aut maritus illata vxoris spon-

te reddat, & illa sufficiant ad alimentationem. Idem *def. eccl. 214.* Retinetur itaque & ius succedendi in portione statutaria. Carpz, *2. 215.* etiam a parte nocente. Idem *contra Berlich. 3. concl. 36, 25.* sequuta pœnitentia & reconciliatione ad cohabitationem compelluntur iterum. Idem *def. 216. l. 2.* De more coniugum vouendi perpetuam continentiam vid. St. Baluz. *ad Saluian. pag. 375. & 399.*

TIT. XIII.

De CONCVBINATV.

25. pand. 7. 5. C. 26. Dist. 34. cau. 32. q. 2. Diff. §. 70.

§. I.

Ius vet. de concubin.

MAtrimonio similis est societas viri & mulieris non tam quærendorum liberorum gratia, quam in remedium libidinis, sine animo perpetuo in ea permanendi: quæ *concubinatus* propterea dicitur, quod sine consensu nuptiali, concubitu tantum contrahatur. Quæ coniunctio iure Romano concessa fuit, *t. t. ϖ. & C. de concubinis*, ita tamen vt vna tantum, nec vna cum vxore haberetur, *nouell. XIIX, 5.* Capitul. Francor. *lib. VII. c. 80.* Concil. Tolet. I. *c. 17.* Dist. 34. *c. 4. sq.* Quod si præter-

ter vxorem habetur concubina, *pellex* appellatur. Pellicatus autem vtroque iure prohibitus est. Conf. *LL. Longob. l. 2. t. 13. c. fin.* Cassiod. *9. var. 18.* Pellicat. Regin. app. 1. cap. 4. 52.

II.

At quum eiusmodi coniunctio dissolubilis iuri diuino & humano consentanea non reputaretur, & a patribus ecclesiæ improbaretur, præsertim ab Augustino. *Dist. 34. c. 6.* Cau. *32. q. 2. c. 5. & 6.* igitur abrogatus fuit tandem concubinatus. Carpz. *l. 2. def. eccl. 235.* Rec. Imper. *de anno 1530, 1538.* Ordin. *polit. Imp. t. 26.* Ordin. *polit. elect. Saxon. 550.* (*a*) I. non.

(*a*) Constit. Argent. *Von der Vnehe.* Manet tamen differentia inter liberos extra matrimonium natos, *Vnehliche*: quod alii sint naturales, alii adulterini, alii spurii, alii incestuosi siue nefarii: idque ob effectum iuris diuersum. *Infra diff. §. 68.*

§. III.

Plane aliud est *matrimonium morganaticum*, quod ita vocatum, quia sola morgengaba absque dote seu dotalitio contrahitur: & differt a concubinatu iure Rom. quod sit indissolubile, & copula sacerdotali, etiam liberorum quærendorum caussa contrahatur: a iustis autem nuptiis dis- Matrim. ad morganat.

criminatur, quod non omnis iuris & dignitatis fiat communio cum vxore tali & liberis ex ea natis, inque eius rei iudicium copulatio sacerdotalis fieri soleat interueniente non dextra, sed *sinistra* manu. Myler. *gamolog. c. 6.*

§. IV.

Suprum. Ad iudicii ecclesiastici cognitionem pertinent quoque caussæ *stupri* simplicis siue cum promissione matrimonii coniuncti. Est autem stuprum etiam coniunctio viri & mulieris in carnem vnam, *1. Cor. VI, 15, 16.* sed nec in perpetuum, nec procreandæ sobolis caussa, sed ad breue tempus *libidinis* explendæ gratia, vel etiam *ob quæstum*: vnde duæ species, quarum vna *stuprum* simpliciter, (*a*) altera *fornicatio* appellatur: vtraque iure diuino & ecclesiastico prohibita, *Act. XV.* Chemnit. *exam. concil. Trid. p. 3.* Carpz. *l. 3. def. eccl. 72.*

(*a*) Aut & attentatum. *Regino app. 1. c. 3. l. 1. pand. de extraord. crim.* Berlich. *5. concil 38, 70.*

§. V.

compofit. amicab. Caussæ stupri & imprægnationis committi solent superintendenti vel pastori & iudici loci, vt pro matrimonio tractent, quod

quod iuri diuino consonum, *Exod. XXII. 16, 17. Deut. XXII, 28.* cum facti sint vna caro, *1. Cor. VI, 15.* aut saltem de satisfactione pro *defloratione & alimentis* transigant, & ad ratificandum transmittant. Carpz. *2: 228. sq.* Constit. elect. *Sax. 27. p. 4.* imposita poenitentia ecclesiastica, aut emigratione. Carpz. *L. 3. def. eccl. 73. fin. 85. & 91.* itemque poena carceris, relegationis, aut fustigationis. Carpz. *2: 231. & 3: 72. sqq.* non item numellarum. Idem 3: 79. dispensatio penes principem aut consistorium est. Idem. 78, 80. Diff. §. 69.

§. IV.

Compositione amicabili frustrata, *consistorium* ecclesiasticum caussam ipsam tractat, & stupratorem non possessionatum in carcere detinet, vsque dum *caueat* de iudicio sisti & iudicatum solui. Carpz. 2: 241. stupratae probationem iniungit promissi matrimonii, quae iusiurandum neganti deferre non valet. Carpz. 3. *resp. 57.* Conf. *supra tit. praeced. §. 47.* ceteroquiu tamen transigere. Carpz. *2: def. eccl. 233.* Si probat promissionem matrimonii, reus ad id compellitur. Vid. tamen H. Müller, *Vngerath. Ehe. p. 228.* & foetus *legitimatur*, vt etiam in collegia opificum recipi possit, nec statutum in contrarium valeat. Carpz. 2: 236

Cognitio caussae.

Diff. §. 15.

2: 236. Si nil probat, (a) absoluitur reus a matrimonio, condemnatur tamen ad dotationem pro dignitate & conditione ſtupratæ. *Conſt. elect. Sax. 27. p. IV.* Carpz. *2: 228. ſq* itemque ad alimentationem infantis. Idem *pr. crim. 2. q. 68.* etſi cum aliis etiam rem habuiſſe ſuſpecta ſit, modo reus ſtuprum confeſſus, etſi non impraegnationem. Carpz. 2: 232. & ſtuprata ſe a conſtupratoribus iureiurando purgauerit. Idem 2: 239. ſecus, ipſa ad alimenta tenetur, quia pater incertus. Idem *l. 3, 81.* nec dotationem petere poteſt. Idem 2: 232. Sed poteſt in abſentis bona immitti ſtuprata pro dotatione. Idem *def. 230.* nec minus pro alimentis infantis, *def. 242.* quae petere poteſt etiam poſt transactionem de defloratione. Idem 2: 242. etiam a ſtupratoris patre vel auo paterno, ſi ſtuprator nil habeat. Idem 2: 243. itemque a matris patre aut auo, ſi patris aut aui paterni copia haberi non poteſt. Idem 2: 243. ſi nec illi extant, dominus iurisdictionis ſuperioris alere tenetur. *Idem ibidem.*

(a) Pro re nata etiam iuramentum purgationis imponitur. *Cypraeus de ſponſ. c. 10. §. 18.*

§. VII.

Stupr. violent.

Violentia a ſtuprata allegata probanda eſt

eſt, veluti per teſtes, qui eam clamare audiuerint. Carpz. 2: 238, 10. aut ſi ſtatim ad iudicem de ea re conqueſta, ibidem *n. 13.* aut iureiurando, vel tortura, ibid. *n. 12.* & ad officium iudicis pertinet, non facile credere vim factam, ſed accurate examinare ſtupratam, & inquirere, anne ſuſpecta illa ſit de concubitu cum aliis, & quam vitam alias degerit. Vis probata non punitur in ſtuprata. Carpz. 2: 238. denegatur tamen *ſertum* propter publicam honeſtatem, & ad ſeruandum diſcrimen virginis illibatæ & defloratæ: itaque reſponderunt conſiſtoriales Lipſienſes *menſ. Febr. 1636.* arbitrium tamen iudicis eccleſiaſtici hanc rem moderatur. Carpz. 2: 237. Si ſponſa alterius vi compreſſa, ſponſalia ſtuprum violentum præciſe non reſcindit. *Concil. Ancyr. c. XI. cau. 27. q. 2. c. deſponſatas.* Sin ſoluta, poſt pœnam eccleſiaſticam obligatur ſtuprator ad ducendum, *can. apoſt. 66.*

§. IIX.

Altera ſtupri ſpecies, quæ *quæſtum* continet, etſi iure diuino & eccleſiaſtico prohibita, moribus tamen gentium tolerata, Gen. *XXXIIX. 16, 23. l. ancillarum ϖ. de H. P.* & nomen flagitiumque apud ædiles profeſſæ meretrices. *I. Lipſ. ad lib. 2. annal.* Fornicat.

Tacit. n. 218. Cuiac. *ad nouell. 14.* non item Saxonum. Carpz. *p. 2. crim. q. 7.* (*a*)

(*a*) Raptus. Vid. *Regin. app. 1. c. 53. ibi constitut. Otton. Imp.*

II. pand. 7. 8. 47. pand. 12. 3. C. 44. 9. C. 19. 3. x. 28. Diff. §. 43.

TIT. XIV.

De SEPVLTVRIS.

§. I.

Diuif. REum ecclefiafticarum mixti generis fpecies altera eft SEPVLTVRA, quae eft illatio hominis mortui in fepulcrum: & vel *honefta* eft, vel inhonefta: illa vel folennis, vel minus folennis. *Solennis* conftat ritibus & ceremoniis folennibus, imprimis liturgicis. Carpz. *l. 2. def. eccl. 375.* *Minus folennis* eft, quoties ius adhibendi §. 7. & 9. h. folennitates non deficit, fed fumtus, in locum tamen honeftum corpus infertur. *Inhonefta* fit cauffa cognita. Carpz, 2: 378. & vel *humana* eft, vel *canina* fiue *afinina.* Illa in locum minus honeftum vel in coemeterio femotum ab aliis, vel extra coemeterium Chriftianum feorfim cadauer infertur: hac per carnificem proiicitur in locum foedum inter cadauera facinorofo-

rum

rum aut brutorum. Carpzou. *l. 2. def. eccl. 382, 1.* (*a*)

(*a*) De iure & obligatione & cura ſepulturæ vide Auguſtinum *lib. de cura pro mortuis gerenda*, &c. *10. de apparitione animarum* ſepulturam corporum ſuporum iubentium, quam veram, ſed angelicis operationibus adſcribit.

§. II.

Vt aliarum rerum eccleſiaſticarum ſumma poteſtas, ad τὸ κύϱιον reipublicæ & eccleſiæ pertinet, ita etiam ſepulturæ ordinandæ ius & poteſtas: itaque etſi veteri iure libera fuit facultas priuatis in locis ſepeliri, reſtricta tamen illa fuit iamtum per legem Antoninam: ne vbi quis vellet fabricaret ſepulcrum. *I. Capitol. in M. Ant. phil.* & per canones porro ad loca publica, cœmeteria, & eccleſias: *c. fraternitatem 3. x. h. t.* quum reipublicæ interſit, ne paſſim ſepultis corporibus aer inficiatur putridis humoribus. Carpzou. *l. 2. def. eccl. 373. ſq. & def. 385, 1. & 394.* Ziegl. ad Lanc. *h. t.* §. *1.* Sed vid. Dn. Stryk. *ad Brunnem. 2: 2. pag. 348.*

Ius ſumm. circa ſepult.

ſupra: 7,14.

§. III.

Ius tamen eligendi ſepulcrum in aliena parœcia ſi contemtus abſit, canones non

Electio.

prohibent, *c. 1. 3, 4, 10. x. h. t.* adeo vt nec iureiurando renunciari possit, *c. 1. pr. eod. in 6.*

§. IV.

I. patron.

Etsi concessio sepulturae ad potestatem ecclesiasticam spectat, *c. vnio. cau. 10. q. 3. c. non aestimemus 19. sqq. can. 13. q. 2. c. quam in eccl. x. de simon.* nec tamen ciuilis potestas excluditur, *l. hereditas. 50. fin. ff. de H. P. l. si aliquem. ff. de off. proconf.* vnde more nostrarum ecclesiarum ad impetrandam in ecclesia sepulturam consensus patroni requiritur. Carpz. *2: 390. & decis. 289. fin.* Dn. Stryk. ad Brunnem, *2: 2. p. 347.*

§. V.

Transportatio funeris.

Etsi regulariter vbi funus celebratur, etiam humatio fieri debet. *L. XII. tab. p. 1. §. X.* ex causa tamen conceditur transportatio in alium locum, veluti ob diuersitatem religionis, datis reuersalibus: quibus opus non est, sed sufficit nuda denunciatio in iis locis, per quae funus transfertur. Besold. *thes. pract. voc. Durchführung der Verstorbenen.*

§. VI.

Quib. conced.

Cum regulariter nemini Christiano pie defuncto honesta sepultura deneganda, quum

quum honor debeatur etiam corporibus pie defunctorum. Chemnit. *exam. concil. Trident. p. 4. p. m. 3.* neque pretium pro ea exigi poteſt. *can. queſta §. peti. cau. 13. q. 2.* Vid. Zig. ad Lancell. *2. 24, 15.* præſertim a paupere. Carpz. *2. 374. ſq.* niſi pro diſpenſatione. Brunnem. *2: 2. fin.* Infra §. 14.

§. VII.

Neque deneganda ſepultura *ſchismaticis*, aut diuerſæ confeſſionis Chriſtianis, niſi pertinaces ſint in errore & ſeducant alios, & temperari poterunt ſolennitates ex arbitrio iudicii eccleſiaſtici. Carpz. *l. 2. def. 383. ſeq.* Ampl. ſupra, §. 1. h.

§. IIX.

Neque occiſis in via publica repertis. Carpzou. *2: 375.* aut inopinata vel infelici morte inuoluntarie abreptis. Idem *2: 381.* Hortled. *l. 1. de C. B. G. cap. 51. grauam. 75. alias 89.* Nec hoſti. *Exod. XXIII, 4. Matth. V, 43.* Carpzou. *2: 384, 4.* Nec infantibus ſine baptiſmo decedentibus. Regin. *1: 128. ſqq.* Art. gen. *XV.* §. 7. Item.

§. IX.

Excipiuntur qui ſibi ipſi violentas manus inferunt, vt alii deterreantur. *Concil.* Exc. 1. αὐτοχ.

Bracar. I. c. 34. Carpz. 2: 376, 10. Coll. Arg. *de bon. eor. qui ante sent. mort.* sed cadauer vel a carnifice per fenestras deiicitur, vel subter limina ædium extractum proiicitur in locum infamem, vel saltem extra cœmeterium. Carpz. 2: 376. si scilicet *ex malitia*, spe lucri forsan frustrati, vel pudore æris alieni, ne decoctores audiant: excipiuntur itaque, qui ex melancholia & animi impotentia sibi vitam demunt, in quibus voluntas & dolus cessat: remitti tamen solet aliquid de ceremoniis. Carpz. 2: 377. *sq.* Conf. C. Tacit. *annal. VI*, 29.

§. X.

2. Itemque reis in custodia mortuis, si crimen confessi aut conuicti de eo fuerint, honesta sepultura denegatur. Carpz. 2: 379.
3. *sq.* In torneamentis illicitis & pugna cum bestiis pereuntes, ob lucrum pugnantes, excluduntur a sepultura honesta, *c. 1. x. de*
4. *torneam.* Carpz. 2: 381. itemque excommunicati. *Innoc. III. l. 3. ep. 129. cap. sacris pr. x. h. t.* Art. gen. *XI.* Carpz. 2: 382.

§. XI.

5. Suspensi in patibulo moribus Germaniæ relinquuntur, nisi permissu principis aut summæ potestatis sepultura concedatur.

tur. Carpz. 1. *qu. crimin.* 137. & 3. *q.* 131. 30. Conf. *coll. Argent. de cadau. damnat.* Concil. Wormat. *c.* 10. Io. Tscherning. *de iur. mortuor. c.* 3.

§. XII.

Ministerium sepulturæ obierunt decani, lecticarii, pœnitentes, *l.* 4. *C. de SS. eccles.* Concil. Carth. IV. *c.* 81. regulariter vespillones. Vid. Fr. de Amaya *l.* 2. *obs. c.* 13. Art. gen. *Sax. elect. XV.* §. 8. in quorum defectu subditi cogi possunt ad hoc opus humanitatis & misericordiæ. Tscherning. *de iur. mortuor. c. IV.*

Qui sepeliant.

1:10, 10.

§. XIII.

Solennitates sepulturæ hodie solent esse primo ornatio corporis defuncti, abluti & contecti linteo, non velo nec palliis. *Concil. Antisiod. c.* 12. aut palla altaris, vel opertorio dominici corporis. *Concil. Arnern. c.* 3. Carpz. 2: 392. Art. gen. XV. LL. XII. *tab. l.* 14. §. 5, 6. *ff. de relig.* & *ibi A. Fab. l. seruo.* 113. §. 5. *ff. de leg.* 1. *l.* 40. §. 2. *ff. de aur. leg.* Sed honoratiores tamen vestibus indui & cum ornamentis sepeliri licet, *c. adhæc* 3. *x. de aut. & vs. pall. ibi gl.* Carpz. 2: 392. Zimmerm. *mens.* 2. 8. Vnguenta quoque adhibentur ad cohibendam pu-

Exornat.

putrefactionem. *Gen. XX. 2. Paral. 16,14. l. 37. π. de relig.* Excubiæ funeris ſine vanitatibus exercendæ. *Concil. Arel. III. c. 5.*

§. XIV.

Deductio.

Deinde deducitur funus cum comitatu. *Concil. Tolet. VII. c. 2.* Art. gen. *XV.* §. 2. & 4. Decret. *ſynod. t. 6.* §. *1.* Carpz. *2. 374.* excepto peſtis tempore. (*a*) Peragitur liturgia ſacra, adhibentur cantiones & preces. *Concil. Carth. III. c. 29.* Carth. IV. *c. 79.* Tolet. III. *c. 21.* Bracar. I. *c. 34. ſq.* Chemnit. *exam. concil. Trid. tit. de purgator.* Habetur concio vel ſermo funebris, cum encomio defuncti. Diſſentit Octauius Piſani *in Lycurg. Italic. cap. de vſu iudicii moralis.* Sumtus tamen magni & inutiles prohibentur *l. 14.* §. *6. π. de relig. & ſumt. fun.* Exerc. XXI. §. *29.* aut ſuperſtitioſi. *Concil. Turon. II. c. 16.* Paſtori honorarium accipere licet, non exigere. *Concil. Vaſenſ. c. 3. cau. 13. q. 2. c. præcipiendum 15.* Concil. Tribur. *c. 16.* ſed & exigere alicubi. Carpz. *1: 112. ſqq.* Conf. *cap. ad apoſtolic. 42. x. de ſimon.* Inſtr. pac. *art. V.* §. *34.*

(*a*) Delatio in eccleſiam. Vid. Baluz. *ad Regin. p. 580.* Königshouen *chron c. v. 87.* Luminarium adhibitio & gentibus vſitata. Plin. *l. 16. c. 37.* Ioſ. Laurent. polymath. *l. 2. diſſ. 3. p. 92.*

§. XV.

§. XV.

Sepeliendos mortuos regulariter in loco publice ad hoc destinato, *c.* 3. *x. h. t.* Conf. *Plat. l. XI. de LL. pag. 692.* seruato ordine absque respectu personarum. Carpz. 2: 393, 4. nisi superior dispenset, *c.* 2. *h. t. in 6.* Carpz. 2: 286, 2. quod honoratioribus fieri solet, vt etiam in ecclesia condantur. (*a*) *Concil. Mogunt. c.* 52. *cau.* 13. *q.* 2. *c. praecipiend.* 15. *c. cum grauia* 17. *sqq.* Carpz. 2: 389. Boxhorn. *H. V. ad A.C.* 72. *p.* 135. pro qua concessione aerario ecclesiae honorarium offertur, *c.* 42. *x. de simon.* Carpz. 2: 491, 15. & *decis.* 289. Reusner. *de simonia th.* 3. *K.* (*b*) data licentia etiam *epitaphia*, lapides, vexilla & alia monumenta erigendi. Carpz. 2: 392. quae absque consensu heredum & familiae remoueri non debent, sed amouens iniuriarum tenetur familiae defuncti, *arg. l. si statua ff. de iniur.* Paris. *vol.* 3. *consil.* 149, 13. Certa sepulcri esse *profunditas* debet, veluti trium cubitorum pro adultis, duorum pro pueris, ne cadauera a brutis eruantur, nec aer ex humoribus corrumpatur. *Art. gen. XV.* Decret. synod. §. *ingleichen.* Carpz. 2: 373. praesertim pestis tempore. Idem *def.* 394. Locus:

(*a*) Vtrum prosit alicui post mortem, quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepa-

pelitur? quæſiuit Paulinus ab Auguſtino, qui aſſerit in *lib. de cura pro mortuis gerenda. T.* IV.

(*b*) Vide *tamen Regin.* 1: 122, 224. *ſeqq ibi Baluz. p.* 557. *ſq*. S. Hieronymus *in Geneſ. pag.* 140.

§. XVI.

Tempus.

Iure Romano non licuit ante diem nonum ſepelire mortuum, *l. XII. tabb. & ibi interpp.* Noſtro vſu ſaltem non ante duodecimam horam. *Art. gen. XV.* atque *peſtis* tempore ſepultura maturanda. Carpz. 2: 394, 11. quo ipſo etiam cauſſa ſepulturæ *appellabilis* non habetur. Idem *def. ſeq.*

§. XVII.

Exhumandi ius.

Exhumatio vel ſepulcri ſaltem apertura fieri non debet ſine licentia epiſcopi vel iudicii eccleſiaſtici. *Concil. Tolet. IV. c.* 45. etſi ſepulcrum alienum ſit. Bertach. *repert. voc.* Sepult. Conceditur autem tribus potiſſimum caſibus: ſi ſepultus vſurarius manifeſtus, vel excommunicatus, vel interdictus nominatim. Bertach. *d. l.* ſed & ſuperimpoſitus ſepulcro alieno. *Concil. Matiſc. II. c.* 17. Antiſiod. *c.* 15. Sic nec transferri ſepultum corpus poteſt ſine auctoritate publica. *Concil. Mogunt. c.* 51. Forner. 3. *rer. quot. c.* 6. Carpz. 2: 386, 10.

§. XIIX.

§. XIIX.

Vt apotheosis gentilium iuri diuino est aduersa, ita inter *martyres* recensio per canones est licita. *Concil. Elib. c. 60.* Laod. *c. 34.* Et martyrum sepulcra honoranda. *Concil. Carth. I. c. 2.* & reliquiæ, quas scimus esse genuinas. *Concil. Bracar. III. c. 5.* Nicen. II. *act. 7.* Lateran. *c. 61.* Innoc. III. *l. 3. ep. 10.* Du Fresne *gloss. voc.* Martyr. Io. Mabillon. de Dodvvelli *dissert. I. Cyprino.* Chemnit. *exam. concil. Trid. p. 3. & 4.* vbi etiam de *canonisatione*, siue receptione inter *sanctos*, de quorum appellatione St. Baluz. *ad Saluian. præf. & pag. 379.* contra quam *M. A. de Dom. lib. VII. de rep. eccl. c. V.* Conf. *Nic. Papilionis episc. Aletensis tr. de fide humana.* A qua discriminant *beatificationem*, quod nec tot solennia, nec ita accuratum processum requirat, nec vniuersalem, sed solum in particulari loco determinatum tribuat honorem. Vid. Io. Fabricius *addit. in orat. inaug. de vtilit. ex itinere Ital. capienda.* (*a*) De canonizatione beatorum Antonini & Benonis *Blasius Ortizius in itinerar. Adriani VI. cap. XXX.* (*b*) Canonisat. Beatificatio.

(*a*) Decreta & ordo conficiendi processus in caus-

causis beatificationis & canonisationis sanctorum Vrbani VIII. iussu edita *Romæ 1642.*

(*b*) *A.C. 1165.* sanctissimus rex & Imperator Carolus M. Saxonum & VVestphalorum apostolus canonizatur, & præsente Friderico I. Imperatore Aquisgrani venerabiliter transfertur. *Herm. de Lerbeke chron. comit. Schawenberg. p. 505. apud Meibom. t. 1.*

DIFFE-

DIFFERENTIAE
IVRIS CIVILIS
ET
CANONICI

OLIM

IN ACADEMIA IVLIA

P. P.

postea ab

HENRICO HAHNIO

ICTO

DENVO EDITAE

recognitæ & illustratæ

A

IO. SCHILTERO.

B. L. S.

QVod & quatenus respublica & ecclesia Christiana differant, superioribus explicauimus, vtramque scilicet qua talem ab altera esse independentem: nihilominus ecclesiam tamen esse in republica, non vicissim: quum ecclesia Christiana non quâ talis, sed quatenus est societatis humanæ species, sit pars reipublicæ, respublica autem non sit pars ecclesiæ, etsi ciues singuli membra quoque ecclesiæ esse possint. Hæc quum prudentiæ & iuri ciuili, iuri item diuino & ecclesiastico veteri sint consentanea: nouum dogma pontificum Romanorum & dictatus Hildebrandinus, vt vocatur, extitit, rempublicam sub ecclesia esse. Ex quo ipso sacri vniuersalis dominatus principio deriuata postea contrarietas iuris pontificii & ciuilis, non modo quantum ad statum publicum, sed etiam in iuris priuati articulis. Ea postmodum aucta fuit per interpretes potentiæ Romanæ nimium quantum addictos: & denique in vsum fori introducta est. Quanquam autem eo ipso magno Imperii Romano Germanici diminutio contigit, ita vt a summa potestate legislatoria Imperii nostri emendatio exoptata esset: non est tamen diffitendum ius canonicum

& pontificium, si remoueas principia ista, quæ modo diximus, & rationem status pontificii, etiam in his ipsis, vbi recedit a iure ciuili Romanorum, non destitui ratione iuris, multumque iuris Romani rigorem ex æquitate naturali mitigare, ac plurimum ex moribus & vsu fori Teutonici approbare. Ex quo ipso conficitur, vsum fori ecclesiastici hactenus recte retineri, etiam in his plerisque, vbi a iure ciuili differt. Vnde complementum institutionum harum esse duxi, si per singula capita succincte explicaretur vtriusque iuris discrepantia. Etsi inter diuersos porro harum differentiarum collectores imprimis Rosbachius & Rittershusius a studiosa iuuentute cum fructu legi possunt: placuit tamen præ ceteris concinna compilatio, quam per modum dissertationis academicæ in vniuersitate IuliaChristophorus Wegnerus anno huius seculi XXXV. sub præsidio Ioach. Weccii proposuit, & postea cura magni ICti H. Hahnii aliquoties recusam dedit. Sed quum quædam in hac necessario monenda sint, breues quasdam notas adieci, quibus cupidæ canonum iuuentuti consultum fore autumo, nemini præiudicii quicquam inde oriri volo. Vale & faue.

Paul. Voet. de vsu iuris ciu. & canonici in Belgio. Vltraiecti, 1657.

DIFFE-

DIFFERENTIAE IVRIS CIVILIS ET CANONICI.

THESIS I.

VTriusque iuris ciuilis & canonici differentias iuxta methodum in digestis obseruatam tractabimus, vbi compilatores vniuersum ius in partem communem & propriam dispescunt. In communi proponuntur communia iuris, vt sunt illa, quae ad iustitiae & iuris enodationem pertinent.

EXEGESIS.

§. I. IVRIS CIVILIS, Romani, quod *κατ' ἐξοχὴν* ciuile dicitur ob vrbis Romae excellentiam, §. *2. Inst. de I. N. G. & C.* vocaturque alias *Iustinianeum*, itemque *Imperatorium* ab auctore Imperatore Iustiniano *nouell. Leon. 1.* Huius iuris Dd. appellantur *legistae*, suntque in eo perdiscendo studiosi permulti, qui nihil se consecuturos putant, nisi insenuerint, to-

tosque 7. annos & interdum plures consumserint. Lancell. *de compar. iur. vtr.*

§. II. ET CANONICI, dicti vel per *ἀντονομασίαν* & a potiore sui parte, a canonibus scilicet seu regulis ecclesiasticis, *c. 2. dist. 3.* vnde & *regulare* appellatur. Deductum est enim ex patrum regulis ad rectam viuendi normam institutis, de quibus loquitur *nou. 83.* quod leges non dedignentur sequi sacros canones: vel a toto, quia pontifices suas constitutiones omnes canonibus exaequarunt, quomodo *d. nou. 83.* Honorius II. *in c. 1. de iuram. calum.* & Innocentius III. *in c. fin. de secund. nupt.* *

* Et Panormitanus *in decretales*, i. e. Nicol. de Tudeschis Siculus, abbas Monacensis, archiepiscopus Panormitanus, cardinalis. *Vid. Guil. Caue hist. script. eccl. append. an. 1428.*

explicant. Nuncupatur alias *pontificium* ab auctoribus pontificibus. Huius iuris Dd. dicuntur *canonistae*, suntque in eo perdiscendo studiosi rari & illi qui sunt, breuissimi temporis spatio eidem incumbunt tanquam canes de Nilo bibentes. Lancell. *d. loc.* vbi in fine addit, quod aliquis quidem possit esse legista, quamuis non sit canonista, sed nullus posit esse canonista, nisi simul quoque sit legista.

§. III. DIFFERENTIAS, scitu ICtis ne-

necessarias præsertim in rebus spiritualibus, & eiusmodi caussis, quæ periculum animæ concernunt: in his enim quoties pugnant leges cum canonibus, hi potius in iudiciis tam ciuilibus quam ecclesiasticis sequendi erunt, ius namque canonicum animæ salutem respicit: aliud autem dicendum erit, quando discrepantia inter vtrumque ius occurrit in iis caussis, quæ non vergunt in dispendium salutis æternæ, nec animam concernunt: quia tum ius ciuile in terris Imperii, ius canonicum in terris ecclesiæ obseruabitur, iudexque secularis sequetur suum ius, & ecclesiasticus quoque suum. Et hoc quidem attendetur, si manifesta sit iuris dissonantia. Quoties autem alterutro iure quid expressum est, de quo controuertitur in altero, toties ea definitio expressa in vtroque foro valet, quia alterum ius per alterum suppletur, *c. 1. & 2. de oper. nou. nunc.* Wesenb. *cons. 1. n. 20.* Mynsi. *cent. 2. obs. 41.* Ceterum axioma obseruandum est, quod ab omnibus canonistis & feudistis celebrari ait Rittershus. 2. *feud. 9. q. 29.* semper ius commune obseruandum esse, nisi iure canonico & feudali reperiantur singularia quædam introducta, *c. 1. vers. strenuus 2. F. 1.* ideoque in dubio non facile vtraque iura vt pugnantia inter se sunt committenda.

§. IV. SECVNDVM METHOD. DIGESTOR. a nobis in ipsis thesibus proponendam subnexis differentiis in exegesi. Compositæ autem sunt pandectæ iuxta formam edicti perpetui, quod Iulianus fecit, & in eius compilatione ordinem processus iudiciarii obseruauit, diuidunturque in 7. partes, quarum singulæ suos libros, libri titulos, tituli leges &c. habent. Iuris canonici sunt quatuor. Prima dicitur *decretum*, habetque alias tres partes. Prima constat 101. *distinctionibus*, quæ omnes pertinent ad clericos & aliqualem habent methodum. Secunda continet *caussas 36.* inter quas trigesima tertia septem complectitur *distinctiones de pœnitentia*, in quibus nullus obseruatur ordo: sunt enim miscellaneæ quæstiones & responsiones ad easdem. Tertia pars agit *de consecratione* cuius quinque sunt distinctiones, sua constantes methodo. Secunda pars iuris canonici complectitur *decretalium* libros septem, inter quos duo posteriores, singuli alios libros quinque habent. Tertiam partem constituunt *Clementinarum* libri quinque. Quartam *extrauagantes*. Methodum in his tribus posterioribus partibus obseruatam ostendit versiculus Hostiensis:

Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen.

§. V.

§. V. VBI COMPILATORES, Tribonianus, Dorotheus, Theophilus, qui vniuersum ius, quod in D. continetur auctoritate & mandato Iustiniani Imperatoris ex veterum ICtorum & Imperatorum scriptis collegerunt, vtiliaque & necessaria excerpserunt amputatis fabulis antiquis §.3. *procem. instit.* Hoc ius postquam in desuetudinem abiisset, tempore Lotharii Saxonis Imperatoris priori splendori restitutum est, *.

* In Germania nostra in desuetudinem non abierat, nondum receptum. Quatenus vero a Lothario Imperatore productum, accuratius docet H. Conringius *de O. i. cap. XXI.*

habuitque interpretes excellentes, Irnerium, Azonem, Bartolum, Baldum, aliosque quamplurimos, sed qui plerumque intra fortunam priuatam constiterunt. Iuris canonici plures sunt compilatores, quam partes. Decretum collegit monachus quidam Bononiensis, nomine *Gratianus* ex patrum scriptis, conciliorum decretis, pontificum rescriptis & Impp. constitutionibus, seculo post Christum duodecimo. *Decretalium* quinque librorum priorum compilator fuit *Raymundus* capellanus & pœnitentiarius Gregorii IX. qui constitutiones pontificum in diuersa sparsas volumina, in

vnum corpus redegit: idem tamen ante eum præstiterunt Bernhardus præpositus, Gilbertus, & alii. Sextum decretalium librum iussu Bonifacii IIX. concinnarunt Guilielmus archiepiscopus Ebredunensis, Berengarius episcopus Biterensis, & magister Ricardus de Senis, Romanæ ecclesiæ vicecancellarius. *Septimus liber* decretalium nuperrime accessit, quem compilauit Petrus Matthæi, ICtus Lugdunensis, eumque inscripsit cardinali Caietano, sed auctoritate pontificis adhucdum destituitur. Clementinas suas ipse Clemens V. collegit, sed morte præuentus eas non diuulgauit: quod tamen fecit successor eius Ioannes XXII, qui eas sua auctoritate donauit, simulque edidit constitutiones suas & aliorum pontificum. Illæ dicuntur *extrauagantes* Ioannis XXII. Hæ extrauagantes *communes*, propterea quod vagantes essent constitutiones, & non continerentur in sex libris decretalium, quia demum post compilationem sexti libri decretalium euulgatæ fuerunt. Gregor. Tholos. *partit. iur. can. lib. 1. tit. 1. n. 22.* Habet hoc ius quoque excellentes interpretes, sed qui intra priuatam fortunam non constiterunt: promoti enim sunt ad summos honores, sicut id officiorum nomina, quibus insigniri consueuerunt, præ se ferunt, vt Hostien-

sis

ſis cardinalis, abbas, archidiaconus, præpoſitus &c.

§. VI. IN PARTEM COMM. ET PROPRIAM. Eandem generalem methodum obſeruarunt quoque iuris canonici interpretes, præterquam quod hi paulo altius incipiant. Diuidunt enim ius in diuinum & humanum: ab illo incipiunt, quia a diuinis vt dignioribus merito incipiendum, vt ait Alciat. *in tit. C. de Summ. Trinit.* & fundamentum prius ponendum, antequam ædificium erigatur. Hoſtienſ. *ad tit. extr. de conſtit.* quanquam Iuſtinianus in C. hoc non neglexerit: nam vt ipſe dicit *in nou. 6. pr.* bene vniuerſa geruntur & competenter, ſi principium fiat decens & amabile DEO: Addendum heic, *ſtylum* in iure ciuili eſſe elegantiorem, quam in iure canonico, deſumtæ enim ſunt pleræque decretales ex gloſſis iuris ciuilis, quarum locutio nota eſt. Cuiac. *ad c. conſultationem 15. de ſent. & re iud.* Sed Lancell. *in compar. iur. vtr.* ait, ſe non horreſcere linguam barbaram, modo mens non ſit barbara, vbi ſimul vehementer inuehitur in ius ciuile eiusque Dd.

§. VII. IN COMMVNI, QVAE AD IVSTITIAE, vniuerſalis ſcilicet, quæ eſt finis iuris ciuilis, quia ius ciuile intendit hominem ſeruare, quatenus eſt animal poli-

liticum, dirigitque eius actiones ad beate viuendum in republica. Iuris autem canonici finis est, non solum iuste, sed & pie viuere: quia ciuium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit, & conseruare studet hominem, quatenus est Christianus, & sic amplectitur finem iuris ciuilis, sed ita, vt interim saluti æternæ dispendium non patiatur adferri, *c. cum contingat 28. de iureiur. c. fin. de præscript.* Lancellot. *de compar. vtr. iur.* leges namque non tantum curant de periculo animæ, quantum canones, *c. sæpe de restit. spoliat.* Hostiens. *ad tit. de postul. in fin. fere.* Ex hac finium collatione noua oritur differentia, cum enim iuris ciuilis finis mere sit practicus, ipsum ius ciuile quoque tale erit, & simpliciter subiicietur ethicæ. Ius autem canonicum non est mere practicum, sed etiam speculatiuum, quia multa a theologis mutuatur, subiicieturque metaphysicæ, *

* Verius theologiæ morali: adeoque non mixta potius, quam practica, quippe iurisprudentiæ in vniuersum pars aut species.

eritque disciplina mixta. Nam vt ait Lancell. *d. l.* Canonista quasi alter Moses nunc ascendit in montem cum theologo, & ibi Domini & viuentis DEI gloriam contemplatur, nunc cum iurista descendit in castra

stra

ſtra humana, tractans neceſſitatibus populi prouidere, *arg. c. niſi 10. circ. fin. de renunc.* Vnde Hoſtienſis *in proœm. ſumm. n. 12. in fin.* comparat canoniſtam mulo, qui partem capiat ab equo, id eſt theologo, partem ab aſino, id eſt legiſta.

§. IIX. IVRIS IN GENERE. Vbi conſiderentur origo, obiectum & diuiſio iuris. *Origo* iuris ciuilis eſt ex principiis naturalibus, gentium & ciuilibus, §. *fin. inſt. de iuſt. & iur.* Iuris canonici origo in temporalibus eſt eadem, quia ſacrorum ſtatuta canonum principum conſtitutionibus adiuuantur, *c. 1. de nou. oper. nunc.* ſæpeque eccleſia iis vtitur contra hæreticos, tyrannos, atque contra prauos quosque defenditur, *c. 1. diſt. 10.* In ſpiritualibus autem originem ſuam ducit ex auctoritatibus veteris & noui teſtamenti, *c. qualiter 24. de accuſ.* conciliis tam vniuerſalibus, quam prouincialibus, ſententiis patrum, *c. canones diſt. 15.* & decretis pontificum, quæ ſic accipienda ſunt, tanquam ipſius diui Petri voce firmata eſſent, *c. 2. diſt. 19.* *

* Ita quidem Agatho papa, qui ſeculo ſeptimo vixit: ſed quo ſacri dominatus iacta iam eſſent fundamenta. Etſi autem decretalium ſua eſt auctoritas, non tamen diuina & infallibilis. Modeſtius cenſet Zoſimus papa *cau. 25. q. 10, 7.* & vetus eccleſia Gal-

Gallicana & Germanica per multa secula. Id maxime ostendunt acta Hincmari & Gerberti archiepiscoporum Rhemensium. *Vid.* Petr. de Marca *de concord. sacerd. & Imp. l. 3. c. 8. l. 4. c. 5. l. 5. c. 44. l. 6. c. 29.* M. A. de Domin. *l. 7. c. 5.*

§. IX. Obiectum iuris ciuilis sunt negotia humana, eaque vt plurimum priuata. Iuris autem canonici obiectum sunt res tam diuinæ, agit enim de sacramentis, & de omnibus quæ ad finem vitæ æternæ tendunt. Lancell. *de compar. iur. vtr. vers. materia.* quam humanæ, eæque publicæ & priuatæ. Et de priuatis quidem constat. De publicis autem hæc inter alia præcipua sunt, *

* Hi sunt illi flosculi, quibus ecclesiarum Germanicarum reformatores superiori seculo adeo offensi, vt totum ius canonicum Vulcano consecrandum censuerint aliquando. Certe hæc iuris publici principia turbarunt totam rempublicam Francorum & Germanorum. Vnde quum isthæc in excessu forte, ceteroquin in defectu peccatum, quod hæc & similia capitula in ignominiam & iniuriam Imperii perscripta, in corpore iuris canonici tolerantur, nec potius expunguntur, vt grauiter monuit optimus iuris publici interpres H. Conring. *de iudic. German. §. 7.* Certe sine debita admonitione hæc studiosæ iuuentuti proponenda haud sunt.

quod

quod imperator præstet fidelitatis iuramentum papæ, a quo coronam, ab altari vero gladium recipiat. *Clem. vn. de iureiur.* est enim Romanus pontifex a Domino constitutus super gentes & regna, *c. super. extrauag. comm. de consuet.* & Imperium Romanum ab apostolica sede in personam magnifici Caroli a Græcis est translatum in Germanos, *c. venerabilem 34. de elect.* quod Imperator pendeat ex papæ iudicio, non autem papa ex Imperatoris, & propterea papa potest Imperatorem & reges deponere, itemque excommunicare, *c. duo sunt 10. dist. 96.* quemadmodum papa Zacharias regem Francorum deposuit, in cuius locum substituit Pipinum Caroli magni patrem *c. alius 15. q. 6.* quod papa vacante imperio Imperatori succedat, *clem. pastoralis in fin. de sent. & re iudic.* quod solus papa possit conuocare concilium, *c. 1. & 3. dist. 17.* hocque ei specialiter sit indultum, *c. ideo 2. q. 6.* quod ius habeat de omnibus tam publicis quam priuatis iudicandi, nec cuiquam liceat iudicare de eius iudicio, *c. cuncta 9. q. 3.* neque vllus redarguere præsumat, etiamsi innumerabiles populos cateruatim secum duceret in gehennam, *c. si papa dist. 40.* ob hanc potestatem appellatur Deus, qui ab hominibus iudicari nequit, *in c. satis euidenter dist. 96. c.*

sacer.

sacerdotibus 11. q. 1. cuius sponsa est ecclesia, *c. quondam de immun. eccles.* vnde comparatio inter episcopalem & regiam potestatem longe inferior est, quam plumbi ad metallum auri, *c. 10. dist. 96. gl. in c. 1. verb. cœlestis dist. 22.* & septies millies, sexcenties, quadragies quater, insuperque maior est sacerdotalis dignitas regali, quia toties continetur magnitudo lunæ in magnitudine solis. Hostiens. *ad tit. qui fil. sint legit. ibi qualiter & a quo.* Papa autem gerit vicem solis, reges lunæ, *c. solitæ 6. de maior. & obed.*

§. X. DIVISIO iuris ciuilis est in publicum & priuatum, *l. 1. §. 2. de I. & I.* Illud in sacris, in sacerdotibus & magistratibus consistit. Hoc collectum est ex præceptis naturalibus, gentium & ciuilibus. Præcepta iuris ciuilis pertinent ad ius scriptum & non scriptum, *l. 6. §. 1. de I. & I.* Scripti iuris species sunt sex, *§. 3. Inst. de I. N. G. & C.* Ius non scriptum appellatur consuetudo, *§. 9. Inst. eod.* In iure scripto semper noua sanctio & noua consuetudo corrigit priorem & antiquiorem, *l. 32. §. 6. C. de appell. Nou. Leon. 30.* qua tam laici quam clerici obligantur, *L. 1. de LL.* Auth. *clericus C. de episc. & cleric.* quod tamen quoad clericos per nouam constitutionem Friderici Imperatoris *in auth. statuimus C. eod.* correctum est, *

5. Certo certius est Honorium III. eam constitutionem Friderico II. expressisse, dilata per sexennium coronatione: praeterea iusto latius extenditur illa praeter mentem & verba. *Vid. Fr. Duaren. l* VII. *de S. eccl. minist. c.* X. H. Conring. *de iudic. Germ.* §. 72.

Iure canonico ius diuiditur in diuinum & humanum, *c. 1. dist. 1.* Humanum in naturale, gentium, ciuile, militare, publicum, Romanum, *d. dist. 1. per tot.* Sed publici alia est acceptio *in c. duae, 19. q. 2.* nam ibi publica lex dicitur; quae a sanctis patribus scriptis est confirmata, vt est lex canonum: priuata appellatur, quae instinctu sancti Spiritus in corde describitur, & propterea dignior est, quam publica. Quoties autem canones sibi contradicunt, toties non nouis, sed antiquioribus standum est, *c. hoc ipsum 33. q. 2.* sed illud glossa *in c. domino sanctio dist. 50.* restringit ad constitutiones particulares & locales: Nam quando sunt generales, semper posterior praeiudicat, *c. 1. de cognat. spirit.* Legibus autem iuris ciuilis clerici non obligantur, *c. continua 11. q. 6.*

II.

In propria proponuntur media, quae in duobus consistunt: in iuris cognitione & ius obtinendi ratione.

Prius consistit in personis & rebus; Posterius in actionibus seu iudiciis.

1. 1, 8. §. XI. MEDIA, ad finem iurisprudentiæ, scilicet iustitiam ducentia: & sic ius personarum, rerum & actionum non erit obiectum iuris, quia eadem res sui ipsius obiectum esse nequit, quod contra recentiores interpretes, qui secuti notas Crispini *in §. fin. Inst. de I. N. G. & C.* tria faciunt iuris obiecta, docuit H. Schmerheim *in prælect. & disput. ad Wes.* *

* Est ambiguitas in vocabulo iuris, quod si non pro facultate morali, sed pro habitu iurisprudentiæ accipitur, vtique recte traditur huius obiectum esse ius personarum, rerumque &c. *Vid manuduct. Phil. mor. ad iurisprud. c. 1. fin.*

Prima personarũ diuisio in liberos & seruos.

§. XII. PERSONIS, sui & alieni iuris, hisque vel liberis vel seruis, *t. tit. de stat. hom. & duob. sqq.* Serui fiunt captiuitate & venditione sui ipsius, nascuntur iure ciuili tantum ex ancillis, *pr. inst. de ingen.* Iure canonico libertas & seruitus alia est spiritualis, alia corporalis. Spiritualis libertas illa dicitur, vbi spiritus Dei est. *c. 2. in fin. 19. q. 2.* Corporalis libertatis eadem est definitio, quæ de iure ciuili. Seruitus spiritualis iterum est duplex, bona & mala. Mala dicitur esse peccati, a qua seruitu-

uitute nos liberauit redemtor, *c. 68. cum redemtor. 22. q. 2.* Bona, quum reges & principes DEO feruiunt bene regendo subditos, *c. 42. si ecclesia in fin. 23. q. 4.* In corporali seruitute sunt serui facti & nati non tantum ex ancillis, verum etiam ex ingenua, quæ rem habuit cum ministro ecclesiæ, *c. cum multa 15. q. 8.* Durat hæc seruitus tamdiu, donec serui manumittantur, post manumissionem dicuntur manumittentis liberti, & quæcunque acquirunt, sibi acquirunt de iure ciuili, liberamque de iis habent disponendi facultatem §. *3. Inst. de libert.* Iure canonico liberti ecclesiæ, quæ acquirunt, non sibi, sed ecclesiæ manumittenti acquirunt, *c. de famulis 3. de seru. non ordin.* & proinde de iis non habent liberam disponendi facultatem. Quanquam autem serui manumissi sint, tamen ob ingratitudinem in seruitutem possunt reuocari, *tot. tit. C. de libert. & eor. liber.* Iure ciuili ingrati non sunt, si arte sua contra voluntatem patroni vtantur, *l. fin. de obseq. par. & patr.* Iure canonico liberti ecclesiæ id facientes ingrati sunt, *c. eo libentius 6. de seru. non ordin.* Seruis *

* Rectius filiisfamilias. *Vid. exerc. ad pand.* XXVII. §. 91.

comparantur monachi, qui monasterium

ingressi de iure ciuili nihil retinere possunt, *auth. ingress. C. de SS. eccles.* Iure canonico aliquid retinere possunt & id concedere loco præbendæ, *c. tua nos 34. de simon.*

Supra 1: 11, 7. Iure ciuili monachi eligentes abbatem, debent iurare se scire ipsum esse fide rectum, vita castum, gubernatione dignum &c. *Nou. 123. c. 34.* quod iure canonico non obseruatur, *c. quid propter. 42. de elect.*

Liberi naturales. §. XIII. Liberi homines alieno iuri subiecti sunt filiifamili... Filiorum alii sunt naturales, alii legitimi. Naturales vt & spurii, item alias illegitime nati iure ciuili ab officiis & honoribus publicis non excluduntur, quia delictum patris filio nocere non debet, *l. 2. §. nullum 7. l. spurii. 6. l. generaliter 3. §. spurios 2. de decur. l. 22. C. de pœn.* Iure canonico excluduntur, *c. infamibus. 87. de R. I.* quia eiusmodi sunt infames infamia facti, *gloss. d. c.* Possunt autem naturales legitimari, sed ad legitimationem requiritur ipsorum consensus de iure ciuili, *nou. 89. c. 11.* de iure canonico non requiritur. Bachou. *ad Treutl. vol.*

Legitimati *1. disp. 2. th. 6. lit. C.* Modi legitimationis tres sunt: subsequens matrimonium, rescriptum principis, oblatio curiæ, *§. fin. Inst.*

Nou. 74. *de nupt.* quibus addidit Iustinianus quartum *in auth. item siue legitimus C. de natur. lib.* si naturales in testamento a patre fa-

facto appellati fuerint filii & designati successores hereditatis. Iure canonico duo tantum sunt legitimandi modi: subsequens matrimonium *c. 1. qui fil. sint legit.* & rescriptum principis, vel papæ, *c. per venerabilem 13. eod.* In locum oblationis curiæ successis ingressus in monasterium, illegitime enim natus, si ingrediatur monasterium, promoueri potest ad ordines sine dispensatione, *c. 1. de fil. presbyt.* non autem aut honores ecclesiasticos, *c. fin. eod.* Iure ciuili legitimati in emphyteusi ecclesiastica & in feudis succedere nequeunt. Anton. *disp. feud. 5. th. 6.* Iure canonico possunt. Bachou. *d. th. 6. lit. F.* & hoc in hodierno iudiciorum vsu quoad legitimatos per subsequens matrimonium obseruari testantur Rosenth. *de feud. c. 7. q. 18. n. 11.* Rittershus. *de feud. c. 13. q. 3.* Vult. *de feud. c. 9. n. 94.* Obr. 2. *feud. 15. n. 18. & sqq.* Adoptiui liberi non sunt proprie liberi, ad naturæ tamen similitudinem legis beneficio pro liberis sunt, & adoptione seu adfiliatione liberi constituuntur. Sunt autem duæ de iure ciuili adoptionis species: arrogatio & adoptio in specie sic dicta. Henning. Wegner. *in analys. ad tit. Inst. de adoption. in pr.* Iure canonico adoptio appellatur legalis cognatio, *tot. tit. de leg. cogn.* constituiturque noua adoptionis Adoptio

ſpecies compaternitas, *c. ita diligere 30. q. 3.* a qua originem ducit ſpiritualis cognatio, *tot. tit. de ſpirit. cognat.* quæ nec iuri ciuili eſt incognita, *l. 26. verſic. videlicet C. de nupt.* Legitimi liberi dicuntur, qui ex iuſto & legitimo matrimonio ſuſcepti ſunt, *pr Inſt. de nupt.* qui de iure ciuili patrem ſequuntur, *l. 24. de ſtat. hom.* Iure canonico matrem. Cujac. *ad c. vn. de nat. ex lib. vent.* Rittersh. *de diff. iur. lib. 2. c. 7.* Manent liberi legitimati, adoptiui & legitimi in poteſtate parentum, donec ſui iuris fiant, quod de iure ciuili poteſt contingere 9. modis, *t. tit. Inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolu.* vbi ſex recenſentur, ſeptimus eſt epiſcopalis dignitas & quilibet honor filium a curia liberare valens. *Nou. 61.* octauus, ſi parens inceſtas contraxerit nuptias, *auth. inceſtas nuptias. C. de inceſt. nupt.* nonus, ſi pater leno neceſſitatem peccandi filiæ impoſuerit, *l. 12. C. de epiſc. aud. l. 6. C. de ſpectat.* Iure canonico ſuperadditur decimus modus, *legitima ætas*, quæ eſt in feminis 12. annorum, in maribus 14, *c. puella 20. q. 2.* Sacerdotium autem iure canonico filium e poteſtate patris non liberat, neque id canoniſtæ communiter probare poſſunt, *per c. indecorum de ætat. & qual.* Diſſ. Rosbach. *de diff. iur. lib. 1. tit. 2.*

Legitimi.

Modi ſolutionis patriæ poteſtatis.

§. XIV.

§. XIV. Et hæc eſt prima diuiſio perſonarum in liberos & ſeruos: iam aliquid dicendum de ſecunda vtrique iuri quoque non incognita, qua perſonæ diuiduntur in laicos, clericos & homines mixtos, qui nec ad laicos nec ad clericos proprie referri poſſunt, quales ſunt milites hoſpitalarii ſancti Iohannis Hieroſolymitani. Gregor. Tholoſ. *partit. iur. can. lib. 2. tit. 8. c. 2.* Laici dicuntur omnes *mundani, l. 55. §. 1. C. de epiſc. & cleric.* & ſeculari conuerſationi deditì, *l. 56. pr. C. eod.* appellantur etiam *idiotæ 1. Cor. 14, v. 16. Nou. 6. c. 1. §. 2. Nov. 137. c. 6.* eſtque iis conceſſum vxorem ducere, terram colere, temporalia poſſidere, inter virum & virum iudicare, cauſſas agere, oblationes ſuper altari deponere, decimas reddere, vt ait Hieronymus *in c. duo ſunt genera 12. q. 1.* & ſub hac appellatione comprehenduntur omnes quoque Imperatores & reges, *c. tua 25. c. dudum 31. de decim.* Clerici illi dicuntur, qui mancipati ſunt diuino officio, deditique contemplationi & orationi, *d. c. duo ſunt.* prohibetur illis audire ius ciuile *

Secunda perſonarum diuiſio in laicos. & clericos.

* Vid. Rittersh. *diff. I C. & can l. 7. c. 1.* H. Conring. L. *antiq. acad. circa fin.*

vt & phyſicam, nec non medicinam, quia præcepta medicinæ ſunt diuinæ cognitioni

contraria, *c. contraria 21. de consecrat. dist. 5.* debentque contenti esse studio iuris canonici & theologiæ, *c. fin. ne cler. vel mon. secul. negot.* Poetas, historicos, paganosque scriptores legère possunt, sed non nisi bona intentione, *c. legimus 7. dist. 37.* Laicis quoque interdictum fuit ab Honorio III. docere ius ciuile in Francia, *c. super 28. de priuil. & excess.* Vtrisque autem tam laicis quam clericis prohibitum est disputare de rebus diuinis. *

* Vid. Rittersh. *l. 6. c. vlt.*

sub graui pœna, quæ de iure ciuili est arbitraria, *l. 4. C. de summ. Trinit.* de iure canonico est excommunicatio, *c. 2. §. inhibemus. de hæret. in 6.*

Clericorum nouem ordines. §. XV. Clericorum ordines sunt nouem. Omnium primus est episcoporum. Vocabulum autem episcopi heic non tribuendum est iis, qui præsunt pani & ceteris rebus venalibus ad quotidianum victum comparatis, *vt in l. 18. §. 7. de muner.* sed iis, qui gerunt curam animarum. Ordo horum episcoporum est quatripartitus, id est in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis, & episcopis in specie sic dictis, *c. 1. §. ordo vero dist. 21.* Inter patriarchas primus est papa seu pontifex Romanus, qui non

non puri hominis, sed veri Dei gerit vicem in terris, *c. quando de transl. episc.* vnde eum dictum vult gloss. *in praef. Clem.* a papae admirandi interiectione, quod vere sit admirabilis, allegatque versus cuiusdam Anglici:

Papa stupor mundi, peragis qui maxima rerum,
Nec Deus es, nec homo, quasi neuter es inter vtrumque.

Dicitur esse caput omnium sanctissimorum Dei sacerdotum, *l. 7. pr. C. de summ. Trinit.* tantumque praestat Imperio, quantum spiritus carni, & sol lunae, *c. solitae, de maior. & obed.* imo in administratione est maior apostolo Paulo, quia est loco Petri, *c. 25. quoniam vetusto. 24. q. 1.* qui fuit Paulo maior in administratione, *c. 25. puto. 2. q. 7. c. in nou. 2. dist. 21.* Hostiens. *de rescript. n. 11.* & quemadmodum legum originem anterior Roma sortita est, ita & summi pontificatus apicem apud eam esse nemo est qui dubitet. *Nou. 9. pr.* quod expressa sanctione Iustiniani Imperatoris *in nou. 131. c. 2.* confirmauit, dicens: sancimus sanctissimum senioris Romae papam primum esse omnium sacerdotum, beatissimum autem archiepiscopum Constantinopoleos nouae

Romæ secundum habere locum post sanctam apostolicam senioris Romæ sedem, aliis autem sedibus omnibus præponatur. Sed hunc primatum Romanæ ecclesiæ non ab Imperatoribus neque vlla aliqua synodo, sed ab ipso Christo institutum esse dicit papa Gelasius, *c. 3. dist. 21.* & tamen Gregorius hoc superbæ appellationis verbo vniuersalis scilicet papæ insigniri noluit, *c. 5. dist. 99.* *

* De primatu papæ *vid. Cl. Salmas. & D.* Blondell. *de la primauté en l'eglise.* Et nos *de lib. eccl. Germ. 1:9, 9. sqq.*

Habet papa suos assessores, qui dicuntur cardinales, quasi cardines omnium ecclesiarum & qui seruiunt vniuersæ ecclesiæ, *c. execrabilis extrauag. comm. de præbend.* hos papa appellat fratres suos, quia in executione officii sacerdotalis coadiutores ipsi adsistunt, *c. fundamenta 17. de elect. in 6. c. quam graui. 6. de crim. fals.* Primum post papam locum habet patriarcha Constantinopolitanus, *de nou. 131. c. 2, 3. dist. 22.* Alexandrinus secundum, qui ante fuerat omnium patriarcharum primus, *c. c. dist. 21.* Antiochenus tertium, qui quondam quoque fuit primus, *Act. 11. v. 27. c. rogamus 24. q. 1.* Hierosolymitanus quartum *Nou. 123. c. 6.* dist. 21. *c. antiqua de priuil. & excess. c.*

de-

definimus 3. in fin. de summ. Trinit. in 7. Archiepiscopus est summus episcoporum, tenetque vicem apostolorum, & præsidet tam metropolitanis, quam ceteris episcopis, *d. c. 1. dist. 21.* eorum nonnulli dicuntur primates, vt in Germania archiepiscopus Magdeburgensis, in Italia Venetus & Aquileiensis, in Hispania Toletanus. Metropolitani dicuntur, qui singulis prouinciis præeminent, quorum auctoritati & doctrinæ ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet episcopos, *d. c. 1. dist. 21.* Episcopus est, qui superintendit, scilicet curam gerens subditorum *d. c. 1.* Et hi sunt quatuor ordines primi episcoporum ordines. Secundus ordo est presbyterorum, qui quandoque sub nomine episcoporum comprehenduntur, vt *in c. 24. dist. 93.* Tertius ordo est diaconorum. Quartus subdiaconorum. Et hi quatuor ordines dicuntur maiores. In minoribus quinque sunt ordines, I. est acolytorum II. exorcistarum, III. lectorum, ad quos referuntur psalmistæ seu cantores. Canis. *in summ. iur. can. lib. 1. tit. 5.* IV. ostiariorum, & denique V. clericorum primi gradus, quibus prima tonsura confertur, *c. 11. extr. de ætat. & qual.*

§. XVI. Omnium horum ordinum definitiones & officia proponuntur *in c. 1. dist.*

dist. 21. & explicantur latius a Gregor. Tholos. *partit. iur. can. lib. 2. tit. 9. c. 2. 3. & seqq.* vbi quoque enumerat dignitates in ecclesiis collegialibus & monasteriis receptas. Heic adiiciendæ sunt quædam iurium differentiæ. Primæ est, quod iure ciuili episcopus anno ætatis 35. vel etiam 30. ordinari debeat iuxta *nou. 123. c. 1. §. 1. Nou. 137. c. 2.* nec presbyter eo iure minor 35. annis fieri quis permittitur, nec diaconus aut subdiaconus minor 25. nec lector minor 18. nec diaconissa minor 40. annis, *de nou. 123. c. 13.* Diss. Rittershus. *de diff. iur. lib. 7. c. 3.* vbi dicit, quod iure ciuili quis possit esse episcopus natus 25. annos. Iure canonico 30. annos episcopus & presbyter habere debent, *c. cum in cunctis 7. de elect. c. 1. & 2. dist. 78.* Verum Clemens *in clem. fin. de ætat. & qual.* constituit, vt quis libere in decimo octauo ætatis anno ad subdiaconatus, in vigesimo ad diaconatus, & in vigesimo quinto ad presbyteratus ordines promoueri debent. Leo autem X. voluit, clericos, qui præsient ecclesiis: 27. annos habere debere, qui autem monasteriorum curam gererent 22, *c. cum pia de elect. in 7.* Secunda differentia est, quod laici iure ciuili episcopum eligere possint & ius suffragii habeant, *nou. 123. c. 1.* Iure canonico nec habent ius eligendi, nec suf-

ſuffragiorum, *c. 51. de elect.* ius tamen præſentandi habent, *tot. tit. de iur. patron.* Iure ciuili laicus eccleſiæ cuiusdam patronus, ſi ſuæ eccleſiæ præſentauerit indignum, priuatur iure præſentandi, iubeturque epiſcopus alium præſentare, *nou. 123. c. 18.* Iure canonico non priuatur, *c. cum nos. 4. de offic. iudic. ordin.* *c. cum in cunctis 7. de elect.* Iure ciuili pro receptione ad ſacros ordines, itemque pro ſcriptura licet aliquid dare, datumque licite accipitur, *nou. 123. c. 3. §. pro conſuetudinibus.* Iure canonico acceptio pecuniæ, quæ fit vel pro ſacerdotio ipſo vel pro eius acceſſoriis, eſt illicita, quia incidit in crimen Simoniæ, *c. 4. ſicut. 1. q. 2.*

§. XVII. REBVS, *§. 1. Inſt. de R.D.* Eſt & alia rerum diuiſio in corporales & incorporales. Illæ dicuntur, quæ tangi poſſunt, hæ quæ tangi nequeunt, qualia ſunt ea, quæ in iure conſiſtunt, *§. 1. & 2. Inſt. de reb. corpor. & incorpor.* Iure canonico rerum aliæ ſunt ſpirituales, aliæ temporales, aliæ mixtæ, Lancell. *in Inſt. lib. 2. tit. 1.* Spiritualium iterum aliæ ſunt corporales, aliæ incorporales. Incorporales dicuntur virtutes & dona Dei. * Supra, 2, 1, 1, 1.

* De his ego *in Iurispr. Chriſt. c. 7. ſq.*

Corporalium aliæ ſunt ſacræ, aliæ ſanctæ,

ctæ, aliæ religiosæ. Res sacræ non tantum dicuntur ædes sacræ & donaria. *

* Imagines an & quatenus sanctæ dici possint, docet St. Baluz. ad *Agob. lib. de imag. pag. 89.*

rite DEO dicata, vt de iure ciuili. §. 8. *Inst. de R. D.* sed etiam 7. sacramenta, quæ a Lancell. *d. lib. 2. tit. 2. inst. iur. can.* distinguuntur in voluntaria & necessaria. Necessaria sunt quinque: baptismus, confirmatio, pœnitentia, euchariſtia. extrema vnctio.

* Necessaria tantum sunt duo, baptismus & euchariſtia. Reliqua haud æque sacramenta dicuntur, qua de re theologi.

Voluntaria sunt duo, ordo sacer & matri-
2. monium. Temporales ecclesiæ res dicuntur, quæ alienari possunt, si id ecclesiæ vtilitas postulet & consensus clericorum ac-
3. cedat. Mixtæ dicuntur decimæ tam prædiales quam personales, ius enim decimandi spirituale est, & fructus decimarum sunt temporales. Lancellot. *de lib. 2. tit. 22.* Eleemosynæ pauperibus i. e. DEO dicatæ, Matth. 25.

III.

Iudiciorum consideranda 1; præ-limi-

liminaria. 2: ea, quæ in ipſo iudicio fiunt. In præliminaribus ſolet quæri 1: de competentia magiſtratus, cuius officium & poteſtatem litigantes ſcire debent. 2: de citatione & actionis editione. 3: de impedimentis, quæ ingreſſui litis obſtant.

§. XIIX. COMPETENTIA MAGISTR. extra territorium enim ius dicenti impune non paretur, *l. fin. de iurisd. l. fin. C. ſi a non comp. iud. l. 53. C. de decur.* Vnde actor reum in ius vocaturus, iudicem competentem adire debet. Poteſt autem iudex fieri competens inter alia etiam partium prorogatione, cum iurisdictio de perſona in perſonam prorogatur, quod iure ciuili facere licet cuiuis, *l. 1. & 2. de iudic.* Iure canonico clericis id regulariter prohibitum, *c. non liceat 3. q. 6. c. ſignificaſti, 18. de for. compet.* Imo omnino interdictum, *c. P. & G. 40. de offic. iud. deleg.* Iure ciuili clericus beneficio ſuo, quod coram alio, quam iudice eccleſiaſtico conueniri nequeat, renunciare poteſt, *l. 7. C. de epiſc. iud.* Iure canonico non poteſt, *c. 12. de for. compet.* Fit enim iure ciuili iudex competens ob contractum, *l. 19. & ſq. de iudic.* quod de iure canonico non nihil

hil est immutatum, *c. 1. §. contrahentes. de for. compet. in 6.* Iure ciuili clericus laicum in caussa pecuniaria coram laico iudice conuenire debet, *d. l. si quis. 7. C. de episc. aud.* Iure canonico coram episcopo, *c. 9. de for. compet.*

§. XIX. OFFICIVM IVD. explicatum *a tit. de senat.* vsque ad *fin. lib. 1. ff.* vbi vid. Wes. *in parat.* Officium magistratus ecclesiastici exponunt Canis. *in summ. iur. can. lib. 1. tit. 16. & seqq.* & Gregor. Tholos. *partit. iur. can. lib. 2. tit. 9. c. 2. & seqq.* Iure ciuili archiepiscopus extra ecclesiam pallio suo vti potest, sicut proconsul insignibus suis extra prouinciam suam, *l. 1. de off. procons.* Iure canonico archiepiscopus non potest, *c. 1. & 5. de auct. pall.* Iure ciuili aliud est officium iudicis, cui mandata est iurisdictio, aliud est iudicis dati seu delegati, *l. 5. l. properandum 13.* §. *1. C. de iudic. l. vn. C. qui pro sua iurisd.* Ille non tantum caussæ nudam notionem sed etiam executionem habet, omniaque agit, quæ ipse mandans agere potuisset, *l. 1. de off. ei. cui mand. est iurisd.* Hic nudam saltem facti notionem habet, *l. 5. de re iudic.* eiusque sententiam exequitur magistratus, qui ipsum dedit, *l. 15. pr. eod.* alio nomine pedaneus appellatur, quia ad pedes magistratus superioris sedebat & iubebatur

batur, poſtquam partes coram prætore caufſam propoſuiſſent, de controuerſia iudicare, *tot. tit. C. de pedan. iudic.* vbi Cuiac. Donell. 17. *comm. 21.* Hinc orta illa iuri Romano cognita diſtinctio, agere in iure, agere in iudicio: illud fiebat coram prætore, hoc coram iudice pedaneo. Weſemb. *in parat. de offic. prætor. in fin. & ad tit. de iudic. n. 14.* Fuerunt & alii iudices, dicti pedarii, *

* De *pedariis* iudicibus fallit auctor. Nec enim iudices fuerunt, qui dicti pedarii, ſed ſenatores. Vid. Gell. *l. 3. c. 18.* Neque de his, ſed de pedaneis iudicibus loquitur, *d. l. 3. §. 1. ne quis eum qui in ius voc.* quidni enim reus ad pedaneos vocari potuerit? etſi non in ius, ſed in iudicium.

quod pedibus in ſententiam ſuperiorum magiſtratuum irent, eamque pluralitate ſua confirmarent, ad quos reus potuit vocari, *l. 3. §. 1. ne quis eum qui in ius vocat.* ad pedaneos enim vocari non potuit, *l. 7. de reſtit. in integr.* Weſ. *in parat. de in ius voc. n. 3:* Iuri canonico hæc diſtinctio eſt incognita, idemque eſt iudex datus & is cui mandata eſt iuriſdictio, idcirco vterque ſub nomine iudicis delegati comprehenditur, *tot. tit. de offic. & pot. iud. deleg.* Hinc iuriſdictio alia ordinaria, alia delegata, *c. fin. de ſent. & re iudic.* Bocer. *claſſ. 6. diſt.*

2. n. 13. Gregor. Tholoſ. *partit. iur. can. lib. 5. tit. 1. c. 3. & ſqq.* Iure ciuili cuiuis non facile delegantur cauſſæ, ſed ſaltem iudicis conſiliariis, qui ſunt exploratæ fidei, *nou. 82. §. 2.* Iure canonico liberius permittitur delegatio, *c. 28. §. item cum ea. de off. iudic. deleg.* Iure ciuili delegatus iudicis exequi poteſt ſuam ſententiam, *l. vn. C. qui pro ſua iurisd.* *

* In iſta quidem lege parum ad rem: & res ipſa varie inter Dd. agitata. Vid. Menoch. *de arb. quaeſt. 74.* Vmm. *diſp. ad proceſſ. 6lt. n. 5.*

Iure canonico non poteſt *c. in literis c. paſtoralis 28. quia vero. de offic. deleg.* Bachou. *ad Tr. vol. 1. diſp. 3. th. 2. lit. c.*

§. XX. POTESTATEM conſiſtentem in iurisdictione, mero & mixto imperio, *l. 1, 2. & 3. de iurisd.* Iure ciuili conceſſione pleniſſimæ iurisdictionis venit imperium mixtum, non merum: quia hoc non iure magiſtratus, ſicut illud, ſed ex ſpeciali legis conceſſione, competit, & propterea delegari nequit, *l. 1. §. 1. de offic. ei, cui mand. eſt iurisd.* Iure canonico ſub nomine pleniſſimæ iurisdictionis vtrumque imperium continetur & delegari poteſt, *c. quod ſedem 10. de offic. iudic. ordin. vbi* Panorm. *per c. ſuffraganeus 11. de elect. c. aqua 9. de conſec. eccl. vel alt. c. licet. de offic. vic. in 6.* Bart. *de*

de diff. iur. n. 19. Iure ciuili, qui extremum quod in iurisdictione eſt, non fecerit, punitur, *l. 1. ſi quis ius dic. non obtemp.* Iure canonico illa diſtrictio & rigor in rebus & perſonis eccleſiaſticis non requiritur, *c. 1. de dol. & contum.* Iure ciuili Imperator dominus orbis eſt, *l. 9. ad l. Rhod. de iact.* Iure canonico *

* non veteri, & orthodoxis in conciliis conſtituto, ſed nouo, decretalibus epiſtolis pontificum Romanorum, Gregorii VII. ſucceſſorum adinuento.

eſt pontifex, *gl. in c. vn. verb. in quibuslibet mundi partibus, de ſtat. regul. in 6. per c. 17. cuncta per mundum 9. q. 3.* ideoque omni humanæ creaturæ imperat vtroque gladio, ſpirituali & temporali, *c. 1. in extrauag. comm. de mai. & obed.* Spiritualis, ſacerdotis eſt: temporalis, quanquam ſit in manu regum & militum, ad nutum tamen & patientiam ſacerdotis regitur: quo gladio vtendum eſt, vbi ſpiritualis non timetur, *c. poſtulaſti. 21. de homicid. c. ad abolendum x. de hæretic.* Secundum hæc accipiendus eſt *c. 6. inter hæc. 33. q. 2.* ſanctam Dei eccleſiam mundanis nunquam conſtringi legibus, & non habere alium gladium quam ſpiritualem, præter quem, nec ipſum papam alium vſurpare poſſe, quoad execu-

tionem scilicet, ait Bartol. *de diff. iur. n. 146.* *

* Imo peruertitur orthodoxia Nicolai I. cui etiamnum in seculo XI. adstipulatur Petrus Damiani, epistola ad Firminum episcopum. *Inter regnum*, inquit, *& sacerdotium propria cuiusque distinguantur officia: Vt rex armis Vtatur seculi, & sacerdos accingatur gladio spirituali, qui est Verbum DEI.* Itaque nouum dogma de vtroque gladio non nisi auctoritate demum Bernhardi, Gregorii IX. & Bonifacii IIX. defendere potest Baron. *ad A. C. 1049.* Vid. Hugo Floriacensis de regia potestate & sacerdotali dignitate, qui claruit A. C. 1120. editus primo a St. Baluz. *lib. 4 miscell.* Adde sis *de lib. eccl. Germ. l. 3. c.* XI, *23. sq.*

§. XXI. DE CITAT. eiusque speciebus in ius vocatione, & citatione in specie sic dicta. In ius vocatio olim fieri poterat auctoritate priuata, *l. 2. l. 11. l. 19. l. 21. de in ius voc.* quod tamen iure nouissimo *nou. 112. c. 2. §. si vero*, vt & iure canonico moribusque nostris, *clem. pastoralis de sent. & re iudic.* in vsu esse desiit. Bocer. *class. 6. disp. 13. n. 40. & sqq.* Citatio sic in specie dicta fit vel priuatim ad domum, vel publice per praeconem, vel tubam, vel campanam, vel edictum. Wes. *in parat. de in ius vocan. n. 13.* Iure canonico citatio per edictum regulariter fieri nequit. Panormit. *in c. gratum 28. n. 3. de offic.*

offic. iud. deleg. & in clem. 1. de iudic. Felin. *in c. quoniam. §. porro col. 1. & sex. sqq. vt lit. non contest.* Vid. *hist. concil. Trid. P. Suau. pag. 588.* Iure ciuili iudicium incipit a litis contestatione, non a citatione, quemadmodum & litis contestatio iurisdictionem perpetuat, *l. 15. de procur. Nou. 112. c. 3. §. 4.* Iure canonico incipit *a citatione*, quæ quoque iurisdictionem perpetuat, *c. gratum 20. de offic. iud. deleg.* *

* Non vero instantiam, sed actionem pristinam a tempore citationis & interruptæ præscriptionis. *Vid. Brunneman. ad C. l. fin. de prascript. 30.*

Iure ciuili ad totam caussam vna sufficit citatio, quod quoque in camera obseruari dicunt Mynſ. *cent. 4. obs. 33.* & Gail. 1. *obs. 51. n. 10.* Iure canonico vna non sufficit, sed trina requiritur, *c. consuluit. 24. & ibi canonistæ de off. iud. deleg. clem. sæpe de V. S.* Præterea circa citationem notandum, ne fiat in diem incertum aut feriatum, aut intra dilationum tempus, alias iure ciuili non valebit: quia certus dies, quo citatus se sistere debeat, exprimendus, *l. 115 pr. vbi gl. de V. S.* vel si facta sit ad diem feriatum citatus comparere non tenebitur, *l. fin. C. de fer.* Iure canonico non refert dies certus exprimatur, an incertus in cita-

tione, *c. eos. 22. in fin. de sent. excomm. in 6.* an fiat in diem feriatum vel non: quia etsi citatus die feriato comparere non teneatur, die tamen feriarum sequente se sistere debet, *c. cum dilecti de dol. & contum.* In camera hæc solet obseruari clausula: compareas tali die, quod si ille non sit iuridicus, compareas die sequenti. Gail. 1. *obs. 51.* Iure ciuili dilationum tempora sunt certa, *l. 1. C. de dilat.* Iure canonico sunt arbitraria *c. quoad consultationem. 15. de sent. & re iudic. c. oblatæ. 57. §. licet. de appell.* secundum hoc ius canonicum pronunciatur in camera. Gail. 1. *obs. 91. n. 13.*

§. XXII. ACTIONEM, quam de iure ciuili actor edere tenetur, vt sciat reus, an cedere an contendere debeat, & si contendendum putet, cognita actione instructus veniat *l. 1. de eden.* Iure canonico actionem in libello exprimere non tenetur, factum tamen tam clare proponendum est, vt ex eo ius agendi colligatur, *c. dilecti 6. de iudic.* Possunt autem vtroque iure actiones in vno eodemque libello cumulari, *l. 11. de iurisd. l. 22. de iudic. c. 2. & ibi gl. in verb. expressum. c. 3. de causs. poss. & propriet.* Diss. Rittershus. *de diff. iur. lib. 5. c. 15.* negans iure ciuili plures actiones in eodem libello cumulari posse, secutus Charondam, *3. vers. 7.* Obrecht. *de formand. libell.*

bell. c. 23. n. 4. & *sqq.* Iure ciuili in libello plus petens vel re, vel loco. vel tempore patitur damnum in solutione sportularum: quarum triplum soluere tenetur aduersario, *§. 33. inst. de action.* iure canonico plus petens re, tenetur expensas soluere aduersario, loco plus petens tenetur ad interesse, tempore plus petenti duplicantur induciæ, *c. vn. de plus petit.* Iure ciuili post libelli oblationem dantur reo induciæ 20. dierum, vt interea deliberet, an velit cedere, an contendere. *Nou. 53. c. 3.* Iure canonico tempus est arbitrarium, *c. dilectus 11. vbi gl. de procur. c. cum sit Romana. 5. de appell.*

IV.

Impedimentum oritur vel parte altera inuita, vel vtraque consentiente. Illud fit ob remedia partim ordinaria, partim extraordinaria. Ordinarie opponuntur exceptiones, vel ratione personarum litigantium, quod super re controuersa pacti fuerint aut transegerint: vel ratione personarum iis adsistentium, vt quod aduocati non sint personæ honestæ, procuratores non habeant manda-

 tum,

tum, negotiorum gestores sint calumniatores. Extraordinarium remedium est restitutio in integrum. Hoc impedimentum, quod ex consensu partium oritur, est, si litigantes in arbitrum compromittant.

§. XXIII. EXC. PACTI. Pacta sunt vel nuda vel non nuda. Ex nudo pacto iure ciuili actio non nascitur, *l. 45. de pact. l. 10. C. eod.* Iure canonico nascitur, quia ius diuinum inter iuramentum & simplicem loquelam non distinguit, *c. iuramenti 22. q. 5. c. 1. & 2. vbi canon. de pact.* Wes. *in parat. de pact. n. 9.* Diss. Rittershus. *de diff. iur. lib. 3. tit. 1.* Iure ciuili pactum filiae cum patre, vt dote contenta nullum ad bona paterna habeat regressum, non valet, quia pactum de succedendo alteri improbatur, *l. 61. de V. O. l. 4. C. de inutil. stipul.* *

* At tale pactum non est de succedendo, sed de non succedendo, adeoque renunciatio: verior igitur ratio est, quod successio, cum sit iuris publici, pactis nec dari, nec immutari debeat. *Vid. H. Pistor lib. 4. q. 5.* Iure Saxonico tale pactum valet etiam non iuratum, *lib. 1. a. 13.* Exerc. *ad pand.* IIX. §. 30.

quod

quod ita verum eſt, vt etiam non valeat, quamuis iuramento ſit confirmatum, *l. fin. vbi Dd. C. de pact.* Gail. *2. obſ. 125. n. 2. cum ibid. alleg.* Iure canonico eiusmodi pactum filiæ cum patre iuratum valet *c. quamuis. de pact. in 6.* Pacta non nuda vel ſunt legitima vel adiecta. Legitimorum ſunt quatuor: conſtitutum, hypotheca, dos & donatio. Reliqua, quæ recenſent Dd. vt pactum de vſuris argentario ſoluendis. *Nou. 136. c. 4.* de vſuris ex pecunia ciuitatum præſtandis, *l. 30. de vſur.* de traiectitia pecunia, *l. 5. §. 1. l. 7. de naut. fœn.* de vſuris ex rebus fungibilibus, vino, frumento, oleo, *l. 12. C. de vſur.* pacta legitima non ſunt, ſed vel adiecta, vel exceptiones a regula, qua dicitur vſuras non deberi, niſi ex ſtipulatione, *l. 24. de præſcr. verb.* Iure ciuili pacta adiecta bonæ fidei contractibus, ſi illis cauſſam dederit dolus, ſunt ipſo iure nulla: ſtricti autem iuris contractibus adiecta ſubſiſtunt, *l. dolo. 5. C. de inutil. ſtipul. l. 30. de V. O. l. 5. C. de reſcind. vend.* Iure canonico pacta adiecta tam contractibus ſtricti iuris, quam bonæ fidei, ſi iis dolus cauſſam det vel interueniat, ſunt nulla. Bald. *c. 1. de plus petit.* Rittersh. *de diff. iur. lib. 3. c. 9.*

§. XXIV. TRANSEG. Iure ciuili de crimine pœnam capitalem inferente licet

transigere, *l. transigere. 18. C. de transact.* Iure canonico de nullo crimine licet transigere, quia nullum crimen eo iure capitaliter punitur, *c. 30. his a quibus. 23. q. 8. c. sententiam. 9. ne cler. vel mon. c. in archiepiscopatu. 4. de raptor.*

§. XXV. ADVOCATI, gloriosæ vocis munimine confisi laborantium spem, vitam posterosque defendunt, *l. aduocati 14. C. de aduoc. diuers. iudic.* in eorum numerum non indistincte quiuis adsumuntur, sed saltem personæ honestæ, exclusis infamibus & reliquis postulare prohibitis *in l. 1. §. 6. de postul. l. si quis aduocatorum. 5. l. pen. & vlt. C. eod.* præter quos iure canonico ab hoc officio remouentur quoque excommunicati, *c. 17. excommunicatos cum c. seq. 11. q. 3. c. exceptionem 12. de except.* episcopi, qui nec pro se in foro ciuili (secus in ecclesiastico) nec pro aliis postulare possunt, *c. 3. quia episcopus. 5. q. 3. c. fin. de iuram. calum.* item qui audiuerunt leges Parisiis, *c. specula. 28. de priu. & excess. c. non magna. 3. in fin. c. fin. ne cler. vel mon.*

§. XXVI. HONESTAE. Infames enim vt modo dictum, patroni caussarum esse nequeunt, *c. infames 5, 3. q. 7.* Iure cano-

nonico *infamia, vid. Duar. §. vlt. fin.* est duplex, alia iuris canonici, qua afficiuntur peccatores, qui in barathrum delabuntur, nisi eis sacerdotali auctoritate subuentum fuerit, *c. 3. illi. 6. q. 1.* alia iuris ciuilis, de qua in *d. c. infames 3. q. 7.* quæ huius est loci. Iure ciuili non solum mulier intra annum luctus ad secunda transiens vota, infamis est, sed etiam is, qui talem mulierem ducit, *l. 11. §. 1. & §. 4. de his qui not. infam. l. 15. C. eod.* Iure canonico nec mulier eiusmodi, nec eam ducens fit infamis, *c. super illa. 4. de secund. nupt.* Iure ciuili non omnis periurus est infamis, *l. 2. C. de reb. cred. l. 2. de crim. stellion.* quanquam a testimonii dictione repellatur, *l. 2. l. 3. §. 5. de testib.* Iure canonico omnis periurus est infamis, *c. 17. & seq. 6. q. 5.* Iure ciuili non de crimine damnatus est infamis, *l. 17. de publ. iudic.* Iure canonico omnis, quia eo iure omne crimen infamat, *c. 9. constituimus 3. q. 5.*

§. XXVII. PROCVRATOR. Iure ciuili vniuersitas non constituit procuratorem, sed actorem siue syndicum, *l. 1. & tot. tit. quod cuiusque vniu. nom.* Bartol. *de diff. iur. n. 2.* Iure canonico nihil interest, quocunque tandem nomine alterius negotia gerens appelletur, quia eo iure administrator

tor venit appellatione procuratoris, *c.8.saluator. 1. q.3.* Hinc dicit Hostiens. *tit. de procur. n. 1. fere in fin.* quod nil obstet siue dicatur procurator, siue syndicus, siue œconomus, siue asinus, siue etiam nullum nomen exprimatur, dummodo de mente constituentis liqueat, *c. cum venissent 2. de in integ. restit. c. petitio 9. de procur.* Iure ciuili infamis potest esse procurator. *§. fin. inst. de except.* Iure canonico distinguitur, vt pro ecclesiasticis personis procurator ignominiosus non admittatur, sed tantum pro laicis & secularibus. Panorm. *in c. Imperatorum.8. de iuram. calum.* Wes. *in parat. de procur. n. 4.* Iure ciuili excommunicatus potest esse procurator. Nam excommunicatio animam & iura spiritualia non temporalia concernit, excommunicatus autem manet ciuis. Bachou. *ad Treutl. vol. 1. disp. 9. th. 2. lit. c. in fin.* Iure canonico non potest esse, *c. intelleximus. 7. de iudic. c. post cessionem. 7. de probat. c. decernimus. 8. de sent. excomm. in 6.* Iure ciuili minor 25. annis, maior tamen 17. potest esse procurator ad lites, *§. 5. Inst. quib. ex causs. man. non lic.* Henning. Wegn. *in analys. inst. ad d. §. 5.* Iure canonico non potest esse, *c. qui generaliter. 5. §. fin. de procur. in 6.* Panorm. *in c. non iniuste. 14. eod.* Iure ciuili mulier nequit esse procu-

cu-

curatrix, *l.18. C.de procur. l.2. de R.I.* Iure canonico poteſt eſſe, *c. cum dilectæ 4. vbi gl. in verb. procuratricem de confirm. vtil. vel inutil.* Iure ciuili tutor aut curator ante litem a ſe conteſtatam procuratorem facere nequit, *l.74. de procur. l. neque tutores. 11. l. nulla. 23. C. eod.* Iure canonico prælatus, qui eſt eccleſiæ curator, etiam ante litem a ſe conteſtatam procuratorem conſtituere poteſt, *c. petitio. 9. de procur.* Iure ciuili procurator debet habere mandatum ſpecialiſſimum pro petitione reſtitutionis in integrum. Dd. *in l.vn. C. etiam per procur. in integ. reſtit.* Iure canonico ſaltem ſpeciale, *c.ſuſcitata.6. & ibi* Panorm. *n.5. c. ſeq. de reſt. in integr. c. 4. §. fin. de procur. in 6.* Rittershuſ. *de diff. iur. lib.5. c. 12.* Iure ciuili negligentia procuratoris nocet domino, quia lite conteſtata, perſona domini amplius in conſiderationem non venit, ſed omnia perinde tractantur, atque ſi negotium ad ipſum procuratorem pertineret, *l. 10. C. de procur. l. 13. C. mand.* Iure canonico non nocet, *c. cum veniſſent c. vbi gl. de reſtit. in integr.* Iure ciuili fertur ſententia in eum, qui litem conteſtatus eſt, ſiue ille ſit dominus ſiue procurator *l. nihil. 20. C. de procur. l.1. C. de ſent. & interloc. omn. iud.* Iure canonico fertur ſententia in procuratorem, etiamſi domi-

minus sit litem contestatus, *c. constitutus 6. de relig. dom.* vbi Panorm. dicit, de hoc multum dubitare legistas, *c. 1. de procur. in 6.* Hostiens. *in sum. tit. de procur. n. 11.* Vtroque autem iure procurator tenetur appellare, quamuis appellationem prosequi non cogatur, *l. 17. C. de procur.* Est enim appellatio de appendicibus primæ instantiæ, *l. 31. §. 2. de neg. gest. c. non iniuste 14. de procur.* Iure ciuili morte mandantis post litem contestatam a procuratore non extinguitur mandatum procuratoris, *l. si defunctus 15. de procur.* Iure canonico morte ecclesiæ rectoris, procurator pro eadem ecclesia constitutus desinit esse procurator, non obstante litis contestatione ab ipso facta, *clem. de fin. procur.*

§. XXIIX. NEG. GEst. Iure ciuili quod non meo nomine ab alio gestum est, ratum habere non possum, *l. si vi me. de vi & vi arm. arg. l. item si cum putaui 5. §. 1. de neg. gest.* Iure canonico possum, *c. fi. 16. q. 1.*

§. XXIX. CALVMNIAT. quales sunt, qui pecuniam, vt alicui negotium facerent vel non facerent, acceperunt. Paul. *lib. 1. sent. c. 5.* Est autem calumniari in ciuilibus per mendacium & calumniam agere vel excipere, ad negotium alicui malitiose faciendum, *tot. tit. C. de iumm. propt. cal.*

cal. dan. in criminalibus est falsa crimina intentare, *l. 1. pr. ad SCt. Turpill.* quod iure ciuili etiam is facit, qui temere seu calore iracundiæ peruenit ad accusationem, vnde talis punitur licet minus, *l. 4. C. de adult.* quia infirmitas animi malorum mores non excusat, *l. 1. C. si adu. delict.* Iure canonico non punitur, quia inconsultus calor vitio calumniæ caret, *c. si quis iratus c. si quem pœnituerit 2. q. 3.* Confer. *nou. Leon. 96.*

§. XXX. RESTIT. IN INTEGR. ob metum, dolum, minorennem ætatem, status mutationem, iustam absentiam, alienationem iudicii mutandi caussa factam. Iure ciuili quæ metu gesta sunt, non sunt ipso iure nulla, alias non opus foret restitutione. Iure canonico sunt ipso iure nulla. Panorm. *in c. de muliere. 6. c. cum veniens 13. & seqq. de sponsal. c. significauit 2. de eo qui dux. in matrim.* Wes. *in parat. quod met. causs. n. 1. in fin.* Iure ciuili iuramentum vi metuve extortum est ipso iure nullum, nec indiget absolutione, *auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.* Iure canonico eiusmodi iuramentum ipso iure valet, ideoque indiget absolutione, *c. 8. ibi: clerici qui coacti ministerium de iureiur.* Bachou. *vol. 1. ad Tr. disp. 11. th. 4. lit. B.* Iure ciuili is, cui metus illatus est ha- Metus.

habet actionem aduersus omnes, ad quos quid de suo peruenit, *l. 16. §. 2. quod met. causs.* est enim actio quod metus caussa in rem scripta, *l. 9. §. 6. l. 14. §. 2. eod.* Iure canonico prædicatores, eleemosynam a violentis detentoribus porrectam de ablatis bonis restituere non tenentur, *c. cum voluntate 54. de sent. excomm.* ratio ibi assignatur, quia eam voluntate dominorum

Dolus. accepisse præsumuntur. Iure ciuili dolus semper præponderat culpæ, *l. 11. pr. ad l. Aquil. l. 226. de V. S.* Iure canonico non semper, *c. cum dilectus & ibi gloss. in verb. ad fatuitatem, de his quæ vi met. causs.* Iure ciuili semper ob magnam & euidentem calliditatem actio de dolo datur, *l. 7. §. fin. de dol.* Iure canonico non semper, non in caussa matrimonii, *c. veniens 16. c. dudum 20. de conuers. coniug.* non spiritua-

Minores. libus, *c. constituit 20. q. 3.* Minoribus comparantur ecclesiæ, *l. 4. C. ex quib. causs. mai.* & quemadmodum minores de iure ciuili intra quadriennium restituuntur contra completam præscriptionem, *l. fin. C. de temp. in integ. restit.* ita quoque ecclesiæ de iure canonico, quia habent iura minorum, *c. 1. & 3. de in integr. restit.* Iure ciuili impuberes contra contractum iuratum restituuntur. Iure canonico non restituuntur. Bachou. *ad Tr. vol. 1. disp. 11.*

th.

th. 9. lit. c. per text. & Dd. ibi alleg. Iure ciuili minoribus & ecclesiis restitutio contra libertatem non datur, *c. 39. etsi. 12. q. 2.* Prioris status mutatio seu capitis diminutio de iure ciuili est triplex, maxima, media & minima *pr. Inst. de cap. min. l. 11. eod.* Iure canonico eiusmodi status mutationis genera incognita sunt. Rosbach. *de diff. iur. lib. 1. tit. 1. in fin.* * Capitis diminutio.

* Vide tamen *c. qualiter. 24. x. de accusat.* vbi Innocentius I. in concilio generali constituit: vt criminalis accusatio, quæ ad *diminutionem capitis*, id est degradationem intenditur, nisi legitima præcedat inscriptio, nullatenus admittatur. Saxo *lib. 1. iur. prouinc. art.* XLIIX. Omnes illegitimi & *capite diminuti*, neque in suis actionibus, neque in eorum duellis tutores habere possunt. Germanicus textus: *Die sich Rechtlos gemacht haben*, h. e infames. *Vid. gl. Landr. 1. art. 51.*

Ob mutationem status, veluti si quis adoptatus vel emancipatus fuerat, prætor olim ita restituebat, ac si illa adoptio vel emancipatio facta non fuisset, *l. 2. de cap. minut.* hodie autem restitutio illa non est in vsu: quia non patitur capitis diminutionẽ adoptatus vel emancipatus, sublataque sunt solennia illa emancipationum. Wes. *in parat. de cap. min.* Absentia iusta non ea tantum Absentia.

est, quæ est necessaria, qualis est eorum, qui reipublicæ caussa absunt, sed ea etiam, quæ est probabilis, vt est eorum, qui cognitionis & studiorum gratia peregrinantur, *l. 26. §. fin. ex quib. causs. maior. c. consultationibus. 10. de off. & potest. iud deleg.* quæ quoque est priuilegiata, *auth. habita C. ne fil. pro patr.* Rosbach. *de diff. iur. lib. 3. tit. 24. n. 5. & sqq.* quanquam de iure canonico ii, qui absunt ratione studiorum, in loco, vbi nullum vel minus competens exercitium studiorum est, priuilegia non habent, nec beneficia percipiunt, *c. tuæ fraternitatis. 12. de cleric. non resid.* Iure ciuili cessio actionum non præsumitur simulata, nec iudicii mutandi caussa facta: dolus enim non præsumitur, sed probandus est, *l. per diuersas. 22. l. sq. C. mand.* Iure canonico omnis cessio quam recipit clericus a laico præsumitur simulata & in fraudem facta, *c. ex parte 2. & ibi gloss. in verb. a præsumtione. de alien. iud. mut.*

Alienatio iudicii mutandi caussa facta.

§. XXXI. COMPROMIT. ad fugiendas iudiciorum moras & sumtus, ceteraque incommoda declinanda, *l. 3. §. 1. de recept. arbit.* vbi notandum, quod ob latiorem vocabuli *receptorum* acceptionem subiiciatur *tit. de iis rebus, quas nautæ, caupones, stabularii, custodiendas receperunt.* Wes. *in parat. naut. caup. stabul.* Iure ciuili mulier

lier arbitra esse nequit: quia arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt, *l. 1. de arbitr. l. fin. C. eod.* mulier autem iudex esse nequit *l. 2. de R. I.* Iure canonico potest esse, *c. dilecti 4. de arbitr.* Iure ciuili ordinarius iudex non potest sumi arbiter super illa] re, cuius est iudex. *Nou. 86. l. 9. §. si quis 2. de recept. arb.* Iure canonico potest, *c. cum tempore 5. de arbitr.* Iure ciuili nemo ita potest fieri arbiter, vt partes iuramento se obstringant, illius laudo se parituros: Nam arbiter pœnam statuere debet, qua præstita licet parti recedere ab eius laudo, *auth. decernit. C. de recept. arb.* Iure canonico potest fieri arbiter cum partium iuramento, *gloss. in c. 2. cum tempore. 5. & c. 10. eod.* Iure ciuili arbitri a partibus electi ob suspectum iudicem non solum de caussis recusationis iudicis recusati cognoscunt, sed etiam de principali negotio. Specul. *tit. de recus. §. fin. n. 1.* Iure canonico cognoscunt tantum de caussa recusationis, quæ si iniusta sit, ad eundem iudicem principalis quæstio redit, si iusta, tum de ea cognoscit vel superior iudex, vel etiam alius. Rittershus. *de diff. iur. lib. 5. c. 8.* Iure ciuili arbitri super caussa restitutionis incidenter arbitrari possunt. *l. fin. c. vbi & ap. quem cognit. l. 1. in fin. C. de ordin. iudic.* sicut & iure cano-

nico. Bachou. *ad Tr. vol. 1. disp. 11. th. 1. lit. C.* Iure ciuili arbitri electi quibusdam absentibus arbitrari nequeunt: omnes enim arbitrari debent, *l. 17. §. 2. l. 18. de recept. arb.* Iure canonico maior arbitrorum pars arbitrari potest, dum tamen absentes per præsentes fuerint vocati, *c. fin. eod. in 6.* Iure ciuili sententia arbitri nudo pacto & sine pœna assumti non aliter valet, quam si per partes litigantes approbetur, *l. pen. C. d. arbitr.* Iure canonico indistincte valet, etiamsi non approbetur, *c. per tuas 9. eod.*

V.

Ea quæ in ipso iudicio fiunt, pertinent ad caussas publicas & priuatas. Priuatarum aliæ ciuiles, aliæ criminales, finiunturque vel in prima vel secunda instantia. De ciuilibus proponuntur tituli generales & speciales. Speciales agunt, vel de proprie ciuilibus, vel de prætoriis iudiciis. Proprie ciuilia sunt realia, personalia, & ex his mixta. De realibus & mixtis agitur principaliter & secundario.

§. XXXII. Dicendum heic de personis

nis iudicium constituentibus & partibus iudiciorum. Personæ iudicium constituentes sunt actor, reus, & iudex. Iure ciuili ratione patriæ potestatis nullam litem patri filius intentare potest, nisi ob peculium castrense vel quasi, *l. lis nulla. 4. de iud. l. 6. pr. vers. exceptis castrensibus. C. de bon. quæ lib.* Sed nec hoc, nisi speciali venia iudicis impetrata, *l. generaliter. 13. de in ius vocan.* Iure canonico filius potest. *c. 36. quæritur, & ibi gl. 2. q. 7. c. 14. prohibentur. 2. q. 1. gloss. in c. 42. si ecclesia. 23. q. 4.* Bart. *de diff. iur. n. 177.* quod consuetudine licet pessima receptum hodie conqueritur Rosbach. *de diff. iur. lib. 3. tit. 5. n. 6.* vbi dicit hoc esse testimonium certum huius vltimi tristissimi seculi. Iure ciuili filius sine permissu patris non habet personam standi in iudicio, *l. 8. in fin. pr. C. de bon. quæ lib.* excepta caussa legationis & studiorum, *l. si longius. 18. §. 1. de iudic.* Iure canonico in caussis spiritualibus habet, *c. si annum. fin. de iudic. in 6.* Iure ciuili consensus partium potest legitimare minorem 18. annis, vt sit iudex, *l. 57. de re iudic.* Iure canonico non potest, *c. 41. de offic. deleg.* Bachou. *ad Tr. vol. 1. disput. 12. th. 7. lit. E.* Vtroque autem iure iudex ordinarius potest recusari, *l. apertissimi. 16. de iudic. auth. & consequenter. C. de sent. & interloc. omn.*

Actor & reus.

Iudex.

iud. c. si quis contra. 4. de for. compet. c. cum special:. 61. de appellat. Sed alio modo & effectu, vt vel caussam mandare cogatur, *arg. prætor. 17. de iurisd.* aut superior adeatur & alius iudex ab eo petatur, *arg. l. vn. C. si quac. præd. potest. Nou. 96. c. 2. Nou. 53. c. 3. §.* Bachou. *ad Tr. de disp. 12. th. 11. lit. H.* Diff. Bartol. *de diff. iur. n. 26.* dicens, quod de iure ciuili ordinarius recusari nequeat, sibi tamen contrarius *in n. 167.* Gail. 1. *obs. 33. n. 1.* Rosbach. *de diff. iur. lib. 3. tit. 3. n. 3.* Sic etiam vtroque iure caussa recusationis coram arbitris non solum proponenda, sed & probanda est, *l. 16. cum auth. si vero contigerit. l. fin. C. de iudic. d. c. 6. c. 41. de appell.* Diff. Rittershus. *de diff. iur. l. 5. c. 8.* Iure ciuili iudex pedaneus initio negotii duos aureos & in fine alios duos aureos a partibus accipere potest. *Nou. 82. c. 9.* Iure canonico clericis id interdictum, *c. cum ab omni. 10. de vit. & honest. cleric.* Iure ciuili iudex, si publicis occupationibus impediatur, litem apud se agitandam, initio, id est in contestatione audit & rursus in medio semel, in fine autem omnia relegere debet, quæ agitata & probata sunt, & sic ferenda sententia: cetera potest committere consiliariis, *auth. ad hæc. C. de iudic.* Iure canonico potest totam caussam aliis vel coniunctim vel diui-

diuisim audiendam mandare, *c. super 27. de off. & pot. iud. deleg.* idque prout placuerit non tantum consiliariis suis, sed libere cuiuis, *c. pastoralis. 28. eod.* Iure ciuili iudex de emergente quæstione iudicat, licet alias eius cognitio ad ipsum non pertineret, quod fit ob caussarum continentiam, *l. quoties. 3. C. de iudic. l. si idem. 11. de iurisd.* Iure canonico iudex laicus de emergente caussa ecclesiastica iudicare nequit, sed eam ecclesiastico iudicio remittere debet, suspenso interim iudicio principali, *c. tuam 3. de ordin. cognit. iuncto. c. lator. 5. c. caussam. 7. qui sint legit.* Iure ciuili iudex regulariter caussas triennio finire debet, *l. 13. §. 1. C. de iudic.* Iure canonico etiam vltra triennium extendere potest, *c. venerabilis. 20. eod.* & vocat hanc differentiam maximam Bartol. *de diff. iur. n. 25.* Diss. Rittershus. *de diff. iur. lib. 5. tit. 1.* vbi tamen ait, nostram sententiam vbiuis fere locorum vt & in camera obseruari. Mynf. *cent. 1. obs. 51. & cent. 2. obs. 48.* Iure ciuili iudex dolo malo inique iudicans tenetur parti læsæ ad litis æstimationem & refusionem expensarum, insuperque notatur infamia, & in triplum eius quod recipit punitur; in duplum autem, quod ei promissum, sed nondum datum est, *auth. nouo iure, & l. seq. de pœn. iud. qui male*

iudic. Iure canonico tantum per annum suspenditur & parti læsæ ad æstimationem litis condemnatur, *c. 1. de sent. & re iudic. in 6.* Partes iudicii præcipuæ sunt litis contestatio & sententia, *l. 1. C. de lit. contest. l. 55. de re iudic. l. 15. rem rat. haber.* Wes. *in parat. de iudic. in 6.* Iure ciuili litis contestatio est necessaria in omnibus causis, *§. 4. in fin. verb. litis contestatæ tempore. Inst. de interd. l. 20. de accus. l. fin. C. vt int. cert. temp.* Iure canonico litis contestatio non est necessaria in caussis matrimonii, electionis & quibusuis summariis, *c. ad hæc Deus. 1. c. quoniam. 5. §. porro. vt lit. non contest.* Iure ciuili lite non contestata testes in iudicio criminali non recipiuntur, *l. absentem. 5. de pœn. l. absentem. 6. C. de accus. l. quicunque. 2. C. de requir. reis.* Gail. *1. obs. 92. n. 12.* Iure canonico recipiuntur, *d. c. quoniam. §. porro. vt lite non contest.* Rosbach. *de diff. iur. lib. 3. tit. 13. n. 1.* De altera parte iudicii scilicet sententia agetur *in th. 14.*

Partes iudicii.

VI.

Quando de realibus iudiciis agitur principaliter, tum considerantur ea, quæ vere & secundum quid talia sunt. Iudicia vere realia diuiduntur

tur in vniuersalia & singularia. Singularia pertinent ad res corporales & incorporales. Secundum quid realia dicuntur iudicia, quæ quandam cum realibus habent affinitatem.

§. XXXIII. VNIVERSALIA, quo pertinent querela inofficiosi & hereditatis petitio ciuilis, prætoria & fideicommissaria, quæ vltima non est prætoria, sed ciuilis, est enim ex SCto. §. *restitutæ. 3.* & §. *seq. Inst. de fideic. hered.* Diss. Wesenb. *in par. de fideicom. hered. pet. n. 1.*

§. XXXIV. CORPORALES. In quibus habemus dominium vel directum vel vtile: quæ dominii diuisio, etsi quoad verba in iure non reperiatur, attamen quoad sententiam & mentem in illis extat. Bachou. *ad Tr. vol. 1. disp. 15. th. 1. lit. G.* Directum iterum est vel verum vel quasi. Ob verum datur rei vindicatio, ob quasi datur Publiciana. Vnde dominium habet emphyteuta. Est autem emphyteusis contractus iuris gentium, non ciuilis. Bachou. *ad Tr. vol. 1. disput. 29. th. 9. lit. B.* Diss. Wes. *in par. si ag. vect. pet. n. 3.* Iure ciuili dominus potest emphyteutam expellere, si canonem ecclesiæ debitum intra bienni-

um non solverit, *auth. qui rem huiusmodi C. de SS. ecclesf. l. 2. C. de iur. emphyt.* Iure canonico conceditur emphyteutæ purgare moram cum celeri satisfactione, *c. fin. de locat. conduct.*

§. XXXV. INCORPOR. seruitutes scilicet, quarum aliæ dicuntur personales vt vsusfructus, vsus & habitatio, aliæ reales, & eæ iterum diuiduntur in vrbanas & rusticas. Iure ciuili transeunti per agrum alienum non licet euellere spicas aut comedere vuas, nisi ei, qui seruitutem sibi constitutam habet, *l. per agrum. 11. C. de seruit. & aq.* Iure canonico licet, etiamsi non habeat seruitutem, *c. discipulos. 26. de consecrat. dist. 5.*

§. XXXVI. REALIB. AFFIN. qualia sunt ea, quæ ratione damni nobis competunt. Wes. *in parat. si quadr. paup. fec. dic. n. 1.* Infert autem damnum vel bestia vel homo, & hic vel liber vel seruus. Ob damnum a libero illatum datur actio legis Aquiliæ, itemque actio de eiectis & effusis: a seruo damnum datum petitur actione noxali. Iure ciuili si plures hominem vulnerauerunt, ille saltem actione legis Aquiliæ tenetur, qui ita vulnerauit, vt vulneratus ex vulnere mortuus fuerit, ceteri liberantur, *l. 11. §. 3. ad L. Aquil.* Iure canonico omnes sunt homicidæ, omnesque ad pœni-

ni-

nitentiam agendam obligantur, *c. si quatuor. fin. 23. q. 8.* Iure ciuili si dubium sit, an ex vulnere mortuus sit is, qui læsus est, non tenetur vulnerans actione legis Aquiliæ, *l. 15. §. 1. ad L. Aquil.* Iure canonico tenetur, *c. ad audientiam. 12. de homicid.* Iure ciuili licet cuilibet pro defensione rerum suarum aliquem occidere, si aliter se tueri nequeat, *l. 4. ad l. aquil. l. 1. C. vnde vi.* Iure canonico clericis id non licet, *c. suscepimus. 10. vbi gloss. de homicid. c. 1. nimium. 23. q. 8.*

VII.

Quando de mixtis iudiciis agitur principaliter, tum ea referuntur vel ad fines vel res communes. Communio est bonorum in & extra hereditatem. Bona quæ sunt in hereditate, actione familiæ ercifcundæ, bona extra hereditatem, communi diuidundo diuidi petimus.

§. XXXVII. Mixta iudicia dicuntur quadrupliciter: alia enim tendunt ad rei & pœnæ persecutionem, *§. 19. Inst. de action.* alia sunt in rem scripta, *l. 7. C. de reuoc. don.* in aliis potest quis simul acto-

ris

ris & rei personam sustinere, *l. 37. §. 1. de O. & A.* alia oriuntur simul ex iure in re seu dominio, & simul ex iure ad rem seu obligatione, vt sunt hæc quatuor : petitio hereditatis, finium regundorum, familiæ erciscundæ & communi diuidundo iudicia. De hereditate agetur *in th. 13.* Iure ciuili fines præscribi possunt, *l. fin. C. fin. regund.* Iure canonico fines diœcesium præscribi nequeunt, *c. 4. quicunque. 16. q. 4. c. super eo. 4. de paroch.* Iure ciuili in familiæ erciscundæ iudicio hoc receptum non est, quod frater maior natu diuidat, minor eligat. Wes. *in par. famil. ercisc. n. 6.* sed hoc iure canonico receptum est, *c. 1. de paroch.* Iure ciuili pactum ne fiat diuisio non valet, *l. 14. §. 2. comm. diuid.* ne iuramento quidem confirmatum : nemo enim vlla ratione in futurum sibi ipsi, quo minus mutare licet voluntatem, legem dicere potest. Bachou. *ad Tr. vol. 1 disp. 19. th. 14. lit. I.* Iure canonico valet, quia seruari potest absque dispendio salutis æternæ.

IIX.

Iudicia realia & mixta tractantur secundario per paralipomena pertinentia ad iudiciorum vel præparatio-

tionem, vel informationem, vel ad supplementum legis Aquiliæ finium regundorum & rei vindicationis.

§. XXXIIX. AD IVDIC. PRAEPAR. vt est actio ad exhibendum, itemque interrogatiuæ actiones. Illa magnam habet vtilitatem in rei vindicatione, *l. 1. ad exhib.* Hæ olim proponebantur, quando nesciebatur, quo iudicio quid esset petendum: tum enim interrogabatur reus, quo titulo possideret, vt vel confitendo vel mentiendo se oneraret *l. 2. 3. 4. de interrog.* Wes. *in par. eod.* Hodie autem actio ad exhibendum non est in vsu, nam eius loco mandata compulsatoria petuntur: quæ tamen in effectu coincidunt cum ad exhibendum actione. Sic quoque interrogatoriæ actiones antiquatæ sunt: quia quæ hodie ex confessione aduersarii eliciuntur post litem contestatam per positionales, non valent ad fundandam intentionem, sed probationem habent: quod etiam obseruatur in camera. Gail. *1. obs. 79. & seqq.* Ceterum iure Saxonico etiam positionales seu articuli in vso esse desierunt. Fuchs. *de diff. iur. ciu. & Saxon. 48. & 49.* *

* Non omnino desiisse interrogationes in iure, constat ex *can. indicantem. 11. can. 30. q. 5.* qua

5. qua de re latius *ad pand. exerc. VI. §. 5. & XXI. §. 5.* Add. rec. Imp. *de A. 1654. §. 41. fin. & 49.* vnde & hoc patescit, etsi libellus articulatus abrogatus est, *positiones* tamen manserunt, h. e. repetitio libelli per articulos ad probationem directos resoluti ad hoc, vt reus eo clarius ad eos respondeat.

§. XXXIX. INFORMAT. *vt tit. de quib. reb. ad eund. iud. eat.* huc referri posset materia fori competentis, de qua aliquid dictum *sup. tit. 3. pr.* quot modis autem forum sortiamur tractat Rosbach. *de process. iur. tit. 3.*

§. XL. SVPPL. L. AQVIL. quo referendi *tituli, de seru. corr. de fugit. de aleat.* Iure ciuili torneamenta non sunt prohibita, quemadmodum aleæ: quia torneamentum est genus lusus, quod fieri solet virtutis caussa, *l. 2. §. 1. de aleat.* & si eques equitem occiderit, non tenetur actione legis Aquiliæ, *l. 7. §. 4. ad l. Aquil.* Iure canonico torneamenta omnino sunt prohibita, occisisque in illa denegatur sepultura, *c. vn. de torneam.* Sic quoque iure ciuili athletæ laudantur, *l. 4. de his qui not. infam.* Iure canonico vituperantur, eorumque vita & ars sagina esse dicitur, eosque nihil aliud cogitare, quam de carnibus & ructu & veneris ingluuie, *c. natalis. 29. dist. 5. de consecrat.* *

*Vid.

* Vid. omnino Carpz. *decif. 296.* L. Engel. *C. I. can p: 3. lib. 6. t. 14.*

§. XLI. FIN. REG. quod pertinet *tit. fi menf. falf. mod. dix.*

§. XLII. REI VIND. Huc fpectant *tit. de relig. & de mort. infer.* Iure ciuili vnusquisque pro fua auctoritate & voluntate locum religiofum facere poteft inferendo mortuum, *l. 6. §. religiofum. 4. de R. D. §. 9. Inft. eod. l. 1. §. 7. de mort. infer.* Iure canonico hoc nemo propria auctoritate facere poteft, fed auctoritas & confecratio epifcopi requiritur, *c. adhæc. 4. de relig. dom. tot. tit. de fepul.* Iure ciuili ornamenta cum corporibus condi non debent, *l. 14. §. 5. de religiof. l. 113. §. fin. de leg. 1. l. fin. §. fin. de aur. arg. legat.* Iure canonico archiepifcopus cum pallio fepeliri debet, *c. 2. de auctorit. & vf. pall.* Iure ciuili homines non in vrbe, fed extra vrbem funt fepeliendi, *l. 12. C. de religiof.* Iure canonico in vrbis templo vel cœmeterio, *c. 19. non æftimemus. 13. q. 2.* Iure ciuili nusquam reperitur, quod duorum coniugum corpora in eodem fepulchro fint reponenda: fed iure canonico hoc præcipitur ob rationem hanc, quod quos Deus coniunxerit, homo feparare non debeat, *c. Ebron. c. feq. 13. q. 12.* Si autem mulier plures habue-

buerit maritos, & non elegerit ſepulturam, tum debet cum vltimo viro ſepeliri, *c. vnaquaque. 13. q. 2. c. is qui habet. de ſepul. in 6.* Ita iubentur eligere liberi ſepulturam in loco parentum ſuorum, *c. 1. de ſepult. c. 7. placuit. 13. q. 2.* item inquilini eligentes ſepulturam reſpicere debent eccleſiam parochialem, vbi ſacramenta participauerunt, *c. 2. de ſepul.* habetque eccleſia parochialis de mortuo alibi ſepulto ius ſuum, id eſt, canonicam portionem, *c. eccleſias. 13. q. 1.* quod ſi autem inquilinus voluerit alibi ſepeliri, funus deferendum eſt prius ad propriam eccleſiam, in qua miſſa haberi & ſic vltimum vale ab ea recipere debet, *gloſſ. in clem. dudum. verb. integre. de ſepult.*

IX.

Perſonalia iudicia diuiduntur in veros & quaſi contractus. Veri conſiderantur in ſe & ſuis acceſſoriis. Conſiderati in ſe diuiduntur in nominatos & innominatos. Nominati iterum in reales & conſenſuales. In realibus aduertimus ad obligationem & compenſationem. Obligamur vel per noſmetipſos vel per alios. Per noſmetipſos in mu-

tuo,

tuo, commodato & pignore, in quibus locum habet compensatio.

§. XLIII. MVTVO Vero vel quasi. Iure ciuili licet quid stipulari supra mutuum ad legitimum tamen modum, *l. cum vltra 9. C. de non num. pecun.* Iure canonico non licet, quia quod supra sortem est, vsura est, quæ eo iure omnino prohibetur. *c. consuluit. 10. de vsur.* Iure ciuili debitor non habet exceptionem non numeratæ pecuniæ vltra biennium, *tot. tit. Inst. de liter. oblig.* Iure canonico habet, quia iniquum est condemnare probaturum, sibi ex conuentione numeratum non esse. Bachou. *vol. 1. disp. 20. th. 2. lit. C.* Veri mutui emplastrum est iuramentum. Gell. *lib. 16. c. 7.* quod debitorem securum præstat ab exactione creditoris, si iurauerit se nihil debere. Est autem iuramentum, vel necessarium, vel voluntarium, vel iudiciale. Species iuramenti iudicialis est iuramentum calumniæ. Iure ciuili non distinguitur inter iuramentum calumniæ, malitiæ & de veritate dicenda. Rittershus. *de diff. iur. lib. 6. c. 18.* Iure canonico distinguitur, *c. 1. & 2. de iuram. calum. in 6.* Iure ciuili abbas in caussa monasterii de calumnia iurat in animam suam, *l. 2. §. 2. & 7. C. de iureiur. propt. cal. dan.* Iure canonico

Verum mutuum.

Iuramentum calumniæ.

non in animam suam, sed maioris partis capituli, *c. dudum 54. de elect.* Iure ciuili actor & reus per se iuramentum calumniæ præstare tenentur, non autem per procuratorem, *l. 2. & auth. principales. C. de iureiur. propt. cal. dan.* Iure canonico non tenentur, sed illud per procuratorem iurantem in animam suam & dominorum præstare possunt, *c. 2. §. 1. c. fin. eod. in 6.* & ius canonicum hoc in casu obseruari in camera Imperiali testatur Hartm. ab Eppin. *tit. de iuram. calum. 10. obs. 2. n. 7.* Iure ciuili omnes iuramentum calumniæ præstare tenentur, *de l. 2. §. 1. auth. principales. C. de iuram.* Iure canonico excipiuntur clerici *c. inhærentes. 1. eod.* nisi litigent in propriis causis, *c. cæterum. 5. eod.* Iure ciuili in omnibus caussis iuramentum calumniæ præstandum est, *l. 1. pr. ibi: in omnibus caussis. l. 2. ibi: in omnibus litibus. C. de iuram. calum.* Iure canonico in caussis spiritualibus, vt matrimonii, decimarum, simoniæ, &c. non iuratur de calumnia *c. literas 2. eod.* sed hoc correxit Bonifacius *in c. 1. §. ult. d. tit. in 6.* Iure ciuil iuramentum calumniæ semel tantum præstatur, & quidem initio litis. *Nou. 49. c. 3* Iure canonico sæpius & quocunque tem pore tam ante, quam post litem contesta tam, *c. cum dilectus. 32. §. nos vero atten*

den

dentes de elect. c. præsentium. 31. c. pen. de test. c. 1. de iuram. cal. in 6. Bachou. *ad Tr. vol. 1. disp. 21. th. 2. lit. b.* Iure ciuili iuramentum calumniæ tacite remitti nequit *l. 2. §. 4. C. de iuram. propt. cal. dan.* Iure canonico potest, *c. 1. eod. in 6.* Iuramentum voluntarium præstare nequeunt de iure ciuili impuberes, *l. qui iurasse. 26. pr. de iure-iur. l. fin. §. 2. de lib. caus. l. 1. in fin. C. de fals. mon.* Iure canonico possunt, *c. pueris grandiusculis. 1. de delict. puer.* Iure ciuili iuramentum non inducit obligationem, nisi in persona liberti, qui in manumissione promittit patrono, se ei præstiturum operas, *l. 7. pr. de oper. libert.* Iure canonico inducit obligationem, *c. 9. verb. quia iuramento de arbit.* Iure ciuili licitum est iurare per salutem principis, per salutem suam, per salutem parentum, *l. 33. vbi Goth. de iureiur. l. si quis maior. 41. C. de transact.* Iure canonico non est licitum, *c. 8. considera. 22. q. 1.* Vtroque autem iure prohibitum est, iurare per membra Dei, *rubr. nou. 77. c. 10. si quis. 22. q. 1.* quod tamen Galli non obseruant, apud quos vulgatissimum est iurare, *par la teste, ou par le ventre de Dieu.* Iure ciuili periurus non fit infamis, Deum tamen habet vltorem, *l. 2. de crim. stellion. l. 2. C. de reb. cred.* Iure canonico fit infamis, prohibetur a

Iuramentum voluntarium

testimonii dictione, & per 40. dies & inde annos sequentes 7. in pane & aqua poenitere debet, nec vnquam esse sine poenitentia, *c. 17. infames c. 18. quicunque. 6. q. 1.* Denique circa materiam iuramenti notanda est regula hæc: quod iure canonico ea iuramenti vis sit, vt eius adiectione confirmentur omnes & quilibet actus alioquin ipso iure nulli. Rittershus. *de diff. iur. l. 3. tit. 3.* Ob quasi mutuum seu promutuum dantur condictiones competentes 1: quod aliquid datum fuerit siue ob caussam, quæ vel non secuta, vel turpis, vel erronea fuit, siue sine caussa. 2: quod aliquid nobis ablatum fuerit. 3: quod ob generalem caussam nobis aliquid debeatur.

Quasi mutuum.

X.

Per alios obligamur vel cum effectu, vel sine effectu. Sine effectu si feminæ pro nobis intercedunt, hoc enim ob SCtum Velleianum facere nequeunt. Compensatio in deposito locum non habet.

§. XLIV. PER AL. OBL. CVM EFFECTV, & quidem in solidum vel pro parte. Illud vel ratione Personarum, quæ non sunt in nostra potestate, vt exercito-

res

res, qui maritima noſtra negotia exercent, ad quos pertinet lex Rhodia de iactu, itemque inſtitores, ſeu vt hodie appellantur *factores*, qui terreſtres negotiationes noſtro nomine peragunt: vel ratione perſonarum, quæ ſunt in noſtra poteſtate, vt ſerui (de quorum contractibus prodita eſt actio tributoria) & filii, qui quamuis emancipati vel exheredati ſint, obligati tamen manent, ſed quia ob vtilitatem non ſuam ſed patris obligati ſunt, ideo poſt emancipationem, aut poſt mortem patris, non conueniuntur in ſolidum, ſed in quantum facere poſſunt: interdum tamen etiam hoc fallit, nimirum ſi ab impiis fœneratoribus filii pecuniam mutuam ſumſerint, nam tum non tenentur, ne quidem in id, quod facere poſſunt ob beneficium SCti Macedoniani. Hoc ratione peculii ſeruorum & filiorum.

§. XLV. FEMIN. OB SC. & quidem iure ciuili nec iurato quidem, *l. 2. §. 4. ad SCt. Vellei.* Iure canonico iurata eiusmodi interceſſio valet, quia iuramentum illud absque diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt.

§. XLVI. COMPENSATIO, vtroque iure in delictis locum habens, *l. ſi vxor, 13. §. iudex. 5. de adult. c. pen. & vlt. eod.*

§. XLVII. IN DEPOS. *l. pen. C. de-*

pos. In genere depositum est vel rerum mobilium, quod proprie depositum dicitur, vel immobilium, quod appellatur sequestrum, *l. 11. de pericul. & comm. rei vend.* quanquam etiam res mobiles sequestrari possint, *l. 9. §. 3. de dol. mal.* Bachou. *ad Tr. vol. 1. disp. 26. th. 4. lit. C.* Iure ciuili depositum etiam furi reddendum est, *l. 1. §. si prædo. 39. depos.* Iure canonico non est reddendum, *c. 1. eod.* Iure canonico regulariter sequestratio iudicialis, non voluntaria, *l. 5. §. 1. l. seq. depos.* prohibita est, *l. vn. C. de probib. seq.* Iure canonico regulariter est concessa, *tot. tit. de sequest. poss. clem. vn. eod. c. ex literis. 2. de dol & contum.* Oldend. *de collat. iur. ciuil. & pontif. in verb. sequestratio.* Rosbach. *de diff. iur. lib. 2. tit. 15. n. 10.* Iure ciuili nullibi reperitur quod homo possit sequestrari. Iure canonico puella potest sequestrari, quæ a parentibus minis inducitur ad contrahendum matrimonium, *c. cum locum. 14. vbi gloss. de sponsal. c. pen. de probat.* Gail. *2. obs. 45. n. 5. & 1. obs. 112. n. 5.* *

* Imo vero etiam iure ciuili femina, puer prætextatus, quique puberem ætatem nunc ingressus est, sequestrari potest *l. 3. §. fin. pan. de lib. exhib.* Plane iure ciuili tantum res mobiles sequestrantur, nec allegata *l. 11. de peric. rei vend.* quidquam ad rem facit. *Vid. coll. Arg. tit. depositi th. 23.*

X

XI.

Confensualium contractuum alii perficiuntur opera, vt mandatum & focietas: alii pretio, vt emptio venditio: alii mercede, vt locatio conductio. Contractuum innominatorum recenfentur quatuor.

§. XLIIX. MANDATVM, de re licita & honefta: turpis enim rei mandatum nullum eft, *l. fi remunerandi. 6. §. 3. mand.* quod fi autem tale mandatum turpe mandatarius executus fuerit, tam ipfe quam mandans tenebitur, *c. non eft obligatorium. 58. de R. I. in 6.* Iure ciuili mandans vulnerare, prohibens autem occidere, non tenetur ordinaria legis Corneliæ pœna, fi mandatarius fines mandati egreffus fit, & non folum hominem vulneraverit, fed & occiderit, *l. 1. §. 3. l. 7. l. 14. de ficar.* Iure canonico tenetur, *c. fin. de homicid. in 6.* Iure ciuili mandans crimen perpetrare, re integra & non perfecto crimine, de eo non tenetur, *l. 15. de ficar. l. 5. C. de accuf.* Iure canonico tenetur, *clem. fi quis fuadente. 1. vbi gl. in verb. mandauerit. de pœn. c. pro human. 1. circ. fin. de homic. in 6.*

§. XLIX. SOCIETAS. Iure ciuili re-

rum inhoneſtarum & maleficiorum nulla eſt ſocietas, *l. 53. l. 57. pro ſoc. l. 1. §. 14. de tut. & rat. diſtr.* & appellatur eiusmodi communicatio turpis atque fœda communio, *d. l. 13. pro ſoc.* Iure canonico latior eſt vocis ſocii acceptio, accipitur enim pro quouis conſorte, vnde tripliciter dicitur quis eſſe in malorum ſocietate, ſi cum iis aliquid committat, vel iis faueat, vel eos non corripiat, *c. 6. ita plane. 23. q. 4.* nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, *c. error. 3. diſt. 83. c. 8. qui poteſt. 23. q. 3.* Sic artes magicæ & incantationes dicuntur eſſe ex quadam peſtifera ſocietate hominum & dæmonum, quaſi pactis infidelis & doloſæ amicitiæ conſtitutis, *c. 6. illud. in fin. 26. q. 3.* De pluribus acceptionibus vide *gloſſ. in clem. ſi quis ſuadente. 1. pr. in verb. defenſauerit. de pœn.*

§. L. EMT. VEND. Iure ciuili licitum eſt ementibus & vendentibus ſe inuicem circumſcribere, *l. 22. §. 3. locat.* & quidem vsque ad dimidium iuſti pretii, *l. 2. in fin. C. de reſcind. vend.* Iure canonico quanquam id quoque conceſſum ſit, *c. cum dilecti. 3. c. cum cauſſa. 6. de emt. vend.* tamen eccleſia in actibus ſuis fraudem adhibere non debet, *c. per tuas. 5. de donat.* Iure ciuili licitum eſt emere vilius & vendere ca-

carius, *l. 8. C. de rescind. vend.* Iure canonico clericis id interdictum, *c. 3. canonum 14. q. 4.* Iure ciuili in alienatione rerum ecclesiasticarum maior requiritur solennitas, *auth. hoc ius porrectum. C. de SS. eccl.* quam iure canonico, *c. 52. sine exceptione. 12. q. 2.* Vtroque autem iure venditor præcise ad rei traditionem non tenetur, sed præstando interesse liberatur, *l. 17. C. de fid. instrum. l. 4. C. de action. emt.* Bachou. *ad Tr. vol. 1. disput. 28. th. 2. lit. C.* Rittershus. *de diff. iur. lib. 3. c. 11. vbi dicit controuersiam hanc nuspiam iure canonico decidi, ideoque standum esse decisioni iuris ciuilis.* Diff. Rosbach. *de diff. iur. lib. 2. tit. 12. n. 2.*

§. LI. LOC. CONDVCT. quæ est vel rei vel facti: & hæc vel operis vel operarum. In locatione operarum, qui soluit mercedem, dicitur conductor, qui locat operas, dicitur locator, vbi autem concurrunt opus & operæ, vterque potest locator & conductor dici, *l. 19. §. pen. l. 22. §. 2. l. 38. locat.* Bachou. *ad Tr. vol. 1. disp. 29. th. 1. lit. H.* Iure ciuili dominus ædium potest eas locare alteri, etiam priore conductore inuito, quamuis ille sit studiosus, *l. 32. C. locat.* Iure canonico si prior conductor studiosus sit, non potest eo inuito alteri locare, sub pœna excommunicatio-

nis. *c. 1. de locat. cond.* Diff. Rittershuf. *de diff. iur. lib. 3. c. 13.*

§. LII. CONTR. INNOMIN. do vt des, alio nomine permutatio, do vt facias, facio vt des, facio vt facias, quorum ratione dantur actiones præscriptis verbis in factum. Iure ciuili in contractibus innominatis pœnitentiæ locus est, *l. 5. pr. de cond. cauff. dat.* Iure canonico non est, *gloff. in c. cum inter. 16. in verb. ex consensu. de elect.*

XII.

Accessoria contractuum pertinent ad contractum vel securitatem, vt pignora: vel implementum, vt ædilitium edictum, euictio, vsuræ: vel probationem, vt testes & instrumenta, itemque ignorantia.

§. LIII. PIGNVS. Iure ciuili res sacræ oppignorari vel in obligationem deduci non possunt, *l. 9. §. 1. de pignor.* nisi ob redemtionem captiuorum. *Nou. 7. c. 8.* Bart. *de diff. iur. n. 103.* Iure canonico ob quamlibet iustam necessitatem possunt, *c. 1. vbi gl. in verb. necessitate de pignor.* Iure ciuili pactum legis commissoriæ in pignore non valet, etiamsi iuratum sit, *l. fin. C. de pact. pignor.* Iure canonico pactum

eiusmodi iuratum valet, *arg. c. pen. de pignor.* Iure ciuili fructus ex re pignorata percepti imputantur in sortem, *l. 1. C. de pignor. act.* Iure canonico excipiuntur ab hac regula duo casus: 1: si clericus agrum habeat ab ecclesia, *c. 1. de feud. c. conquestus 8. de vsur.* 2: quando vir pignus recipit pro dote sibi promissa, *c. salubriter. 16. de vsur.*

§. LIV. VSVRAE: aliæque accessiones iure ciuili concessæ, quatenus modum a legibus præscriptum non excedunt. *Nou. 32. 72. &c.* Iure canonico omnino prohibitæ sunt, habeturque nullus improbior fur & raptor, quam vsurarius, nihilque refert quoad restitutionis legem, an per furtum vel rapinam vel vsuram ad aliquem peruenerit, *c. 10. c. si quis vsuram. 14. q. 4.* hinc vsurarii non sunt ordinandi clerici, *c. seditionarios. 8. dist. 46.* & clerici de vsura conuicti ab ordine sunt deponendi, *c. episcopus. 1. dist. 47.* item vsurarii non debent sepeliri, *c. quia in omnibus. 3. de vsur.* & qui eos ad communionem & sepulturam receperit, mortaliter peccat, *gloss. in 2. quanquam. 2. eod. in 6.* vt & is qui dixerit, vsuram exercere non esse peccatum, contra quem velut hæreticum procedere iubentur prauitatis hæreticæ inquisitores, *clem. vn. in fin. de vsur.* Iure ciuili *antichresis* licita

cita est, *l. 33. de pign. act. l. 11. §. 1. de pign. & hypoth.* Iure canonico non licita, quia accedit ad vsurarum conuentionem, *c. 7. de iureiur. c. 8. de vsur.* Iure ciuili possessiones emtæ pecunia ex vsuris percepta, iustæ sunt. Iure canonico iniustæ sunt, & debent vendi, pretiaque earum iis a quibus vsuræ extortæ sunt, restitui, *c. cum tu. 5. de vsur.* Inter accessiones referuntur etiam *fructus*, de quibus iure ciuili impensæ deducuntur, *l. 7. pr. solut. matr.* Iure canonico de *decimis* non deducuntur impensæ. *c. cum homines. 7. de decim.*

§. LV. PROBAT. plenam vel semiplenam, *l. 20. de quæstion. l. 9. C. de quæstion. l. 9. C. de testib.* Fama de iure ciuili semiplene saltem probat, imo est minor semiplena probatione. Wes. *in par. de probat. n. 4.* Iure canonico plene probat, *c. cum desideret. 15. de sent. excomm. vbi gl. c. illud. 5. de cler. excomm. c. super eo. de consang. & affin.* Iure ciuili actore non probante reus absoluitur, *l. 4. C. de edend.* Iure canonico non absoluitur, sed purgare se debet, *c. cum dilecti. 15. de purg. can. c. insinuatum. 13. de simon.* Iure ciuili dilatio probationis non sæpius quam semel datur, *l. 1. C. de dilat.* Iure canonico bis, ter, nonnunquam quater, *c. quoad consultationem de sent. & re. iudic. c. pen. de testib.*

§. LVI.

§. LVI. TESTES. Iure ciuili mulier test esse testis in ciuilibus & criminalis excepto testamento, *l. 20. §. 6. qui test. r. poss.* Iure canonico si criminaliter atur non potest esse testis, *c. 17. mulien. 33. q. 5.* Iure ciuili senes & valetudirii non compelluntur perhibere testionium, *l. 8. de testib.* Iure canonico mpelluntur, vt vitent peccatum, *c. 1. de m. fals.* Iure ciuili parentes & liberi mque fratres, nec pro, nec contra se timonium dicere possunt, etiamsi velint, *l. C. de testib.* Iure canonico possunt, *literas. 14. de præsumt.* Iure ciuili testes crimine damnati non audiuntur, *c. 3. §. 5. testib.* eorum autem testimonium, quis quidem obiectum est, licet id notum probatum sit, modo non sint condenati, recipitur, *l. 4. §. 4. de his qui not. am.* Iure canonico nec horum, nec orum testium dictis creditur, *c. testimoum 54. de testib.* Iure ciuili vnius testionium non auditur, *l. 9. §. 1. C. de testib.* e canonico auditur quidem, sed ea conione, ne in alterius tendat præiudicium: vnius testimonium valet, qui dicit intem esse baptizatum, *c. cum itaque. 112. consecr. dist. 4.* peccatorem pœnitenm egisse, *c. nemo. 14. de simon. c. omnis. de pœnit. & remiss.* Iure ciuili testimonium

Personæ, quæ testes esse possunt vel non.

nium de credulitate & auditu non attenditur. Iure canonico in caussa matrimoniali, si forte agatur de impedimento consanguinitatis, attenditur, *l. licet. 47. de test.* Bartol. *de diff. iur. n. 39.* Iure ciuili testes tam in caussa criminali, quam ciuili, ad perhibendum testimonium, si noluerint, cogi possunt, *l. 4. de testib.* Iure canonico in criminali saltem caussa cogi non possunt, *c. dilectorum. 10. de testib. cogen.* Iure ciuili examen testium in criminalibus, alii, quam iudici, committi nequit, *l. iudices. 18. auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instrum.* Iure canonico potest, sicut in ciuilibus, *c. si. qui testium. 8. de testib.* Iure ciuili non proceditur ad receptionem testium a parte accusatoris contra absentem reum lite non contestata. Dd. *ad l. absentem. 6. C. de accus.* Iure canonico recipiuntur testes in criminalibus, in electione & restitutione, absente aduersario & lite non contestata, *c. 8. de dol. & contum.* Iure ciuili non est opus vt ante publicationem dictorum testium de excipiendo reprobandove fuerit protestatus, quod obseruatur in camera. Gail. *1. obs. 87. n. 4. & obs. 105. n. 17.* Iure canonico opus est, ita, vt eiusmodi protestatione omissa, non admittatur volens opponere exceptiones, *c. præsentium. 31. de testib.* Iure ciuili post

Quomodo & qualiter testes audiantur.

post publicationem testimoniorum semel factam, alii testes super iisdem articulis, tam in prima, quam secunda instantia recipiuntur, *l. eos 6. §. 1. C. de appell.* & ita quoque in camera iudicari refert Mynf. *cent. 1. obs. 41.* Iure canonico non recipiuntur, *clem. 2. de testib.*

§. LVII. INSTRVMENT. publica & priuata, *l. instrumenta. 5. C. de probat.* Iure ciuili notarii publicis instrumentis praeponere debent nomen Imperatoris. *Nou. 47.* Iure canonico in terris ecclesiae nomen pontificis: quod tamen potius consuetudine notariorum obseruari, quam certo iuris canonici textu expressum esse ait Rittershus. *de diff. iur. lib. 5. c. 21. in fin.* Iure ciuili reus actori non tenetur edere instrumenta, quae contra se faciunt, *l. 4. C. de eden.* nisi actor sit priuilegiatus, vt fiscus, *l. 3. eod. l. 2. §. 2. de iur. fisc.* Iure canonico vsurarii tenentur suos rationum libros, *l. rationes. 6. C. de probat.* contra seipsos edere, *clem. vn. §. ceterum. de vsur.*

§. LIIX. IGNORANTIA. quae praesumitur, vbi scientia non probatur, *c. praesumitur. 47. de R. I. in 6.* & sic est vice probationis: releuat enim ab onere probandi, *l. verius. 21. de probat.* Iure ciuili ignorantia diuiditur in eam, quae est iuris & quae est facti, *tot. tit. de ignor. iur. & fact.*

fact. Iure canonico, *c. 12. turbatur. §. notandum. 1. q. 4.* diuiditur in bonam, malam & indifferentem, *gloss. in c. quamuis. 11. dist. 38. c. 6. in quibus. 22. q. 2.* Iure ciuili ignorantia facti non supina excusat, nec nocet, si ex ignorantia fuerit quis rebaptizatus. Iure canonico nocet, quia baptizatus, quamuis ignoranter, non potest secundum canones ordinari, *c. qui bis. 117. de consecrat. dist. 4.*

XIII.

Quasi contractus sunt: nuptiæ veræ & analogicæ. Illæ constituuntur sponsalibus, habentque dotem & donationem propter nuptias pro accessoriis, finiuntur morte vel diuortiis, vbi quæri solet de receptione dotis & alimentis liberorum. Hæ appellantur concubinatus. 2: tutelæ. 3: testamenta.

§. LIX. NVPTIAE. quia sicut tutor vel curator, quia dominus est rerum pupillarium *l. 7. §. 3. pro emt.* tenetur pupillo ex quasi contractu, actione tutelæ: ita maritus, qui est dominus dotis, *l. 30. C. de iur. dot.* olimque erat curator vxoris. Cuiac. 7. *obs.*

obs. 11. vt hodie moribus Saxonicis. Wes. *in parat. de curat. furios. n. 5. contrat. l. 2. C. qui dar. tut. poss.* tenetur vxori ex quasi contractu *

* Perperam nuptiæ inter quasi contractus referuntur, quum non pertineant ad ius circa res, sed circa personas, & species sint societatis domesticæ. Neque melius actio dotis ex quasi contractu dicitur oriri, quum sit ex stipulatu, *t. t. C. de rei vx. act.* & regulariter expressa conuentione dos promittatur per instrumenta dotalia. Neque ad rem facit comparatio tutoris & mariti: etsi enim in vno tertio, ratione dominii videantur conuenire, tamen exinde non conficitur, vt tutela, ita siue nuptiæ siue dos sunt quasi contractus. Quanquam nec ita tutor dominus dicatur rerum pupillarium, quemadmodum maritus dotis: quum hic dominium verum, sed minus plenum, siue ciuile habeat, tutor nec naturale nec ciuile: sed exercitium tantum dominii penes tutorem est, ad leges tamen restrictum.

ctione dotis, itemque rerum amotarum Bocer. *class. 2. disp. 18. n. 66.* licet in eo differant, quod actio tutelæ sit famosa, *§. 6. inst. de suspect. tutor. l. 9. C. eod.* actio autem rerum amotarum non sit famosa, *l. 2. rer. amot. &c.*

§. LX. SPONSALIA. quæ sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum.

 l. 1.

Supra 2: 30, 1. *l. 1. de sponsal.* & sic iure ciuili nulla sponsalia de præsenti sunt, quia talia eo iure habentur pro ipsis nuptiis. Goth. *ad d. l. 1.* *

* Neutiquam. Sponsalia iure ciuili differunt a nuptiis, vt constat tum ex definitionum tum titulorum diuersitate. Sponsalia autem de præsenti etiam iure ciuili dici possunt, non vero de præsenti matrimonio, sed de præsenti consensu sponsalitio, ex quo statim competit actio de matrimonio consummando: secus in sponsalibus de futuro. *Vid. exerc. ad pand.* XXXVI, 9.

Iure canonico sponsalia diuiduntur in ea, quæ fiunt de præsenti, & quæ de futuro, *c. pen. de spons.* Iure ciuili frater sponsam fratris ducere potest, quia fratria nondum est, *arg.* §. *9. Inst. de nupt.* Iure canonico non potest, *c. ad audientiam 4. de sponsal.* Iure ciuili sponsa cogitur absentem sponsum exspectare per triennium, *l. 2. C. de repud.* *

* Imo per biennium saltem, *l. 2. C. de sponsal.*

Iure canonico non tenetur, sed statim potest nubere, *c. 5. de sponsal.* Iure ciuili pars altera, altera inuita a sponsalibus recedere potest, *l. 1. C. eod.* Iure canonico non potest, sed vtriusque consensus requiritur, *c. 2. eodem.*

§. LXI.

§. LXI. NVPTIAE, primæ & secundæ. . vtrisque respicimus personas contrahen-s & impedimenta, quæ obstare possunt ıptiis, quo minus legitimæ sint. Perso-ırum contrahentium consensus liber v-ɔque iure requiritur, *l. 7. 11. de sponſ. l. 30.* '*R. I. c. 2. sufficiat. 27. q. 2. c. tuas. fin. de onſ. duor.* Consensui autem nihil ma-s contrarium est, quam error, & iura ccurrunt errantibus, non stultis, *l. 9. §. 5. med. de iur. & fact. ignor.* vnde qui eretricem publicam a lupanari extractam ıcit, errorem prætendere nequit: propter-ı eam retinere debet, diciturque non mi-ımum opus inter charitatis opera exer-:re, quod ipsi proficit in remissionem ːccatorum, *l. inter opera. 20. de sponſ.* At , qui vitiatam pro virgine ducit, errore ɔmperto eam de iure ciuili retinere non netur, *l. 11. §. 5. de act. emt.* Iure canoni-ɔ tenetur, *c. quod autem. in fin. 29. q. 1. c. ıemadmodum 25. de iureiur.* Quod si in ɔtestate parentum sint contrahentes, præ-r suum consensum adhibere debent con-nsum parentum, qui tam de iure ciuili ıam canonico requiritur, *l. vn. §. 1. in fin. , de rapt. virg. auth. c. contra. l. fin. c. de pud. c. 1. aliter. c. 3. nostrates. 30. q. 5. c. detur. 3. qui matrim. acc. poſſ.* Duaren. *ad :. solut. matrim. cap. de nupt. q. 2.* Diss.

personæ contrahentes.

Bartol. *de diff. iur. n. 58.* Gail. 2. *obs. 93. n. 9.* Iure ciuili filiæ regulariter negatur licentia a patre dissentiendi, *l. 12. §. 1. de sponsal.* Iure canonico non negatur, *c. 1. de sponsal. impub.* *

* Iure ciuili metus reuerentialis matrimonium non rescindit, *l. si patre. pand. de rit. nupt.* Iure canonico annullat, *cap. cum locum 14. x. de sponsal. ibique Dd.* Schneidw. *l. de nupt. p. 2. n. 23.* Græuæus *lib. 2. conclus. 93.*

Confirmatur consensus ille vel iuramento coniugali, *c. ex parte 9. c. seq. de spons.* vel arrhis sponsalitiis, quarum stipulatio de iure ciuili valet, *l. 5. C. de spons.* Iure canonico non valet, quia eiusmodi stipulatio continet pœnam, *pr. Inst. de emt. vend.* & huius generis stipulationes in nuptiis sunt prohibitæ, *c. gemma 29. de spons.* Impedimenta nuptiis contrahendis obstantia varia reperiuntur, quorum heic quædam ob iurium discrepantiam recensebimus. Iure ciuili seruus cum ancilla matrimonium contrahere nequit, *l. 23. C. ad l. Iul. de adult. l. 3. C. de incest. nupt.* Iure canonico potest. *c. 1. de coniug. seru.* Iure ciuili spadones nuptias recte contrahunt, quia illis spes superest procreandorum liberorum, *l. si seru. 39. §. fin. de iur. dot.* Iure ca-

Impedimenta.

canonico non recte & non magis ac infantes, *c. 2. de frigid. & malefic.* Iure ciuili præses prouinciæ prouincialem ducere nequit, ſicut nec tutor pupillam, *l. 63. l. 67. de rit. nupt.* Iure canonico vtrique poſſunt, *c. cum locum 14. de ſponſ.* Iure ciuili *rapta raptori* nubere non poteſt, *l. vn. §. 1. circ. fin. C. de rapt. virg.* Iure canonico non ſolum poteſt, ſed etiam debet, & ſi ipſam raptor ducere noluerit, excommunicatur, vel in monaſterium detruditur, *c. accedens. fin. de raptor. c. 2. de adult. & ſtupr.* Maximum autem impedimentum oritur ratione cognationis & proximitatis, quæ ſecundum computationem graduum diſcerni ſolet. Iure ciuili graduum potiſſimus eſt vſus in hereditatibus, quæ alicui ab inteſtato deferuntur, *l. 10. pr. de grad.* vnde *tit. de grad.* in materia ſucceſſionis ab inteſtato tractatur. Iure canonico notiſſimus in nuptiis, *c. 2. ad ſedem. 35. q. 5.* vnde arbor conſanguinitatis proponitur in materia nuptiarum, *c. 6. primo gradu. 35. q.* 5. Iure ciuili nulli ſunt gradus affinitatis, quia affines non generantur, ſed per matrimonia fiunt, *l. 4. §. gradus. 5. de grad.* Iure canonico gradus diſtinguuntur, vt alii ſint cognatorum, alii affinium, de his videbimus paulo inferius. Iure ciuili plures ſunt cognatorum gradus quam ſeptem,

Naturæ ſeu proximitatis quæ eſt in cognatis &

§. 5. *Inst. de success. cognat.* quanquam vltra septimum gradum rerum natura cognatorum vitam consistere non patiatur, *l. 4. pr. de grad.* Iure canonico tantum sunt septem, *c. 2. ad sedem. 5. q. 5.* Iure ciuili alia est graduum computatio, quam iure canonico, vt videre est ex arbore Andreæ proposita in *d. c. 6. primo. 35. q. 5.* cum subnexis ibi regulis & declaratione earundem. *

* Originem eius exposui *lib. 3. de lib. eccles. Germ. cap. X.*

Iure ciuili frater & soror sunt in secundo gradu lineæ collateralis: fratrum autem & sororum liberi in quarto gradu, qui, sicut & omnes vltra quartum gradum lineæ collateralis coniungi possunt, *l. fin. §. nam quoties 9. de grad.* §. 4. *Inst. de nupt. l. 67. §. 1. de rit. nupt. l. 19. C. eod. l. 2. C. de instit. & substit.* quanquam quod de quarto gradu dictum est non omni tempore verum fuerit. Henning. Wegner. *in analys. Inst. ad §. 4. Inst. de nupt. n. 5.* Iure canonico frater & soror sunt in primo gradu, *c. 4. parentela. 35. q. 5.* fratrum & sororum liberi in secundo, secusque dicentes committunt nouum & inauditum errorem, *c. 4. parentela. 35. q. 5.* Prohibentur matrimo-

nonia intra septimum gradum computationis canonicæ, qui gradus de iure ciuili st *14. c. 19. nulli. 35. q. 2.* quia sex ætates otius mundi existunt, ac totidem humaæ vitæ, *c. 2. ad sedem. 35. q. 5. c. consanguiitas. 35. q. 4.* quanquam hodie intra quarum gradum, qui est octauus iuris ciuilis, uptiæ sint concessæ, *c. pen. de consang. & ffin.* ob rationem ibidem annexam, quia uatuor sunt humores in corpore, qui contant ex 4. elementis.

§. LXII. Affinium genera, vt dictum, e iure ciuili nulla sunt. Iure canonico unt tria. Primum est inter coniugem & lterius coniugis cognatos, & in hoc geere matrimonia prohibita sunt vsque ad uartum gradum, est autem computatio lla eadem, quæ est in cognatis: vt, vxois meæ frater est illi iunctus in primo radu cognationis, ergo mihi erit iunctus n primo gradu affinitatis, *c. 3. porro. 35. q. 5.* ecundum genus affinium est inter coniuem & alterius coniugis affines. Tertium st inter affines affinium, *d. c. 3. porr. 35. q. 5.* k inter hæc posteriora duo genera affiniım matrimonia sunt licita, *c. pen. de consang. & affin.* ex quo tamen hoc inconueiens sequitur, quod vitricus possit priigni sui viduam ducere, quod iure ciuili st prohibitum, *l. 15. de rit. nupt.* sed heic Affinibus.

respondendum est, quod tam iure ciuili, quam canonico nuptiæ in linea ascendente & descendente prohibitæ sint, vitricus autem est loco parentis priuigno, eiusque vxori, *§. 6. Inst. de nupt. Panormit. in d. c. pen. n. 8. de consang. & affin.* Amplius circa affinitatem notandum, quod iure ciuili illa saltem oriatur ex iustis nuptiis, *l. 4. §. 3. vers. affines de gradib.* Iure canonico ex quauis fornicatione, *c. 10. de eo qui cogn. consang.* Impedimentis remotis nuptiæ de iure ciuili contrahi possunt sine verbis, modo consensus interuenerit, *l. 4. §. 1. de sponsal.* & in liberæ mulieris consuetudine præsumuntur nuptiæ, non concubinatus, multo minus adulterium, *l. 24. de rit. nupt. Nou. 74. c. 5.* Iure canonico requiruntur verba consensum exprimentia, *c. tuæ fraternitatis. 25. de sponsal.* & nisi præter consensum interuenerint debitæ solennitates, sed adulterium præsumitur, *c. 1. aliter. 30. q. 5.*

Nuptiarum solennitates

§. LXIII. Solennitates autem illæ sunt, quod post sponsalia sponsa non statim tradatur sponso, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauit dilatam, *c. 39. institutum. 27. q. 2.* & quod feminis, dum maritantur, detur velum & annulus, itemque alia habentia significationem suam expressam *in c. 7. feminæ. 30. q. 5.* item quod

quod ſponſus & ſponſa benedicendi ſint a ſacerdote & ad benedictionem ſacerdoti a parentibus vel paranymphis offerendi, & quod pro reuerentia illius benedictionis eadem nocte in virginitate permanere debeant, *c. 4. qualis. c. ſeq. 30. q. 5.* quod a ſeptuageſima vsque ad octauam paſchæ & tribus hebdomadis ante feſtum Iohannis baptiſtæ, & ab aduentu Domini vsque poſt epiphaniam, matrimonia contrahi non debeant, *c. 8. non oportet, & ſeqq. 33. q. 4.* quod maritati certo tempore debeant a concubitu abſtinere, vt communicationis, natiuitatis Chriſti, ieiuniorum temporibus, *c. 2. & ſeqq. 33. q. 4.* item tempore conceptus & ablactationis pueri, *c. ad eius vero. 4. diſt. 5.* quod maritus vxori debitum reddens abſtinere debeat a carnibus agni, *c. 1. ſciatis. 33. q. 4.* & poſt ſolutum debitum non debet eccleſiam intrare niſi lotus, *c. 7. vir cum propria. 33. q. 4.*

§. LXIV. Nuptiæ ſecundæ quamuis iure ciuili odioſæ ſint, *l. hac edictalis. 6. C. de ſecund. nupt. Nou. 91.* tamen pro fornicatione non habentur, & nullibi reperitur, quod maritus viduæ in clerum recipi non poſſit. Rittershuſ. *de diff. iur. lib. 2. c. 1. & 2.* Iure canonico habentur pro fornicatione, *c. 8. de his. c. 9. hac ratione. 31. q. 1.* non debent benedici, *d. c. 8. de his. 31. q. 1.* nec pot- Nuptiæ ſecundæ.

est maritus viduæ in clerum recipi, *c. quomodo. 31. tot. tit. de bigam. non ordin.* habetque cortator, qui mortua vxore ex ancilla plures suscepit liberos, plus iuris hac in re, quam vxoratus, quia in ordines recipi & diaconus fieri potest, *c. fraternitatis. 7. dist. 34. c. quia circa. 6. de bigam. non ord.* Hinc apparet iure canonico matrimonium sæpe iudicari rem impuram & vitiosam, *c. proposuisti. 2. c. plurimos. 3. dist. 82.* si enim bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere, *c. hospitiolum. 171. dist. 32.* *

* Non sequitur. *1. Cor. 7, 38.* Secundæ nuptiæ non solennes fuerunt: Optat. Afer Mileu. l. 6. contra Parmen. *Hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt: ex quibus si alicui maritum mutare contigerit, non repetitur illa temporalis festiuitas: non in altum tollitur: non populi frequentia procuratur.*

§. LXV. DOTEM. Iure ciuili matrimonium potest esse sine dote, *l. 20. pr. vers. quare. C. de don. ant. nupt. l. 11. in fin. pr. C. de repud.* Iure canonico non potest esse, *c. 6. nullum. 30. q. 5.* Iure ciuili dos sine matrimonio esse nequit, *l. 3. de iur. doc.* Iure canonico esse potest, *c. 1. de adult. & stupr.* Iure ciuili alienatio dotis, etiam iuramento vxoris confirmata, nulla est. *pr. Inst. quib. alien. lic.* Iure canonico valet, *c. cum contingat. 28. de iureiur.*

§. LXVI.

§. LXVI. DON. PR. NVPT. Iure ciuili donatio inter virum & vxorem prohibita eſt, *l. 1. 2. 3. de don. int. vir. & vx.* nec valet, etiamſi iuramento fuerit confirmata. Iure canonico eiusmodi iurata donatio valet, quia iuramentum hoc absque diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt, *d. c. 28. de iureiur.* Gail. *2. obſ. 40.* Mynſ. *cent. 2. obſ. 33. n. 5.* Hartm. ab Epping. *tit. 44. obſ. 2. n. 3.*

§. LXVII. DIVORT. *l. 1. de diuort.* Diuortii appellatio latior eſt iure canonico, quam ciuili. Nam iure ciuili id tantum dicitur diuortium, quod omnino ſoluit matrimonium: iure canonico etiam id diuortium dicitur, quod matrimonium non ſoluit, ſed maritos tantum ſeparat ſeorſim, alium ab alio, id eſt, quod conſuetudinem ſoluit, & ſocietatem vitæ, ſocietatem cubilis & menſæ, non ius matrimonii. Cuiac. *ad c. 1. de diuort.* Fit diuortium ob iuſtas cauſſas, inter quas iure ciuili mutuus conſenſus recenſetur, *l. 8. C. de repud.* Nou. *11. c. 10.* itemque ſi vir vel mulier monaſterium intret. *Nou. 22. c. 5.* Auth. *quod hodie. C. de repud.* Iure canonico mutuo conſenſu, vel ingreſſu monaſterii, coniugium non dirimitur, *c. 21. Agathoſa. 27. q. 7. c. fin. cum ibi not. de trans.* Iure ciuili matrimonium ob adulterium in totum ſoluitur, licetque parti innocenti ad ſecun-

cunda vota transiret. *Nou. 117. c. 8. & 9.* Iure canonico non soluitur in totum, sed saltem quoad separationem thori, neque potest pars innocens secundas contrahere nuptias: quod si contraxerit, iterum diuertere & ad adulterantem se recipere compellitur, *c. ex literis. 5. de diuort. c. dixit dominus. 32. q. 1.* Qui autem stante matrimonio cum aliqua affinium persona incestum commiserit, non nisi requisitus coniugi innocenti debitum coniugale exsoluere debet, idque cum timore Dei, *c. transmissæ. c. pen. c. fin. de eo qui cogn. consʃ. vx.*

§. LXIIX. ALIM. LIB. Iure ciuili liberis ex incesto & nefario coitu natis alimenta a parentibus non debentur, *auth. licet. C. de nat. lib.* Iure canonico debentur, *c. cum haberet. 5. in fin. de eo qui duxit in matrim.* *

* Sed vide Lyserum *de apannag. §. 40. apud Fritsch. 1. publ. p. 3. p. 467.* Debentur autem *naturalibus*, supra 2:13, 6. Quos cum incestuosis & adulterinis confundunt vulgo. *Gothofr. ad auth. ex complex. C de incest. nupt.* Gail. *2: O. 88.* Mynsing. Hartm. &c.

§. LXIX. CONCVBIN. Iure ciuili permissus. *tot. tit. de concub. l. 2. C. de don. int. vir. & vx.* Iure canonico est prohibitus, nam *omnis concubitus* dicitur *adulterium*

terium, qui non eſt coniugalis, *c. 4. nemo. 32. q. 4.* Diſſ. Ritterſhuſ. *de diff. iur. lib. 2. c. 19.* *

* Et recte. Id enim intendit tantum Ambroſius *d. c. 4.* quod vir æque cum ſoluta perpetret adulterium, ac cum vxorata &c. non vero quod ſimplex vtrinque ſtuprum ſit adulterium. Vnde taxat leges hominum, i. e. Romanas, quibus adulterium duntaxat ex parte vxoris æſtimatur. *Supra 2: 13, 5.*

§. LXX. TVTELAE. §. 2. *Inſt. de oblig. quæ ex contr.* Iure ciuili minor 25. annis ſine auctoritate tutoris & curatoris litigare non poteſt, *l. in rebus. 2. C. qui leg. perſ. ſtand.* Iure canonico in cauſſis beneficialibus poteſt, *c. fin. de iudic. in 6.*

§. LXXI. TESTAM. §. 5. *Inſt. de oblig. quæ quaſi ex contr.* Teſtamentorum conſideranda requiſita neceſſaria, vt ſolennia circa teſtamenta adhiberi ſolita & heredis inſtitutio. *l. 10. de iur. codicill. l. 1. pr. de hered. inſtit. l. 3. de his quæ in teſtament. delen.* nec non acceſſoria, vt legata & fideicommiſſa. Henning. Wegn. *in analyſ. ad pr. Inſt. de legat.* Solennitates teſtamentorum multis vigiliis excogitatas, *l. 35. pr. C. de inoff. teſtam.* videre licet *in* §. 3. & 4. *Inſt. de teſtam.* * Teſtamenta.

* Addo: iure ciuili filiusfamilias non poteſt teſta-

testari, etiam patre permittente *l. 6. pand. de testam.* Iure canonico potest, *arg. c. licet. de sepult. 6.* Bart. *in d. l. 6.* L. Engel. *l. c. 2: 4. 14.* Dissentit Ioh. Andreæ, *gl. marg. d. c. licet.*

Iure ciuili requiruntur in testamento 7. testes, *d. §. 3.* Iure canonico sufficiunt duo, quia in ore duorum aut trium consistit omne verum, *c. 10. & seq. de testam.* Iure ciuili mulier in testamento testis esse nequit, *l. 20. §. 6. qui testam. fac. poss.* Iure canonico potest esse, quia ius canonicum spectat ius gentium: de iure autem gentium nulla est differentia inter marem & feminam, *arg. l. maximum vitium. 4. C. de lib. prater.* quod intellige quoad successiones & dictionem testimonii. Rittershus. *de diff. iur. lib. 4. tit. 1.* Iure ciuili monachus vel canonicus regularis nihil de suis bonis retinere, ideoque nec de iis testari potest, *auth. ingressi. C. de SS. eccles.* Iure canonico potest loco præbendæ de suis aliquid ecclesiæ concedere, *c. fin. ne cler. vel mon. c. tua nos. 34. de simon.* Iure ciuili episcopi & administratores ecclesiæ non possunt testari de bonis, quæ propria industria quæsiuerunt, sed coguntur ea relinquere ecclesiæ, *auth. licentiam. C. de episc. & cler.* Iure canonico de bonis propriis & acquisitis libere testari possunt, *c. 21. sint manifesta res. 12. q. 1.* excipitur casus *in*

c. 34.

c. 34. episcopus. 12. q. 2. Iure ciuili institutiones alieno arbitrio commissæ, vitiosæ sunt, *l. 32. pr. l. 70. de hered. instit.* Iure canonico valent, nam quemadmodum nutu possunt relinqui legata, *l. 22. C. de fideic.* ita de æquitate canonica. *

* Conf. *L. Engel. 2. 4. 14. 15.*

potest fieri testamentum, *text. in c. cum tibi. 13. & ibi gloss. de testam.* Iure ciuili filius ob caussas in *nou. 115. c. 5.* expressas exheredari potest, neque tollitur illa exheredationis caussa, si monasterium ingrediatur. Iure canonico tollitur, *c. fin. non liceat. 19. q. 3.* Iure ciuili heres non cogitur adire hereditatem. Iure canonico potest cogi, *c. nos quidem. 3. c. si heredes. 6. & ibi gloss. in verb. ab episcopo. & c. tua nobis. 17. c. Ioannes. 19. de testam.* Rosbach. *de diff. iur. lib. 2. c. 5.* Iure ciuili heres conficiens inuentarium, non tenetur vltra vires hereditatis, *l. fin. C. de iur. delib.* Iure canonico tenetur, *c. in literis. 5. de raptor.* Iure ciuili heres inuentarium non conficiens, tenetur vltra vires hereditatis, *d. l. fin. C. de iur. delib.* Iure canonico non tenetur, sed saltem amittit ius detrahendi quartam, *c. Rainaldus. 18. de testam.* Iure ciuili filius non implens voluntatem defun-

functi patris, saluam habet legitimam iure naturæ debitam, quæ ipsi ob alias caussas, quam quæ expressæ sunt in *nou. 114. c. 3.* adimi nequit: hæc autem non exprimitur: extraneus vero indignus est habere aliquid ex eius hereditate, cuius voluntatem aspernatus est, *l. fin. & aut. seq. C. de fideic.* Legata. Iure canonico tam filius quam quiuis extraneus non implens mandatum testatoris, omni successionis & hereditatis spe priuatur, *c. 13. Syluester. 11. q. 1. l. licet. 6. de vot. & vot. redemt.*

§. LXXII. Legatum est donatio testamento relicta, *l. 36. de leg. 2.* Solet autem legatum relinqui verbis vel directis vel precariis, illud legatum in specie, hoc fideicommissum dicitur: in illo heres Falcidiam, in hoc Trebellianicam habet. Iure ciuili heres ad præstanda legata in imperfecto testamento relicta, non tenetur, quia non entis nullæ sunt qualitates, iam autem paria sunt testamentum factum non esse, & non factum esse legitime. Iure canonico tenetur: rationem habet Rittershus. *de diff. iur. lib. 4. c. 10.* Iure ciuili res aliena legari potast, *l. 10. C. de legat.* Iure canonico non potest, *c. filius. 5. de testam. c. 73. si episcopus. 12. q. 2.* Iure ciuili filius detractione vnius quartæ contentus esse debet, scilicet vel legitimæ vel Tre-

Trebellianicæ, *L. 5. C. ad SCt. Trebell. Nou. 19.* Iure canonico vtrasque detrahere potest, quia quartam Trebellianicam etiam cuiuis extraneo detrahere licet, *c. Raynutius. 16. c. Raynaldus 18. de test.* & cum hæc ratio in parente quoque obtineat, idem ius, quod filius ratione duarum quartarum habet, parenti quoque concedendum erit. Diff. Gail. 2. *obs. 121. n. 11. & Dd. comm.* Iure ciuili filius viuo patre non potest petere legitimam, etiamsi parens ingressus fuerit monasterium, *auth. si quæ mulier. C. de SS. eccles.* Iure canonico potest a patre ingrediente monasterium legitimam petere, *c. cum simus. 14. & ibi gloss. in verb. bona paterna. de regular.* quia mundo est mortuus, *c. 8. placuit. 16. q. 1.* Iure ciuili legatarius pro legato consequendo tria habet remedia: actionem personalem ex testamento, rei vindicationem & hypothecariam actionem, *l. 1. C. comm. legat. §. sed olim. 2. Inst. de legat.* Iure canonico præter has tres actiones habet etiam condictionem ex canone, & implorationem officii episcopi, *c. 3, 6, 17, 19. de testam.*

XIV.

Iudicia prætoria sunt vel vniuersalia vel singularia. Hæc pertinent

vel ad damnum, vel lucrum, vel libertates, vel possessiones. Dominium est origo possessionum, vsucapio earum effectus, tueturque illas prætor tam ordinarie per missionem creditorum in bona debitoris, quam extraordinarie per interdicta & exceptiones.

§. LXXIII. IVD. VNIVERS. Res enim per vniuersitatem mortis caussa acquirimus, non tantum iure ciuili, sed & prætorio, bonorum possessione. Henn. Wegner. *ad pr. Inst. de bon. poss.* Bonorum possessiones aliæ sunt ordinariæ, quæ partim secundum aut contra tabb. partim ab intestato dantur, aliæ extraordinariæ. Wes. *in parat. de bon. poss. n. 9.*

§. LXXIV. AD DAMNVM. Futurum auertendum & factum resarciendum. Ad illud pertinent tituli tres, scilicet *de op. nou. nunc. de damn. inf. de aq. pluu. arc.* Ad hoc referendus *tit. de publican.* Schwartzkopff. *ad part. 6. D. lib. 39.* Iure ciuili noua instituens vectigalia sine permissu principis, perpetuo multatur exilio, *l. pen. C. vectig. nou. inst. non poss.* Iure canonico monetur primo, vt desistat & restituat ablata, quod si id non fecerit, com-

communione ecclesiastica priuatur, *c. innouamus. 10. de censibus.*

§. LXXV. VEL LVCRVM. Donationes inter viuos & mortuos, *

* Mortis caussa.

quarum nomine olim nulla competebat actio, ideoque prætor eas confirmauit & de iis ius dixit: hodie datur condictio ex *l. si quis argentum. 35. C. de donat.* Iure ciuili pater filio donare nequit, *l. 11. C. eod. l. 25. C. de don. int. vir. & vx.* & non valet eiusmodi donatio, quamuis iuramento fuerit confirmata, *l. 5. in fin. C. de LL. l. in adibus. 9. §. fin. de donat.* iunct. *§. 1. inst. per quas pers. cuique acq.* Iure canonico valet, quia naturalis obligatio inter patrem, & filium hoc casu oritur, *l. frater a fratre 38. de cond. indeb.* quæ sententia in camera obseruatur. Gail. *2. obs. 38. n. 7.* Iure ciuili donatio excedens 500. aureos non valet absque insinuatione, etiamsi iuramento fuerit confirmata, *l. 34. C. de donat.* daturque condictio sine causa, aut ex iniusta caussa ad repetendum id, quod legitimum modum excedit, *l. vt mihi. 21. §. 1. & in fin. eod. l. 61. de iur. dot. Nou. 162. c. 1. §. 1.* Iure canonico si iurata sit talis donatio, valet, *c. cum contingat. 28. de iureiur.* Iure ciuili

donationem omnium bonorum a patre factam filii vsque ad legitimam reuocare possunt, *tot. tit. C. de inoff. don. auth. etsi parens. C. de inoff. testament.* Gail. *d. obs. 38. n. 15.* Diff. Ant. Fab. 3. *coniect. 17.* Alienata autem per emtionem vel alio titulo oneroso, ne quidem quoad legitimam reuocare possunt, *l. 2. ss a par. quis man.* Iure canonico possunt, *c. Raynutius. 16. de testam.* Iure ciuili donatio ab orbo facta superuenientibus liberis in totum reuocari potest, *l. 8. C. de reuoc. don.* quae lex non tantum de patrono, sed & quouis parente intelligenda est per *l. 102. de cond. & dem. l. 30. C. de fideic. l. 6. vers. cum autem. C. de instit. & subst.* Mynſ. *cent. 5. obs. 63. & sq.* Bocer. *class. 2. disp. 19. n. 48.* Diff. Rittershus. *de diff. iur. lib. 3. c. 21.* Iure canonico si in ecclesiam collata fuerit, reuocari nequit, *c. fin. 17. q. 4.* de donatione Constantini magni facta ecclesiae & papae extat *c. Constantinus. 13. & seq. dist. 96. c. ego Ludouicus. 30. dist. 63.* vbi dicitur quod valuerit, ideoque a successore reuocari non potuit, *clem. vn. vers. ipsaque omnia. de iureiur. vbi gloss. in verb. Constantinum.* Sed quaestio haec huius non est loci.

§. LXXVI. LIBERTATES. Circa quas ius canonicum multa singularia in li-

libertis ecclesiæ obseruat, *c. de famulis. 3. de seru. non ordin.* quæ iure ciuili incognita sunt.

§. LXXVII. DOMINIVM. Wes. *in parat. de acquir. rer. dom. n. 1.* Iure ciuili ædificium in alieno solo exstructum cedit solo, *l. redemtores. 39. de R. V. l. 7. §. cum in suo 10. de acquir. rer. dom.* Iure canonico ædificium pecunia & sumtibus ecclesiæ in alieno solo exstructum non cedit solo, sed solum ad se trahit, *c. 13. apostolicas. vbi gloss. in fin. 12. q. 2. c. 41. quæst. 17. q. 4.*

§. LXXIIX. POSSES. Iure ciuili quilibet pro defensione suæ possessionis potest pugnare, *l. 1. C. vnde vi.* Iure canonico clericus pro rerum suarum defensione nequidem Saracenis resistere potest, *

* Si defendendo se paganum occidat. *Vid. c. significasti. 18. x. de homicid.*

c. clericum, qui paganum. 5. dist. 50. Iure ciuili possessori malæ fidei non quidem datur actio nisi contra furem & violentem possessorem, *l. 8. §. 1. C. de præscr. 30. vel 40. annor.* datur tamen exceptio, *d. l. si quis. 8.* Iure canonico nec actio nec exceptio datur. Rittershus. *de diff. iur. lib. 3. c. 15.* Iure ciuili qui se liti obtulit cum non possideret,

deret, perinde condemnatur, ac si possideret, *l. 26. de R. V.* Iure canonico aliud obseruatur, *c. ecclesia. 3. vt. lit. pend.*

§. LXXIX, VSVCAP. Iure ciuili in vsucapione alicuius rei bona fides *initio* saltem requiritur, *l. 10. pr. de vsuc.* Iure canonico non tantum ab initio, sed etiam vsque ad complementum vsucapionis, *c. quoniam. 20. de praescript.* Iure ciuili bona fides in longissimi temporis praescriptione non requiritur. *l. 3. & 4. C. de praescr. 30. vel 40. ann.* Iure canonico in praescriptione bona fides requiritur, *c. fin. de praescript.* Iure ciuili mala fides heredis non impedit vsucapionem a defuncto bona fide coeptam. *l. 2. §. si defunctus pro emt.* Iure canonico impedit, *d. c. fin. de praescript.* Iure ciuili Romana ecclesia non gaudet praescriptione 100. annorum, sed 40. tantum, prout reliquae ecclesiae. *Nou. 111. Nou. 131. c. 6.* *

* Sed videas supra *lib. II. tit. 6. §. 19.* Error in titulo. Ius ciuile impedit vsucapionem, *l. 27. pro emt. de vsucap.* Ius canonicum secus. *Socin. R. iur* Goth. *ad d. l. 27.*

Iure canonico gaudet, *c. 13, 14, 17. de praescript. c. fin. 16. q. 4.* Iure ciuili viuo praelato post alienationem statim incipit vsucapio, *de nou. 131. c. 6.* Iure canonico si prae-

prælatus male administret res ecclesiæ, non currit præscriptio ipso viuo, sed demum eo mortuo, *c. 10. si sacerdotes. 16. q. 4.* Iure ciuili *decima 40.* annis præscribi possunt, quia tali tempore res ecclesiæ præscribi possunt. *Nou. 131. c. 6.* Iure canonico non possunt, ne tanto quidem tempore, cuius initii memoria non exstat, *c. causam. 7. C. de præscript. c. prohibemus. 19. de decim.*

§. LXXX. MISSIO IN BON. idque tum demum, quando vel æs alienum declaratum est siue sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, siue confessione: vel quando debitor bonis cedere paratus est, vel quando moras frustratorias nectit, quibus prætor compulsus creditores auctoritate sua in possessionem mittit, vbi solet quæri de priuilegiis & præferentiis creditorum, de bonorum separationibus, de curatore bonis dando, de iis, quæ in fraudem creditorum alienata sunt. Vtroque iure non potest procedi ad sententiam absque litis contestatione, nisi in caussa appellationis, *l. fin. §. 4. vbi Goth. C. de temp. appell.* excipitur quoque de iure canonico causa matrimonii & electionis, *c. 5. §. porro. vt lit. non. contest.* Sic vtroque iure requiritur, vt sententiæ tam in criminalibus, quam in ciuilibus causis la-

tæ in ſcripturam redigantur, *tot. tit. C. de ſent. ex breuic. recit. c. quoniam. 11. de probat. gloſſ. in c. 7. imprimis in fin. c. 8. ſtatutis. 2. q. 1.* excipiuntur cauſſæ aliquot *in auth. niſi C. de ſent. ex breuic. recit.* vt & iure canonico cauſſa matrimonii, in qua ſententia ferri poteſt ſine ſcriptis, *c. Albericus. 43. de teſtib.* Diſſ. Rittershuſ. *de diff. iur. lib. 2. c. 22.* Iure ciuili ſententia lata in dominum, qui in iudicio per curatorem legitime conſtitutum litigauit, ipſo iure nulla eſt, *l. 1. C. de ſent. & interl.* Iure canonico valet, *c. licet. 9. de probat. gloſſ. in c. ſuſcitata 6. verb. monaſterium. de in integr. reſtit.* quod ſequitur quoque iudicium cameræ. Gail. 1. *obſ. 111. n. 2. vbi dicitur ſemper ſententiam ferri in dominum ſiue is præſens ſiue abſens ſit.* Iure ciuili ſententia tranſit in rem iudicatam intra decendium, *l. 1. C. ſent. reſc. non poſſ.* Iure canonico lata contra matrimonium non tranſit, *c. lator. 7. de ſent. & re iudic.* Iure ciuili per reſtitutionem ſuſpenditur res iudicata, *l. vn. C. in integr. reſtit. poſtul. ne quid nou. fiat.* Iure canonico non ſuſpenditur, ſed executioni mandatur, præſtita cautione, vt ſi pars in integrum reſtituta iuſtiorem habuerit cauſſam, ei omnia reſtituantur, *c. ſuſcitata. 6. de in integr. reſtit.* Iure ciuili ratio expenſarum ſolet haberi

in

in ipſa demum ſententia definitiua, *l. 13. §. ſiue autem. 6. C. de ſentent.* Iure canonico etiam ante ſententiam definitiuam: vt ille, qui fundata intentione actoris obiicit exceptionem peremtoriam, quam non probat, ſtatim damnari poteſt in expenſas non exſpectata definitiua, *c. finem litibus. 5. de dol. & contum.* Bartol. *de diff. iur. n. 77.* Iure ciuili cauſſa ceſſionis ſimulatæ non præſumitur, ſed eſt probanda, *l. 22. & ſeq. vbi Dd. mand.* Iure canonico præſumitur, ſi eam clericus recipit a laico, *c. fin. de alien. iud. mut. cauſſ. fact. & ibi gl. in verb. a præſumtione.* Iure ciuili exceptio illa, in quantum quis facere poteſt, quæ dicitur *competentiæ*, prodeſt ei, qui prior bonis ceſſit, vt non teneatur, niſi in id, in quantum facere poteſt, etiamſi ad meliorem deinde fortunam redierit, *l. is. qui 4. de ceſſ. bonor.* Iure canonico ſimpliciter ad ſolutionem vrgeri poteſt, *c. 3. de ſolut. vbi gl. in verb. ad pinguiorem.* Diſſ. Rittershuſ. *de diff. iur. lib. 5. c. 17.* Iure ciuili is, qui ſemel bonis ceſſit, ea recuperare poteſt, *l. 5. de ceſſion. bonor.* Iure canonico clericus, qui ſemel impetrauit beneficii, v. g. epiſcopatus ceſſionem, tenetur eam adimplere, nec locus eſt pœnitentiæ, *c. quidam. 12. de renunc.* Vtroque iure actor miſſus in bonorum poſſeſſionem in

actione reali, non statim, sed demum anno elapso possidere incipit, *l. 8. §. pen. C. de praescr. 30. & 40. ann. c. contingit. 9. de dol. & contum. c. 1. de eo qui mitt. in poss.* Cuiac. *in fin. vt lit. non cont.* Diss. Barthol. *de diff. iur. n. 142.* Rosbach. *de diff. iur. lib. 3. tit. 8. n. 4.*

§. LXXXI. INTERDICT. Iure ciuili quilibet vim illatiuam, cuius ratione interdictum vnde vi deiecto datur, propulsare potest, *l. 1. C. vnde vi.* Iure canonico clericis id est prohibitum, *c. 1, 23. q. 8. c. suscepimus. 10. de homicid.* Iure ciuili interdictum vnde vi datur contra deiicientem, aut deiicere mandantem, vel ratum habentem, *l. 7. de vi & vi arm.* Iure canonico contra omnem, ad quem res peruenit, *c. cum dilectus. 2. de ordin. cognit. c. 2. redintegranda. 3. q. 1. c. pen. de restit. spoliat.* Iure ciuili potest quis pendente iudicio petitorio ad possessorium adipiscendae, recuperandae & retinendae deuenire, *l. 18. §. fin. de vi & vi arm.* Iure canonico possessorium natura praecedit, non autem concurrit cum petitorio, *c. pastoralis. 5. & seq. de causs. poss. & propriet.* *

Supra 2. 6, 11.

* Immo vero nulla est heic differentia sed expresse pontifex allegat & fundat suam decisio-

cisionem in legali h. e. iuris ciuilis dispositione de interdicto vnde vi, & reliquis remediis possessoriis.

§. LXXXII. EXCEPTION. Iure ciuili ad propositionem negatiuam non est respondendum, quia non est probabilis, *l. actor. 22. C. de probat.* Iure canonico est respondendum, *c. 1. de confess. in 6.* quod etiam obseruatur in camera. Gail. *1. obs. 82. n. 11.* Mynf. *cent. 1. obs. 92.* Iure ciuili non inest rescriptis principum tacite exceptio illa, *si preces veritate nitantur*, sed expresse inseri debet, *l. fin. C. de diuers. rescript.* Iure canonico tacite inest, *c. 2. de rescript.* Iure ciuili exceptiones dilatoriæ ante litis contestationem proponendæ sunt, nam post eam non admittuntur, *l. 13. vbi Goth. C. de procur.* Iure canonico speciale est in exceptione excommunicationis, quæ in quacunque iudicii parte opponi potest, *c. exceptionem. 12. de except. c. pia. 1. eod. in 6.*

XV.

Supersunt causarum ciuilium tituli generales pertinentes ad contractus iuris ciuilis & prætorii.

§. LXXXIII. CONTRACT. I. CIV. quo-

quorum conſideranda conſtitutio & diſſolutio. Conſtituuntur & perficiuntur plerique contractus ſtipulatione, *arg. l. 10. C. de contrah. & comm. ſtip.* Stipulatio fit vel noſtro nomine, ſi ipſi ſtipulemur, vbi plures reos ſtipulandi nobis adiungere poſſumus, aut ſerui ſtipulentur: vel alieno nomine, vt cum pro alio fideiubemus. Weſ. *in parat. de fideiuſſ. n. 1.* Diſſoluuntur contractus per nouationem, ſolutionem, acceptilationem, *tot. tit. Inſt. quib. mod. toll. obl.* Iure ciuili nemo alteri ſtipulari poteſt, *l. 38. §. 17. de V. O.* Iure canonico poteſt, *c. 12. iuramenti. 22. q. 7. Goth. ad d. l. 38.* Diſſ. Rittershuſ. *de diff. iur. lib. 3. tit. 6.* Iure ciuili difficultas cauſſæ non liberat promittentem, *l. 137. §. 4. de V. O.* Iure canonico liberat, *c. 5. beatus. 22. q. 2.* Iure ciuili pœna committitur, ſi ſors promiſſa ad certam & determinatam diem ſoluta non fuerit, etiamſi debitor partem ſortis ſoluerit, *l. 5. §. 4. de V. O.* Iure canonico non committitur, *c. ſuam. 9. de pœn.* Diſſ. Rittershuſ. *de diff. iur. lib. 3. tit. 15.* Iure ciuili clerici pro laicis fideiubere non prohibentur, quia non reperiuntur prohibiti. Iure canonico prohibentur, *c. 1. de fideiuſſ.* fideiuſſio autem clerici pro aliis clericis non improbatur, *c. pen. eod. c. 2. de ſolut.* Iure ciuili fideiuſſor habet be-

ne-

neficium excussionis, *auth. præsente. C. de fideiuss.* Iure canonico non habet, quia ex æquitate in hoc iure proceditur, *gloss. in c. dilecti. 6. in verb. subtiliter. in fin. de iudic.* Rosbach. *de diff. iur. lib. 2. tit. 11. n. 4.*

§. LXXXIV. CONTRACT. I. PRAET. Huc referuntur stipulationes prætoriæ, cuius species sunt rem pupilli saluam fore, iudicatum solui, ratam rem haberi. Wes. *in parat. rem pupill. salu. for. n. 1.*

XVI.

Sequuntur criminalia iudicia tam priuata quam publica. Priuatorum alia ordinaria, vt furtum, vis, iniuria: alia extraordinaria, quorum ratione dantur actiones populares.

§. LXXXV. Diuisio hæc iudiciorum criminalium procedit tantum de iure ciuili, *pr. Inst. de publ. iudic. l. 1. eod.* Nam iure canonico omnia crimina sunt publica, *gloss. in c. infames. 6. q. 1.* Bartol. *de diff. iur. num. 12.* Iure ciuili non tenetur is, qui ratum habuit delictum, si modo eius nomine non gestum, aut ad ipsum aliquid peruenerit, sin autem nomine ipsius gestum sit, tenetur, *gl. in l. 1. §. deiecisse. 12.*

12 de vi & vi arm. Sichard. *in l. 9. C. de negot. gest.* Iure canonico tenetur, qui ratum habuit, licet nomine eius non sit gestum, *gl. in c. cum quis. 23. verb. tuo nomine de sent. excomm. in 6.* Iure ciuili heres ex delicto defuncti non tenetur, nisi ad eum aliquid peruenerit, vel lis cum defuncto fuerit contestata, *l. vn. vbi Dd. C. ex delict. defunct.* delicta enim suos tenere debent auctores. Iure canonico heres ex delicto defuncti omnino tenetur, etsi nec lis cum defuncto fuerit contestata, nec quidquam ad eum peruenerit, *c. in literis. 5. de raptor. c. fin. de sepult.*

§. LXXXVI. FVRTVM. Species eius *in tit. D. de tign. iunct. Si quis testam. lib. & seqq.* recensentur. Iure ciuili non omnis illicita vsurpatio rei alienæ est furtum, nam definitur, quod sit fraudulosa contrectatio rei alienæ lucri faciendi gratia, *§. 1. vbi interpp. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Iure canonico omnis illicita vsurpatio rei alienæ est furtum, *c. 13. pœnale. 14. q. 5.* Iure ciuili fur non est, qui nihil abstulit, quamuis ingressus fuerit domum alterius furti faciendi caussa, *l. 21. pr. de furt.* Iure canonico est fur, qui volens furari propter timorem humanum non furatur, *si propterea. 29. de pœnit. dist. 1. c. 12. tres personas. 23. q. 4.* Iure ciuili

uili etiam is est fur, qui tempore necessitatis & famis panem aufert, *arg. §. 1. Inst. de furt. l. 65. eod.* Iure canonico non est, quia tempore necessitatis omnia sunt communia, *c. discipulos. 26. de consecr. dist. 5. c. si quis propter 3. de furt.**

* Sed vid. *cap. 3. x. de furt.* Manud. nostr. *ad iurisprud cap. VI. §. XV sq.* Sed & Ferd. de Castro Palao *p. 1. tr. 6. d. 2. punct. 9.*

Iure ciuili nemo potest cogi furem vel alium delinquentem indicare, quamuis eum sciat, *l. 48. §. qui furem. 1. eod.* Iure canonico cogi potest, *c. qui cum fure. 4. vbi gloss. in verb. non indicat. de furt.* Iure ciuili pro indicina furis licite aliquid accipitur, *l. 15. de præscript. verb. l. 8. de condict. ob turp. causs.* Iure canonico non licite, *gloss. in d. c. 4. verb. non indicat.* Iure ciuili fures non suspenduntur, *§. 5. Inst. de furt. auth. sed nouo C. eod.* ob pulcherrimam rationem. *Nou. Leo. 64.* & alias collectas a Henning. Wegn. *in analys. Inst. ad d. §. 5. Inst. de furt. n. 7.* Iure canonico suspenduntur, *c. 30. quaesitum. 13. q. 2. c. 10. de iudic.* quod & moribus totius fere Europæ obseruatur.

§. LXXXVII. VIS. commissa etiam ab iis, qui aliquid ex incendio, ruina vel naufragio abstulerunt aut rapuerunt. Iure ciuili raptor non dicitur is, qui inuen-

tas

tas res detinet, neque is, qui famæ alterius detrahit: rapi enim sine vi non potest, *l. 2. 3. §. 5. de incend. ruin. nauf.* vis autem est maioris rei impetus, *l. 5. quod met. cau.* qualis heic non est. Iure canonico vterque dicitur raptor, *c. 6. si quid. c. 8. multo. 14. q. 5. c. 15. deteriores. 16. q. 1.* Iure ciuili raptores non afficiuntur ipso iure pœna, sed per sententiam iubentur soluere quadruplum, *pr. Inst. vt bon. rapt.* Iure canonico raptores rerum naufragium passorum sunt ipso iure excommunicati, *c. excommunicationi. 3. vbi gloss. in verb. subiacere. de raptor.* Iure ciuili incendiarii exuruntur viui, *l. 9. l. fin. de incend. l. 28. §. incendiarii. 12. de pœn.* Iure canonico nouies tantum restituere iubentur, *c. 8. cum deuotissimam. 12. q. 2.* debentque esse per annum vltra mare, *c. 32. pessimam. 23. q. 8.* & sic cum satisfactione præteritorum & iuramento de non vltra faciendo sunt absoluendi, *d. c. pessimam.* qui autem ecclesiam combussit, debet pœnitentiam agere per 15. annos, *c. 14. si quis ecclesiam. 17. q. 4.*

§. LXXXIIX. INIVRIA. Iure ciuili ob iniurias illatas non agitur ad palinodiam, sed iure canonico & moribus nostris. Mynsf. *cent. 2. obs. 98.* Iure ciuili iniuriarum damnatus fit infamis, siue ea magna siue

ſiue parua fuerit, §. *10. Inſt. de iniur. l. 56. pro ſoc.* Iure canonico ob modicam ſeu paruam iniuriam damnatus non ſit infamis, *c. cum te 23. de ſent. & re iudic.* Iure canonico flagellatio vel anathema, *c. 1. & fin. 5. q. 1.* Iure ciuili actio iniuriarum nec ad, nec contra heredes tranſit, *l. 10. §. qui iniuriarum. 2. ſi quis caut. in iud. ſiſt.* Iure canonico tranſit tam ad, quam contra heredes, *c. in literis. 5. de raptor.*

§. LXXXIX. CRIM. EXTRAORD. Vt ſunt ſepulchri violatio, concuſſio, abactus, præuaricatio, furum receptatio, balnearium furtum, effractura, hereditatis expilatio, ſtellionatus, terminorum motio, collegii illiciti coitio. Vtroque iure ſepulchrorum violatores ſunt infames, *l. 1. ſepul. viol. c. infames. 6. q. 1.* Iure ciuili pœna termini moti eſt arbitraria, pro facti & perſonæ qualitate, *l. 2. verſ. de pœn. l. fin. §. fin. de term. mot.* Iure canonico diſtinguitur inter committentem & conſilium dantem. Hic per duos menſes excommunicatur, *c. tanto. diſt. 86. c. 10. in legibus. 12. q. 2.* ille ad tempus carceri traditur, ad pœnitentiam ibi peragendam, *gloſſ. in d. c. tanta. in verb. terminus. c. cum ab homine. 10. de iudic. c. tua. 6. de pœn.* Rosbach. *de diff. iur. lib. 3. tit. 32. n. 30.*

§. XC. ACT. POPVL. tuentur enim

ius populi, *l. 1. de popul. act.* danturque cuiuis de populo, modo sit existimationis integræ, *l. 4. eod.* neque extenduntur vltra annum, *l. fin. eod.* quod tamen de ciuilibus & extraordinariis iudiciis est intelligendum, non autem de publicis, quæ 20. annis durant, *l. 12.* C. *de fals.* Wesemb. *in parat. de pop. act. in fin.*

XVII.

In iudiciis publicis respicimus 1: accusatorem, qui se aduersus reum inscribit, illumque custodiri petit, obiiciens eidem aliquod ex criminibus publicis, qualia sunt: crimen læsæ maiestatis, adulterium, quod differt a stupro, raptu & sodomia, vis, homicidium, veneficium, parricidium, crimen falsi, quod pecuniam ob iudicandum acceperit, quod annonam flagellauerit, quod commiserit peculatum, sacrilegium, crimen ambitus, plagium. Accusatorum autem temeritas coercetur tribus pœnis. 2: respicimus reum. 3: iudicem.

§. XCI.

§. XCI. ACCVSAT. Nam iure ciuili nemo ſine accuſatore condemnari debet, *gloſſ. in c. 1. verb. ſine accuſatore. vt eccleſ. benef.* & regulariter quis in crimine conſtituitur per accuſationem, neque ordinarie proceditur per inquiſitionem, *c. qualiter & quando. 24. de accuſ. c. noluit. 13. de iudic.* Panorm. *in d. c. 24. n. 20.* Iure ciuili quando proceditur per inquiſitionem, tum par eſt pœna inquiſitionis & accuſationis, *l. 7. C. de accuſ.* Iure canonico pœna inquiſitionis eſt minor, *c. inquiſitionis. 21. & ibi.* Panormit. *n. 1. de accuſ.* Iure ciuili quemadmodum accuſatio, ita & inquiſitio poſt 20. annos locum non habet, *l. querela. 12. & ibi Dd. C. de falſ.* Iure canonico etiam vltra 20. annos locum habet. Panorm. *in c. cum haberet. 5. n. 4. de eo qui dux. in matr. gloſſ. in c. admonere. verb. pœnitentia. 33. q. 2.* Iure ciuili frater fratrem de magno & capitali crimine accuſare nequit, *l. 13. de accuſ.* Iure canonico criminis hæreſeos, quod eſt magnum, *l. 4. §. 1. C. de hæret.* accuſare poteſt, *c. literas. 14. de præſumt.* Iure ciuili inimicus ad accuſandum admittitur, cum non ſit expreſſe prohibitus, *l. 8. cum ſeqq. de accuſ.* Iure canonico non admittitur, *gloſſ. ad c. 1. verb. legitimus. per c. 10. c. 19. eod.* Iure ciuili poſt mortem nemo poteſt accuſari ob bo-

na, *l. 20. eod. l. fin. C. ad l. Iul. Maiest.* Iure canonico post mortem quis accusari potest, vt excommunicetur, *c. si quis. 5. de haeret.* De triplici denunciatione, euangelica, canonica & iudiciali vid. Specul. *l. 3. de denunc. n. 8. & seqq.*

§. XCII. INSCRIPT. Tam iure ciuili quam canonico mulier iis casibus, quibus ad accusandum admittitur, non tenetur subscribere in poenam talionis, *l. de crimine. 11. vbi gloss. C. qui accus. non poss. c. 1. de crimine. 15. q. 3.* Hostiens. *ad tit. de accus. ibi, qua possit.* Diss. Rosbach. *de diff. iur. lib. 3. tit. 25. n. 11.* Hodie inscriptiones illae veterum non requiruntur in iudiciis criminalibus, sed expositio criminis sufficit. *P. H. O. Caroli V. art. 11.* Wes. *in parat. de accus. n. 12.*

§. XCIII. CVSTOD. in carcere, qui iure ciuili nequit esse poena, quia est custodia, *l. 8. §. solent. 9. de poen. l. pen. C. de custod. reor.* Iure canonico carcer potest esse poena, *c. quamuis. 3. de poen. in 6. c. nouimus. 27. §. fin. de V. S.* Quod si autem reus confugerit ad ecclesiam, tum ex illa extrahi non debet, nisi sit raptor, homicida, vel adulter. *Nou. 17. c. 7.* Iure canonico e templis publici latrones extrahi possunt, & notorii depopulatores, *c. 6. sicut. 17. q. 4. c. inter alia. 6. de immun.*

Ra-

Raptores autem & adulteri e templis extrahi prohibentur, *c. de raptoribus. 36. q. 1.* Iure ciuili extrahentes confugientem ad ecclesiam & turbantes sacra ministeria puniuntur pœna capitis, *l. 2. l. præsenti. 6. C. de his, qui conf. ad eccl.* Iure canonico excommunicantur. Hostiens. *de immun. eccles. n. 15. vers. quæ sit pœna viol. immun. eccles.*

§. XCIV. CR. LAES. MAI. Diuinæ vel humanæ. Diuina maiestas læditur ab apostatis, hæreticis & blasphematoribus. Apostatæ in iure ciuili dicuntur, qui nomine christianitatis induti sacrificia sacrilega faciunt, vel facienda mandant, *l. 4. vers. sed ne* C. *de apostat.* Iure canonico non isti solum apostatæ dicuntur, *c. 24. non potest. 2. q. 7.* verum etiam illi qui postponunt tonsuram, & secularem vestem assumunt, *c. si in qualibet. 20. q. 2. c. præterea. c. fin. de apost.* Iure ciuili apostatæ vltimo afficiuntur supplicio, *l. 10. pr.* C. *de pagan. & sacrif.* neque vllo eis pœnitentiæ remedio succurritur, *l. 3. in fin.* C. *de apost.* Iure canonico apostatæ tam fidei, quam religionis cogendi sunt ad redeundum, *c. 38. displicet. 23. q. 4. c. quod interrogasti. 6. dist. 27. c. pen. de apostat. c. de Iudæis. 5. dist. 45. c. 33. ad fidem. 23. q. 5.* Hæretici sunt, qui cum nomen christianum imposuerint, tamen

men à christianorum fide & communione se separant. *Nou. 109.* committunt in religionem diuinam, *l. 4.* §. *1. C. de haeret.* sortiunturque ab illo homine nomen, cuius scelus in deserendo DEVM sunt imitati, *l. 6* C. *eod.* Nata est autem prima haeresis occasione corporis & sanguinis Christi, quae orta est in discipulis, *c. prima 44. de consecr. dist. 2.* illam plures secutae sunt, quarum diuersitas & doctrina proponitur *in cap.* 30. *quidam autem. 24. q. 3.* Coguntur haeretici indistincte redire ad ecclesiam: nam medicus bene ligat phreneticum & excitat lethargicum, *c. 24 ipsa piet. c. 25. quid faciet.* 23. *q. 4.* Inter haereticos numerantur anabaptistae, sacrosanctum baptisma iterantes, quorum poena est capitalis, tam in baptizante, quam baptizato, *l 2.* C. *ne sanct. baptism. inter.* Iure canonico abnegare Deum dicuntur *in c. rebaptizare. 108. c. qui bis. 177. de consec. dist. 4.* estque eorum poena, quod per multam poenitentiam debeant reformari & irregulares effici, *d. c. 117. & seq. de consecr. dist. 4.* & hoc quoque extenditur ad eos, qui baptizatum in nomine patria, filia & spiritua sancta rebaptizarunt: rite enim baptizatus erat, *c. retulerunt. 86. de consec. dist. 4.* Iure ciuili haeretici in sepulchris legitimis sepeliri debent, quia

hoc humanum & pium eſt, *l. 9.* C. *de haeret.* Iure canonico non ſunt ſepeliendi, quia ſunt excommunicati ipſo iure, *c. 2. quod autem 4. q. 1.* quales ſepeliri non debent, & ſi iam ſepulti fuerint, exhumandi & eiiciendi ſunt, *c. ſacris 12. de ſepult.* Blaſphematores Dei & ſanctorum eius iure ciuili vltimo afficiuntur ſupplicio. *Nou. 77. c. 1. §. 2.* Iure canonico laici excommunicantur, clerici deponuntur, *c. 10. ſi quis per capillum, 22. q. 1.* vel etiam blaſphemus præ foribus eccleſiæ ſtare & per aliquot dies pœnitentiam agere debet, *c. 2. de maledict.* De crimine læſæ maieſtatis humanæ nihil reperitur in canonibus, quod contra vel præter ius ciuile ſit, ideoque legibus in vtroque foro hoc caſu ſtandum.

§. XCV. ADVLTERIVM. Iure ciuili refertur adulterium inter crimina maxima, quia eius pœna eſt capitalis ex lege Iulia, non qualis illa lex ab initio fuit, ſed prout poſtea interpolata eſt. Henning. Wegn. *in analyſ. Inſt. ad §. 4. de publ. iud. per l. 30. §. 1.* C. *de adult.* quæ tamen correcta eſt *per auth. ſeq.* Iure canonico refertur inter minora, *c. 4. verb. de adulterio vero & aliis criminibus, quæ ſunt minora. de iudic.* neque pœna eius eſt capitalis, ſed ſaltem ſeparatio thori, *c. tuæ 5. de procurat. c. gaudemus. 19. & ibi Panorm. n. 2. de conuerſ.*

coniug. Iure ciuili maritus rem habens cum soluta, non adulterium, sed stuprum committit, *l. 6.* §. *1. de adult.* Iure canonico adulterium, *c. 4. nemo. 32. q. 4.* Iure ciuili licet marito vxorem & patri filiam in adulterio deprehensam occidere, *l. 20. de adult. l.* 4. C. *eod.* Iure canonico non licet, *c. 6. inter hæc. c. 8. admonere.* 33. *q. 2.* Iure ciuili maritus ab accusatione adulterii spatio quinquennii excluditur, *l. 11.* §. *4. de adult.* Iure canonico quoad separationem thori excluditur, *d. c. 8. admonere. q. 2.* Iure ciuili mulier non potest virum accusare adulterii, *l. 1.* C. *de adult. c. 10. apud.* §. *hoc in mulieribus.* 32. *q.* 1. Iure canonico potest, *c. Christiana. fin.* 32. *q. 5.*

§. XCVI. STVPRVM. Iure ciuili committitur stuprum in vidua, virgine & puero, *l. 34.* §. *1. de adult.* Iure canonico stuprum est proprie virginum illicita defloratio, *c. 2. lex illa. 36. q. 1.* Iure ciuili rem habens cum virgine, eam ducere non tenetur, *l. un. C. de rapt. virg.* *

* Per *d. l. C. de raptu* nihil probatur, nisi de rapta: non in genere. Neque ex *l. cum qui 13. C. de adult.* quicquam, nisi in casu bigamiæ elicitur. Verior ratio ex *l. 30 de R. I.* non concubitus, sed consensus nuptias facit.

Iure canonico tenetur, *c. 1. de adult.* *

* In terris Imperii & per constitutionem electo-

ctoralem Saxonicam iure canonico hoc in casu non vtimur *Carpzov. 4: 27. def 1.* etsi alias in caussis matrimonialibus locus eius esse dici solet. Sed falsum est, quod de iure canonico per *d. c. 1. x. de adult.* dicitur, quia *cap seqq.* a Gregorio M. duricies legis Mosaicae forensis emollita fuit: *Vt autem quam stuprauit, vxorem ducat, aut si renuendum putauerit, corporaliter castigatus &c.* Ergo hactenus differentia potius est in poena: quae tamen ipsa in desuetudinem abiit, & iudici seculari plerumque relinquitur. *Lud. Encycl. coll. iur. can. p 3. l. 6. t. 17 n. 11. seq.* Igitur hodie tertium aliquod ius est, & mixtum, continens alternatiuam, & poenam arbitrariam. *Vid. Cypraeum de sponsal. c. x. §. 10. n. 4. 18.*

Iure canonico poena stupri mitior est, quam iure ciuili, *c. peruenit. 2. eod.* Bartol. *de differ. iur. num. 12.* Iure ciuili qui moechati fuerint cum virginibus Deo dicatis capite plectuntur, *l. 5. C. de episc. & cler. c. 3. si. quis non dicam. 36. q. 2.* Iure canonico clerici deponuntur, laici excommunicantur, *c. si quis episcopus. 27. q. 1.*

§. XCVII. RAPTVS. Iure ciuili raptus etiam in sponsam committitur a sponso, *l. vn. C. de rapt. virg.* Iure canonico in eam tantum, quae non est desponsata, *c. vlt. & ibi gloss. de adult.* Iure ciuili raptus poena est capitalis, *d. l. vn. C. de rapt. virg.* Iure canonico raptor tenetur raptam du-

cere & dotare: quod si autem parens nolit in nuptias consentire, nihilominus eam dotare tenetur, *c. 1. de adult. & stupr.*

§. XCIIX. SODOMIA. Iure ciuili crimen sodomiæ, seu id quod fit contra naturam punitur gladio, *l. 31. C. de adult.* Iure canonico clericus sodomiam committens deponitur, vel etiam detruditur in monasterium ad agendam ibi pœnitentiam, *c. clerici. 4. de excess. prælat.* laicus autem excommunicatur, *d. c. 4.* Plura de crimine sodomiæ, vt quod grauis sit & peius, quam cum propria matre peccare, &c. tractantur in *c. 11. adulterii & sqq. 32. q. 7.* Et hæc crimina omnia pudicitiam propriam & alterius lædentia appellari possunt illiciti coitus, *c. 2. lex illa. 36. q. 1.* Est vero aliud adhuc peccatum iure ciuili incognitum, quod canones vocant *pollutionem nocturnam*, qua propria hominis pudicitia offenditur, de qua text. & gloss. *in dist. 6. per. tot.*

§. XCIX. VIS. publica & priuata, *l. 152. de R. I.* Præterea solet vis distingui in expulsiuam, turbatiuam seu inquietatiuam & compulsiuam, de quibus speciebus tractat Bocer. *class. 4. disp. 5. & 6.*

§. C. HOMICID. Iure ciuili homicidium est quæuis exanimatio hominis violenter facta, *l. 11. §. 3. ad l. aquil.* Wes. *in parat.*

parat. ad l. Corn. de ficar. n. 5. Iure canonico homicidium aliud eſt ſpirituale, aliud corporale. Spirituale multis modis committitur. Hoſtienſ. *in ſum. ad tit. de homicid. n. 2. c. homicidiorum. 24. & ſeqq. diſt. 1.* Sic paſtor qui delinquentes non arguit, ipſos occidit tacendo, *c. Epheſiis. 4. diſt. 43.* qui res epiſcopi vel eccleſiæ rapit, homicida eſt, *c. 1. qui Chriſt. c. 6. qui abſtulerit. 12. quæſt. 2.* item is qui fame morientibus non ſuccurrit, *c. paſce. 21. diſt. 86. c. 66. decimæ. in fin. 16. q. 1.* qui aliquem ad peierandum compellit, & ſui ipſius & alterius homicida eſt, *c. 3. ille 22. q. 5.* ſimiliter is ſui homicida eſt, qui ſibi virilia amputat, *c. ſi quis abſcidit. 4. diſt. 55.* Iure ciuili pœna homicidii eſt capitalis, *l. 3. §. 5. de ficar.* Iure canonico pro diuerſitate homicidii diuerſitas culpæ penſatur, *c. 19. cum homo. 23. q. 5.* Homicidii corporalis pœna in clerico eſt depoſitio, in laico excommunicatio, *c. ſicut dignum. 6. de homicid.* itemque pœnitentia 7. annorum, *c. ſi qua. 43. diſt. 50.*

§. CI. VENEFIC. Venefici non tantum ii dicuntur, qui venenum hominis necandi cauſſa faciunt, *l. 3. pr. ad l. Corn. de ficar.* ſed etiam magicis artibus accincti, qui alias appellantur malefici & mathematici, *l. 4. de malef. & math. iunct. l. 3. pr. ad l. Corn. de ficar. l. 38. §. 5. de pœn.* item-

que

que *magi* ob facinorum magnitudinem, *c. fin. nec mirum. 26. q. 5.* licet magorum nomen olim sapientes denotauit, vt patet ex *Matth. 2.* vbi magi obtulerunt tria munera domino, id est tres partes philosophiæ: moralem, naturalem, & rationalem, *c. legimus. §. hinc etiam filius. dist. 37. & ibi gloss. in verb. tres partes.* dicuntur præterea incantatores & diuinatores itemque sortilegi, *c. igitur. 26. q. 4.* Est autem ars magorum inuenta ex traditionibus *dæmonum*, inde dictorum, quod *decima* pars sint angelorum, *gloss. in c. 66. decimæ, verb. ad decimam. 16. q. 1. per c. 55. de consecr. dist. 1.* & qui eam sectantur, aut qui talibus credunt, perpetuæ damnationis interitum incurrunt, *c. 7. qui sine. 26. q. 2.* Sic quoque incantatio illicita est, obseruare constellationes in coniugiis sociandis, in domibus ædificandis, in arboribus plantandis, *c. non liceat. 26. q. 5.* Diuinatores illi dicuntur, qui ex coniectura mentis suæ, incerta futurorum, quasi vera pronunciant, *c. viro. 4. dist. 37.* modi, per quos diuinatores futura intelligunt, habentur in *c. 1. igitur. & seqq. 26. q. 4.* Iure ciuili sortilegi capite plectuntur, *l. nemo. 5. C. de malef. & mathem.* Iure canonico per 5. annos pœnitentiam agere debent, *c. 2. qui diuinationes. 26. q. 5.* Iure ciuili qui consulunt malefi-

lefficos & mathematicos siue Chaldæos, capite puniuntur, *d. l. 5. C. de malef.* Iure canonico excommunicantur & anathematizantur, *c. 1. si quis ariolos. c. 9. si quis clericus. 26. q. 5.*

§. CII. PARRICID. Iure ciuili parricidæ insuuntur culeo cum cane, gallo gallinaceo, vipera & simia, §. *6. Inst. de publ. iudic. l. vn. C. de his qui par. vel lib. occid.* Iure canonico aut detruduntur in monasterium, *c. 1. de his, qui fil. occid.* aut aliter pœnitere coguntur, *l. 15. latorem. 33. q. 2.*

§. CIII. FALSVM. Iure ciuili crimen falsi capite plectitur, *l. 5. C. de fals.* Iure canonico anathemate punitur, *c. dura. 4. de crim. fals.* potestque episcopus falsarium papæ incarcerare, *c. in memoriam. 3. dist. 19.* Iure ciuili qui pondera & mensuras lucri caussa corrupit, in insulam relegatur, *l. pen. de fals. l. annonam. 6. §. fin. de extraord. crim.* Iure canonico tenetur pœnitere per 30. dies in pane & aqua, *c. 2. de emt. vend. c. ad falsariorum. 7. de crim. fals.*

§. CIV. PECVN. OB IVDICAND. ACC. qui tenetur lege Iulia repetundarum. *l. 3. l. 7. de l. Iul. repet.* qua damnatus fit infamis, *l. 6. §. 1. d. tit.* Accipit autem iudex pecuniam vel vt male, vel vt bene iudicet. Priori casu iure ciuili tenetur parti læsæ ad litis æstimationem & refu-

tio-

ſionem expenſarum, nec non in triplum eius quod accepit, *auth. nouo iure. cum l. ſeq. C. de pœn. iud. qui mal. iud.* Iure canonico per annum ſuſpenditur, partique læſæ ad litis æſtimationem tenetur *c. 1. de ſent. & re iudic. in 6.* Poſteriori caſu iudex iure ciuili non tenetur ad reſtitutionem eius, quod accepit, quia vbi dantis & accipientis turpitudo verſatur, ibi turpiter dati nulla eſt repetitio, *l. 3. de cond. ct. ob turp. cauſ.* Atqui heic verſatur tam dantis turpitudo, qui iudicem corrumpere voluit, *l. 2. §. fin. eod.* quam accipientis, qui manus abſtinere, nec alienum iurgium ſuam prædam putare debuit, *l. 3. C. ad l. Iul. repet.* Iure canonico tenetur ad reſtitutionem, *c. 66. qui recte. 11. q. 3. c. 15. non ſane. 14. q. 5.* quia venales ſententiæ nullæ ſunt, *c. fin. §. venales. 2. q. 6.*

§. CV. ANNON. coercetur vel pœna extraordinaria, *l. annonam. 6. de extraordin. crim.* vel ordinaria ex publico iudicio, & coercentur homines eiusmodi pœna 20. aureorum, *l. 2. §. fin. de annon.* Iure canonico laici excommunicantur, clerici deponuntur, *c. praeterea. 7. de vſur.* Rosbach. *de diff. iur. lib. 3. tit. 32. n. 26.*

§. CVI. PECVLAT. quod publicam rem ſiue pecuniam interuerterit, *l. vn. C. de crim. pecul. l. ſacrilegi. 9. §. Labeo. 2. ad l. Iul.*

Iul. pecul. Peculatus pœna eſt quadruplum, *l.6.§.fin.eod.* idem deportatio & bonorum publicatio, *l. eod.3.* hodie eſt ſuſpendium ex Caroli V. conſtit. *P.H.O. art. 162.* *

* *Vid. conſtit. elect. Saxon. 41. p. ult.*

Iure canonico ſi presbyteri aut aliæ perſonæ eccleſiaſticæ bona eccleſiaſtica ſibi approprient & alienent, excommunicantur, donec reſtituant, quod ſi reſtituere non poſſint, deponuntur, *c. ſi quis. 6. de reb. eccl. non alien. c. 35. diaconi. 12. q. 2.*

§. CVII. SACRILEG. Iure canonico pluribus accipitur modis: ſacrilegi dicuntur Chriſtiani, qui Iudæorum cibis veſcuntur, *c. 14. omnes 28. q. 1.* qui perſonam eccleſiaſticam lædunt, *c. 5. ſicut. 17. q. 4.* qui emunt & vendunt ſpiritualia, *c. 1. audiuimus. 1. q. 3.* alias dicti Simoniaci, *de quib. mox.* Proprie autem de iure canonico dicitur ſacrilegium, quod committitur auferendo ſacrum de loco ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro, *c. 21. quisquis. 17. q. 4.* Pœna ſacrilegii pro ratione perſonarum variat, minima tamen, quæ honeſtiore loco natis irrogatur, eſt deportatio in inſulam, *l. 6. pr. ad l. Iul. pecul.* Iure canonico pœna ſacrilegorum, eſt, vel deportationis perpetuæ exilium, *c. 13.*

c.13. attendendum.17.q.4. vel anathematizatio, *c.21. indigne.12.q.2.*

§. CIIX. AMBIT. Iure ciuili contra legem ambitus sacerdotium petens per SCtum centum aureis cum infamia damnatur, *l. vn.§.1.de l. Iul. ambit.* Iure canonico episcopus vel presbyter qui ambiens celebriorem sedem, suam deserit, vtramque perdit, *c.31.si quis episcopus.7.q.1.c.7.apostolica.8.q.1.* Huic crimini *simonia* affinis est. Goth. *ad d. l. vn. de ambit.* Clar.*5.sent. §.simonia.* Est autem simonia dare temporalia caussa lucrandi spiritualia, *c. tua nos 34. de simon.* & pro omni spirituali dare temporale est simoniacum, *c.191. quicquid. pr.1.q.1.c.in tantum.36.de simon.* tamque dans quam accipiens aliquid pro re spirituali committit simoniam, *c.6. quos constiterit.1.q.1.* De hac materia agitur *in causs. 1. per tot. & tit. de simon.* ex quibus hæc inter cetera notabilia: quod dantes vel accipientes aliquid pro sepulturis, exequiis & quocunque sacramento, *c. cum in ecclesiæ.9. de simon.* pro absolutione, *c. ad aures.24.eod.* pro canonicatu, vicariatu, *c.8.si quis episcopus.1.q.1.* pro iure percipiendi oblationes & decimas, *c.4. quæsitum.1. q.3.* sint simoniaci. Et quamuis simonia sit execrabile vitium, quia nullum magis respicit iniu-

iuriam Dei, *c. 117. quibusdam. 1. q. 1.* tamen heu nimis eſt vſitatum, *c. 7. reperiuntur. 1. q. 1.* Pœna ſimoniacorum eſt infamia, *l. 15. ſi quis prabendas. 1. q. 3.* excommunicatio, *c. 2. quicunque. 1. q. 1.* anathema, *c. 22. placuit. 1. q. 1.* ignis æternus & gehenna, *c. 115. ſi quis neque 1. q. 1.* quia in expiabilis eſt culpa venditi diuini myſterii. *c. 16. cito. 1. q. 1.*

§. CIX. PLAGIVM. cuius pœna interdum capitalis, *l. fin. de plag.* quæ etiam iure canonico videtur irrogari poſſe per *c. 1. de furt.* ſed obſtat, quod pœna mortis de iure canonico poteſtati ſeculari ſit relicta, *c. in archiepiſcopatu. 4. de raptor.* Verum heic reſpondendum, quod ea pœna ſit iuris diuini, ſicut teſtatur inſcriptio, *d. c. 1.* deſumti ex *Exod. 21.* non autem iuris canonici, *gloſſ. ad d. c. 1.* His omnibus criminibus accenſent canones vſuram, *tot. tit. de vſur.* de qua dictum ſupra §. 12.

§. CX. TRIB. POENIS. pro ratione temere intentatæ accuſationis, qua vel calumniantur & tum eos ſequitur ſimilitudo ſupplicii, *l. fin. C. de cal.* aut præuaricantur, id eſt vera crimina abſcondunt, & cum reo colludunt, *l. 1. §. 6. ad SCt. Turpill.* & tum tenentur ea legis pœna, qua reus propter præuaricationem abſolutus eſt, *l. pen. de praeuaric.* vel denique tergi-

uersantur, id est a cœpta accusatione desistunt, qui in pœnam SCti Turpilliani incidunt, id est 5. libras auri exsoluunt, *l. 3. §. 3. de præuaric. l. in SCtum. 15. §. 1. ad SC. Turpill.* . Et his tribus modis de iure canonico quoque falsa accusatio detegitur, *c. si quem pœnituerit. vers. accusatorum. 2. q. 3.*

§. CXI. REVM. an præsens an absens sit. Absens requirendus est, *tot. tit. de requir. vel. abs. dam.* neque admittitur accusatio contra absentem, nisi sit contumax, *c. 67. eorum. 11. q. 3.* Si præsens sit, tum vel confitetur, vel negat obiectum crimen. Priori casu ex sua confessione condemnatur, *l. 5. de custod. & exhib. reor.* Posteriori, si testibus conuictus sit, quoque condemnabitur: iudex enim secundum allegata & probata procedit, *c. 4. iudicet. 3. q. 7.* si nulli adsint testes, & tamen reus multis indiciis oneratus sit, proceditur ad quæstiones seu tormenta, *l. 18. §. 1. l. 20. l. fin. de quæstion. l. 3. l. 8. C. eod.* potestque quilibet iudex, etiam ecclesiasticus suspectos torquere, vt veritatem facti exquirere possit, *c. 4. illi qui. 5. q. 5.* Iure ciuili accusatus de aliquo crimine, potest post condemnationem accusare suum accusatorem, modo ex illa sententia libertatem vel ciuitatem amiserit, *l. 5. de publ. iud.* Iure canonico non potest, nisi prius præcessit

pur-

purgatio, & nisi accuset de crimine maiori, *c. 6. qui crimen. 6. q. 1. c. 1. neganda. 3. q. 11.*

§. CXII. IVDICEM. Audita accusatione, reoque conuicto iudex sontem pœna scelere suo digna afficit, quam nonnunquam remittit. Capitalem pœnam passorum bona, vt & illorum, qui facti vel pœnæ subsecuturæ conscientia territi, manus violentas sibi ante latam sententiam intulerunt, publicantur. Relegatorum autem bona non publicantur. Pœna remittitur vel viuis, quando sententiam passi restituuntur, vel mortuis, quando punitorum cadauera sepeliri iubentur, *l. 1 & 2. de cad. punit.* Iure ciuili omnes pœnæ sunt vel ciuilis vel criminales. Iure canonico dantur etiam mixtæ, quales est separatio thori, *c. tuæ. 5. de procur.*

§. CXIII. Notandum heic aliquid de pœnis iuris canonici. *Depositio*, qua afficiuntur criminosi clerici, debet esse perpetua, *c. si lapsis. 1. dist. 50.* estque vel actualis vel verbalis. Actualis solemni fit degradatione instar exauctorationis militaris, cum scilicet clerico, in præsentia magistratus ciuilis, ob delictum vestes & insignia ordinis sui detrahuntur, per episcopum, retrogrado ordine, irrogaturque tantum ex tribus causis: ob hæresin, *c. ad abo-* Pœnæ iuris canonici.

lendum. 9. de haeret. ob crimen falsi literarum apostolicarum. *c. ad falsariorum. 7. de crim. fals.* & ob delictum in episcopum commissum, *c. 18. si quis sacerdotum. 11. q. 1.* Taliter degradatus potestati seculari puniendus traditur, *c. nouimus. 27. de verb. sign. c. 2. de poen. in 6.* Verbalis fit per solam sententiam episcopi, adsistente certo numero episcoporum, si clericus, qui deponitur in sacris sit constitutus: in minoribus enim nulla aliorum episcoporum praesentia opus est, sed sufficit sententia episcopi, habetque locum in adulterio, furto, homicidio,&c. *c. 19. de iud.* Canis. *in summ. iur. can. lib. 3. tit. 22.* Excommunicatio alia est maior, alia minor: maiore separat a fraterna societate & consuetudine: minor a sacramentorum perceptione tantum, non a consortio fratrum. Vbicunque autem excommunicationis mentio fit, non minor, sed semper maior intelligenda est, *c. pen. de sent. excomm.* Anathematismus abscindit & auellit ab ipso corpore Christi. Cuiac. *ad d. c. cum non ab homine. 10. de iudic.* De ceteris poenis ecclesiasticis, vt prohibitione ab ingressu ecclesiae, suspensione, interdicto ecclesiastico, itemque absolutione ab iisdem, late & pulchre tractat Gregor. Tholos. *partit. iur. can. lib. 4. tit. 15. c. 4. & seqq. tit. 16. c. 8. & seqq. tit. 17. per tot.*

§. CXIV.

§. CXIV. Iure ciuili nemo ob delictum potest signari in fronte, ne facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis cœlestis figurata est, maculetur, *l. 17. C. de pœn.* Iure canonico potest, vt scilicet eiusmodi nebulones inter alios cognoscantur, *c. ad audientiam. 9. de crim. fals.* Iure ciuili bona damnatorum traduntur hæredibus, *auth. bona. C. de bon. damn.* Iure canonico acquiruntur ecclesiæ, *c. 22. si quis deinceps. 17. q. 4.* Iure ciuili bona hæreticorum filiis orthodoxis non auferuntur, *l. 19. cum auth. seq. C. de hæret.* Iure canonico auferuntur, *c. vergentis. 10. de hæretic.* Iure ciuili cadauera punitorum non nisi permissu summi principis sepeliuntur, *l. 1. cum seqq. de cadau. punit.* Iure canonico etiam absque permissu principis licite sepeliuntur, & si pœnitentiam egerint, pro iis oblationes offeruntur, *c. 30. quæsitum. 13. q. 2.* quod si autem in ipso facinore occisi fuerint, vel impœnitentes vitam finiuerint, tum illis sepultura in cœmeteriis negatur, *c. 16. quibus. 13. q. 2.* plusque obest iis sepeliri in sacris locis, quam prodest, *c. 17. cum grauia. 13. q. 2.*

Differentiæ iuris circa pœnas:

XIIX.

Actum hactenus de caussis priuatis consideratis in prima instantia,

paucis iam de iis tractemus in instantia secunda. Et ita absolutis causis priuatis peruenimus tandem ad publicas, pertinentes ad ius fisci, rem militarem, magistratus & res ciuitatum.

§. CXV. INST. SECVND. seu appellatione, quæ est remedium, quo caussa vitiata subleuatur, *l. 1. liceat. 2. q. 6.* Appellatio enim permissa est non modo in caussa ciuili, sed etiam criminali, *l. 6. l. 16. de appell. l. 6. §. 3. l. 12. l. 19. C. eod.* quanquam in camera Imperiali appellatio in criminalibus non admittatur. Gail. 1. *obs. 1. n. 28.* Mynf. *cent. 4. obs. 41. & 42.* Et hæc videtur ratio, quare materia appellationum post iudicia ciuilia & criminalia tractetur. Ceterum in appellationibus propter differentias iuris considerandæ sunt 1: caussæ, de quibus appelletur. 2: personæ, a quibus & ad quas appelletur, & denique pœna temere appellantium. Causæ sunt vel iudiciales vel extraiudiciales. Iure ciuili de causis extraiudicialibus nulla datur appellatio, *l. pen. C. quor. appel. non recip.* Iure canonico datur, *c. cum sit Romana. 5. de appell. c. 1. pr. eod. in 6. c. 2. de dol. & contum. in 6.* In iudicialibus causis fertur sen-

Supra 1: 5, 15.

ſententia vel interlocutoria vel definitiua. Iure ciuili regulariter ab interlocutoria appellare non licet, *l. 7. C. de ſent. & in loc.* Iure canonico licet, imo a quouis grauamine tam præſenti quam futuro, cuius aliqua eſt ſuſpicio, appellatio conceditur, *c. ſuper eo. 12. de appell. c. cum dilectis. 6. de dol. & contum. c. 18. non im. 2. q. 6.* Iure ciuili quando ab interlocutoria appellatio admittitur, tum requiritur cauſſa legitima expreſſa, poteſtque vna allegata cauſſa allegari quoque alia, *l. 3. §. 3. de appell.* Marant. *de ordin. iudic. tit. de appell. n. 125. & ſeq.* Iure canonico requiritur tantum cauſſa probabilis, etiamſi in iure non ſit expreſſa, *c. vt debitus. 59. de appellat. vbi Panorm. num. 2.* nec poteſt appellans aliam cauſſam proſequi, quam quæ in appellatione eſt expreſſa, *clem. appellanti. 5. eod.* Iure ciuili quoties licita eſt appellatio ab interlocutoria, toties viua voce poteſt appellari, neque neceſſario requiritur ſcriptura, *l. 2. vbi gloſſ. de appell. recip. vel non* Iure canonico ſcriptura neceſſario requiritur, qua causſa appellationis exprimatur, *c. 1. c. 9. de appell. in 6.* Iure ciuili quando ab interlocutoria appellatum eſt, tum ea reuocari nequit, *l. 14. de re iudic.* Iure canonico interlocutoria etiam poſt interpoſitam appellationem poteſt reuocari, *c.*

 60.

60. *de appell.* Iure ciuili in caussa momentaneae possessionis appellare non licet, *l. vn. C. si de mom. poss. fuer. appell.* Iure canonico licet *c. 10. c. 15. de restit. spoliat.*

Personae a quibus appellatur.

§. CXVI. Persona a qua appellatur est iudex, cuius sententia tacite arguitur iniquitatis. Iure ciuili iudex a quo appellatur, nihil potest statuere in praeiudicium cognitionis futurae in iudicio appellationis, *tot. tit. nihil innou. app. pend.* Iure canonico potest terminum praefigere prosequendae appellationis, *c. 5. c. 26. de appell.* Iure ciuili iudex a quo appellatum est, in aliis caussis vt suspectus declinari nequit, *l. vn. apud eum a quo appell.* Iure canonico quandiu appellatio pendet potest, *c. 6. c. 24. de appell.* excipitur casus *in c. 22. & d. c. 24. eod.*

Personae ad quas appellatur.

§. CXVII. Personae ad quas appellamus sunt iudices superiores. Iure ciuili appellatio debet fieri gradatim, *l. 20. de appell.* Iure canonico statim potest appellari ad pontificem, *c. 4. si quis & sqq. c. 16. quoties. 2. q. 6.* *

* Sed isti canones sunt ex epistolis primorum pontificum suppositiis & ad ius nouum canonicum pseudo - Isidori pertinentes. *Vid. St. Baluz. praef. ad Ant. August. dial. de emend. Gratiani.*

Iure ciuili indistincte appellatur a subdelegato

legato ad delegantem, *l. vn. C. qui pro sua iurisd.* Iure canonico si tota iurisdictio fuerit subdelegata, appellandum est ad ordinarium superiorem, sin autem pars iurisdictionis fuerit subdelegata, appellatur ad subdelegantem, *c. 7. de for. comp. c. 27. §. porro. de off. iud. deleg.* Iure ciuili non potest causa appellationis ita delegari, vt delegans sibi referuet sententiæ dicendæ ius, *auth. adhæc. C. de iudic.* Iure canonico fieri potest, vt ordinarius sibi sententiam referuet, *d. c. 27. §. intentionis. de offic. deleg.* Iure ciuili a sententia episcopi potest appellari ad iudicem secularem. *Nou. 123. c. 21.* Iure canonico non ad secularem, sed ad metropolitanum vel papam, *c. duo 9. de offic. ordin.* Iure ciuili a sententia episcopi semel tantum appellare licet, *auth. si quis C. de episc. aud.* Iure canonico bis, sed non ter, *clem. 1. de sent. & re iudic.* Pœna temere appellantis de iure ciuili est mulcta 50. librarum auri *l. 5. prope fin. C. quor. appell. non recip.* Iure canonico temere appellans in expensas condemnatur, *c. 26. §. si autem in quocunque. de appell.*

§. CXIIX. IVS FISCI. Iure ciuili qui rem alienam quamcunque a fisco emit, securus est, *l. bene a Zenone 3. C. de quadr. præscr. §. vlt. Inst. de vsuc.* Iure

canonico qui emit rem ecclesiæ a fisco securus non est, sed eam ecclesiæ restituere tenetur, *c. 2. de reb. eccles. non alien.*

§. CXIX. RES MILIT. quó pertinent seqq. tit. *de capt. de re mil. de castr. pec. de veter.* Iure ciuili postliminio reuersis datur actio rescissoria inter annum, §. *rursus. 5. Inst. de action.* Iure canonico non datur, quia non currit per id tempus præscriptio, *c. 13. prima. 16. q. 4.* Iure ciuili pœna militiam deserentis est capitalis, *l. omne. 6. §. qui in acie. 3. de re milit.* Iure canonico est infamia, *c. 17. infames. 6. q. 1.* Iure ciuili vnum est genus militiæ armatæ, vt constat *ex tot. tit. de re mil. tot. tit. C. qui mil. poss.* Iure canonico militia alia est spiritualis, alia secularis, *c. si officia. 2. dist. 59. c. 19. reprehensibile. 23. q. 8.* In militia seculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciscendi & cupiditas nocendi, *c. 4. quid culpatur in bello. 23. q. 1.* summa autem laus est communi vtilitati intendere, *c. 7. summa 23. q. 1.* & hac intentione militia debet exerceri, vt mali coerceantur & boni subleuentur, *c. 6. apud veros. & c. seq. 23. q. 1.*

§. CXX. MAGISTRAT. municipales, inter quos viri præcipui sunt decuriones in album scripti, qui a muneribus non sunt exemti, nisi habeant vacationem a mu-

muneribus, vel ob ius immunitatis a principe concessum, vel ob legationes. Iure ciuili spurii decuriones fieri possunt, *l. 3. §. 2. l. 6. pr. de decur.* Iure canonico ad nullas dignitates & sic nec decurionatum promoueri possunt. Bartol. *de diff. iur. n. 65.* Iure ciuili *munus* accipitur tribus modis, pro dono, pro officio, pro onere, *l. munus 18. de V. S.* Hoc loco accipitur pro onere, *l. munus 214. eod.* Quando pro dono accipitur, tum aliud confertur inter viuos, aliud mortis causa, de quo supra dictum §. 14. Iure canonico quando munus accipitur pro dono, tum aliud est de obsequiis, quod est seruitus indebite impensa, aliud est a manu, quod est pecunia, aliud est a lingua, quod est fauor, *114. sunt nonnulli. 1. q. 1.* tria autem illa, quæ in acceptione muneris sunt attendenda, proponuntur *in c. etsi quaestiones 18. de simon.* Iure ciuili legati sunt honorandi, quia sancti & inuiolabiles sunt, & qui legatum hostium offendit, ille traditur hostibus, *l. fin. de legation.* Iure canonico quoque legati sunt honorandi loco illius, cuius legatione funguntur, *c. fin. dist. 93.* vnde episcopi & sacerdotes sunt honorandi loco Christi, quia legatione Christi funguntur, *c. 36. omnis 7. q. 2.* qui autem eos violauerit, excommunicatur *c. si quis 2. dist. 94.*

uersantur, id est a cœpta accusatione desistunt, qui in pœnam SCti Turpilliani incidunt, id est 5. libras auri exsoluunt, *l.3. §.3. de præuaric. l. in SCtum. 15. §. 1. ad SC. Turpill.* . Et his tribus modis de iure canonico quoque falsa accusatio detegitur, *c. si quem pœnituerit. vers. accusatorum. 2. q. 3.*

§. CXI. REVM. an præsens an absens sit. Absens requirendus est, *tot. tit. de requir. vel. abs. dam.* neque admittitur accusatio contra absentem, nisi sit contumax, *c. 67. eorum. 11. q. 3.* Si præsens sit, tum vel confitetur, vel negat obiectum crimen. Priori casu ex sua confessione condemnatur, *l. 5. de custod. & exhib. reor.* Posteriori, si testibus conuictus sit, quoque condemnabitur: iudex enim secundum allegata & probata procedit, *c. 4. iudicet. 3. q. 7.* si nulli adsint testes, & tamen reus multis indiciis oneratus sit, proceditur ad quæstiones seu tormenta, *l. 18. §. 1. l. 20. l. fin. de quæstion. l. 3. l. 8. C. eod.* poteftque quilibet iudex, etiam ecclesiasticus suspectos torquere, vt veritatem facti exquirere possit, *c. 4. illi qui. 5. q. 5.* Iure ciuili accusatus de aliquo crimine, potest post condemnationem accusare suum accusatorem, modo ex illa sententia libertatem vel ciuitatem amiserit, *l. 5. de publ. iud.* Iure canonico non potest, nisi prius præcessit pur-

purgatio, & nisi accuset de crimine maiori, *c. 6. qui crimen. 6. q. 1. c. 1. neganda. 3. q. 11.*

§. CXII. IVDICEM. Audita accusatione, reoque conuicto iudex sontem pœna scelere suo digna afficit, quam nonnunquam remittit. Capitalem pœnam passorum bona, vt & illorum, qui facti vel pœnæ subsecuturæ conscientia territi, manus violentas sibi ante latam sententiam intulerunt, publicantur. Relegatorum autem bona non publicantur. Pœna remittitur vel viuis, quando sententiam passi restituuntur, vel mortuis, quando punitorum cadauera sepeliri iubentur, *l. 1 & 2. de cad. punit.* Iure ciuili omnes pœnæ sunt vel ciuilis vel criminales. Iure canonico dantur etiam mixtæ, quales est separatio thori, *c. tuæ. 5. de procur.*

§. CXIII. Notandum heic aliquid de pœnis iuris canonici. *Depositio*, qua afficiuntur criminosi clerici, debet esse perpetua, *c. si lapsis. 1. dist. 50.* estque vel actualis vel verbalis. Actualis solemni fit degradatione instar exauctorationis militaris, cum scilicet clerico, in præsentia magistratus ciuilis, ob delictum vestes & insignia ordinis sui detrahuntur, per episcopum, retrogrado ordine, irrogaturque tantum ex tribus causis: ob hæresin, *c. ad abo-*

Pœnæ iuris canonici.

lendum. 9. de haeret. ob crimen falsi literarum apostolicarum. *c. ad falsariorum. 7. de crim. fals.* & ob delictum in episcopum commissum, *c. 18. si quis sacerdotum. 11. q. 1.* Taliter degradatus potestati seculari puniendus traditur, *c. nouimus. 27. de verb. sign. c. 2. de poen. in 6.* Verbalis fit per solam sententiam episcopi, adsistente certo numero episcoporum, si clericus, qui deponitur in sacris sit constitutus: in minoribus enim nulla aliorum episcoporum praesentia opus est, sed sufficit sententia episcopi, habetque locum in adulterio, furto, homicidio, &c. *c. 19. de iud.* Canis. *in summ. iur. can. lib. 3. tit. 22.* Excommunicatio alia est maior, alia minor: maiore separat a fraterna societate & consuetudine: minor a sacramentorum perceptione tantum, non a consortio fratrum. Vbicunque autem excommunicationis mentio fit, non minor, sed semper maior intelligenda est, *c. pen. de sent. excomm.* Anathematismus abscindit & auellit ab ipso corpore Christi. Cuiac. *ad d. c. cum non ab homine. 10. de iudic.* De ceteris poenis ecclesiasticis, vt prohibitione ab ingressu ecclesiae, suspensione, interdicto ecclesiastico, itemque absolutione ab iisdem, late & pulchre tractat Gregor. Tholos. *partit. iur. can. lib. 4. tit. 15. c. 4. & seqq. tit. 16. c. 8. & seqq. tit. 17. per tot.*

§. CXIV.

§. CXIV. Iure ciuili nemo ob delictum potest signari in fronte, ne facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis cœlestis figurata est, maculetur, *l. 17. C. de pœn.* Iure canonico potest, vt scilicet eiusmodi nebulones inter alios cognoscantur, *c. ad audientiam. 9. de crim. fals.* Iure ciuili bona damnatorum traduntur hæredibus, *auth. bona. C. de bon. damn.* Iure canonico acquiruntur ecclesiæ, *c. 22. si quis deinceps. 17. q. 4.* Iure ciuili bona hæreticorum filiis orthodoxis non auferuntur, *l. 19. cum auth. seq. C. de haret.* Iure canonico auferuntur, *c. vergentis. 10. de hæretic.* Iure ciuili cadauera punitorum non nisi permissu summi principis sepeliuntur, *l. 1. cum seqq. de cadau. punit.* Iure canonico etiam absque permissu principis licite sepeliuntur, & si pœnitentiam egerint, pro iis oblationes offeruntur, *c. 30. quæsitum. 13. q. 2.* quod si autem in ipso facinore occisi fuerint, vel impœnitentes vitam finiuerint, tum illis sepultura in cœmeteriis negatur, *c. 16. quibus. 13. q. 2.* plusque obest iis sepeliri in sacris locis, quam prodest, *c. 17. cum grauia. 13. q. 2.*

Differentiæ iuris circa pœnas.

XIIX.

Actum hactenus de causis priuatis consideratis in prima instantia,

paucis iam de iis tractemus in instantia secunda. Et ita absolutis causis priuatis peruenimus tandem ad publicas, pertinentes ad ius fisci, rem militarem, magistratus & res ciuitatum.

§. CXV. INST. SECVND. seu appellatione, quæ est remedium, quo caussa vitiata subleuatur, *l. 1. liceat. 2. q. 6.* Appellatio enim permissa est non modo in caussa ciuili, sed etiam criminali, *l. 6. l. 16. de appell. l. 6. §. 3. l. 12. l. 19. C. eod.* quanquam in camera Imperiali appellatio in criminalibus non admittatur. Gail. 1. *obs. 1. n. 28.* Mynf. *cent. 4. obs. 41. & 42.* Et hæc videtur ratio, quare materia appellationum post iudicia ciuilia & criminalia tractetur. Ceterum in appellationibus propter differentias iuris considerandæ sunt 1: caussæ, de quibus appelletur. 2: personæ, a quibus & ad quas appelletur, & denique pœna temere appellantium. Causæ sunt vel iudiciales vel extraiudiciales. Iure ciuili de causis extraiudicialibus nulla datur appellatio, *l. pen. C. quor. appel. non recip.* Iure canonico datur, *c. cum sit Romana. 5. de appell. c. 1. pr. eod. in 6. c. 2. de dol. & contum. in 6.* In iudicialibus causis fertur sen-

Supra 1: 5, 15.

ſententia vel interlocutoria vel definitiua. Iure ciuili regulariter ab interlocutoria appellare non licet, *l. 7. C. de ſent. & in loc.* Iure canonico licet, imo a quouis grauamine tam præſenti quam futuro, cuius aliqua eſt ſuſpicio, appellatio conceditur, *c. ſuper eo. 12. de appell. c. cum dilectis. 6. de dol. & contum. c. 18. non ita. 2. q. 6.* Iure ciuili quando ab interlocutoria appellatio admittitur, tum requiritur cauſſa legitima expreſſa, poteſtque vna allegata cauſſa allegari quoque alia, *l. 3. §. 3. de appell.* Marant. *de ordin. iudic. tit. de appell. n. 125. & ſeq.* Iure canonico requiritur tantum cauſſa probabilis, etiamſi in iure non ſit expreſſa, *c. vt debitus. 59. de appellat. vbi Panorm. num. 2.* nec poteſt appellans aliam cauſſam proſequi, quam quæ in appellatione eſt expreſſa, *clem. appellanti. 5. eod.* Iure ciuili quoties licita eſt appellatio ab interlocutoria, toties viua voce poteſt appellari, neque neceſſario requiritur ſcriptura, *l. 2. vbi gloſſ. de appell. recip. vel non* Iure canonico ſcriptura neceſſario requiritur, qua cauſſa appellationis exprimatur, *c. 1. c. 9. de appell. in 6.* Iure ciuili quando ab interlocutoria appellatum eſt, tum ea reuocari nequit, *l. 14. de re iudic.* Iure canonico interlocutoria etiam poſt interpoſitam appellationem poteſt reuocari, *c.*

60. *de appell.* Iure ciuili in caussa momentaneae possessionis appellare non licet, *l. vn. C. si de mom. poss. fuer. appell.* Iure canonico licet *c. 10. c. 15. de restit. spoliat.*

Personae a quibus appellatur.

§. CXVI. Persona a qua appellatur est iudex, cuius sententia tacite arguitur iniquitatis. Iure ciuili iudex a quo appellatur, nihil potest statuere in praeiudicium cognitionis futurae in iudicio appellationis, *tot. tit. nihil innou. app. pend.* Iure canonico potest terminum praefigere prosequendae appellationis, *c. 5. c. 26. de appell.* Iure ciuili iudex a quo appellatum est, in aliis caussis vt suspectus declinari nequit, *l. vn. apud eum a quo appell.* Iure canonico quandiu appellatio pendet potest, *c. 6. c. 24. de appell.* excipitur casus *in 6. 22. & d. c. 24. eod.*

Personae ad quas appellatur.

§. CXVII. Personae ad quas appellamus sunt iudices superiores. Iure ciuili appellatio debet fieri gradatim, *l. 20. de appell.* Iure canonico statim potest appellari ad pontificem, *c. 4. si quis & sqq. c. 16. quoties. 2. q. 6.* *

* Sed isti canones sunt ex epistolis primorum pontificum supposititiis & ad ius nouum canonicum pseudo - Isidori pertinentes. *Vid. St. Baluz. praef. ad Ant. August. dial. de emend. Gratiani.*

Iure ciuili indistincte appellatur a subdelegato

legato ad delegantem, *l. vn. C. qui pro sua iurisd.* Iure canonico si tota iurisdictio fuerit subdelegata, appellandum est ad ordinarium superiorem, sin autem pars iurisdictionis fuerit subdelegata, appellatur ad subdelegantem, *c. 7. de for. comp. c. 27. §. porro. de off. iud. deleg.* Iure ciuili non potest causa appellationis ita delegari, vt delegans sibi referuet sententiæ dicendæ ius, *auth. adhæc. C. de iudic.* Iure canonico fieri potest, vt ordinarius sibi sententiam referuet, *d. c. 27. §. intentionis. de offic. deleg.* Iure ciuili a sententia episcopi potest appellari ad iudicem secularem. *Nou. 123. c. 21.* Iure canonico non ad secularem, sed ad metropolitanum vel papam, *c. duo 9. de offic. ordin.* Iure ciuili a sententia episcopi semel tantum appellare licet, *auth. si quis C. de episc. aud.* Iure canonico bis, sed non ter, *clem. 1. de sent. & re iudic.* Pœna temere appellantis de iure ciuili est mulcta 50. librarum auri *l. 5. prope fin. C. quor. appell. non recip.* Iure canonico temere appellans in expensas condemnatur, *c. 26. §. si autem in quocunque. de appell.*

§. CXIIX. IVS FISCI. Iure ciuili qui rem alienam quamcunque a fisco emit, securus est, *l. bene a Zenone 3. C. de quadr. præscr. §. vlt. Inst. de vsuc.* Iure ca-

canonico qui emit rem ecclesiæ a fisco securus non est, sed eam ecclesiæ restituere tenetur, *c. 2. de reb. eccles. non alien.*

§. CXIX. RES MILIT. quó pertinent seqq. tit. *de capt. de re mil: de castr. pec. de veter.* Iure ciuili postliminio reuersis datur actio rescissoria inter annum, *§. rursus. 5. Inst. de action.* Iure canonico non datur, quia non currit per id tempus præscriptio, *c. 13. prima. 16. q. 4.* Iure ciuili pœna militiam deserentis est capitalis, *l. omne. 6. §. qui in acie. 3. de re milit.* Iure canonico est infamia, *c. 17. infames. 6. q. 1.* Iure ciuili vnum est genus militiæ armatæ, vt constat *ex tot. tit. de re mil. tot. tit. C. qui mil. goss.* Iure canonico militia alia est spiritualis, alia secularis, *c. si officia. 2. dist. 59. c. 19. reprehensibile. 23. q. 8.* In militia seculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciscendi & cupiditas nocendi, *c. 4. quid culpatur in bello. 23. q. 1.* summa autem laus est communi vtilitati intendere, *c. 7. summa 23. q. 1.* & hac intentione militia debet exerceri, vt mali coerceantur & boni subleuentur, *c. 6. apud veros. & c. seq. 23. q. 1.*

§. CXX. MAGISTRAT. municipales, inter quos viri præcipui sunt decuriones in album scripti, qui a muneribus non sunt exemti, nisi habeant vacationem a mu-

muneribus, vel ob ius immunitatis a principe concessum, vel ob legationes. Iure ciuili spurii decuriones fieri possunt, *l. 3. §. 2. l. 6. pr. de decur.* Iure canonico ad nullas dignitates & sic nec decurionatum promoueri possunt. Bartol. *de diff. iur. n. 65.* Iure ciuili *munus* accipitur tribus modis, pro dono, pro officio, pro onere, *l. munus 18. de V. S.* Hoc loco accipitur pro onere, *l. munus 214. eod.* Quando pro dono accipitur, tum aliud confertur inter viuos, aliud mortis causa, de quo supra dictum §. 14. Iure canonico quando munus accipitur pro dono, tum aliud est de obsequiis, quod est seruitus indebite impensa, aliud est a manu, quod est pecunia, aliud est a lingua, quod est fauor, *114. sunt nonnulli. 1. q. 1.* tria autem illa, quæ in acceptione muneris sunt attendenda, proponuntur *in c. etsi quaestiones 18. de simon.* Iure ciuili legati sunt honorandi, quia sancti & inuiolabiles sunt, & qui legatum hostium offendit, ille traditur hostibus, *l. fin. de legation.* Iure canonico quoque legati sunt honorandi loco illius, cuius legatione funguntur, *c. fin. dist. 93.* vnde episcopi & sacerdotes sunt honorandi loco Christi, quia legatione Christi funguntur, *c. 36. omnis 7. q. 2.* qui autem eos violauerit, excommunicatur *c. si quis 2. dist. 94.*

c. 13. attendendum. 17. q. 4. vel anathematizatio, *c. 21. indigne. 12. q. 2.*

§. CLIX. AMBIT. Iure ciuili contra legem ambitus sacerdotium petens per SCtum centum aureis cum infamia damnatur, *l. vn. §. 1. de l. Iul. ambit.* Iure canonico episcopus vel presbyter qui ambiens celebriorem sedem, suam deserit, vtramque perdit, *c. 31. si quis episcopus. 7. q. 1. c. 7. apostolica. 8. q. 1.* Huic crimini *simonia* affinis est. Goth. *ad d. l. vn. de ambit.* Clar. *5. sent. §. simonia.* Est autem simonia dare temporalia caussa lucrandi spiritualia, *c. tua nos 34. de simon.* & pro omni spirituali dare temporale est simoniacum, *c. 191. quicquid. pr. 1. q. 1. c. in tantum. 36. de simon.* tamque dans quam accipiens aliquid pro re spirituali committit simoniam, *c. 6. quos constiterit. 1. q. 1.* De hac materia agitur *in causs. 1. per tot. & tit. de simon.* ex quibus hæc inter cetera notabilia: quod dantes vel accipientes aliquid pro sepulturis, exequiis & quocunque sacramento, *c. cum in ecclesiæ. 9. de simon.* pro absolutione, *c. ad aures. 24. eod.* pro canonicatu, vicariatu, *c. 8. si quis episcopus. 1. q. 1.* pro iure percipiendi oblationes & decimas, *c. 4. quæsitum. 1. q. 3.* sint simoniaci. Et quamuis simonia sit execrabile vitium, quia nullum magis respicit iniu-

iuriam Dei, *c. 117. quibusdam. 1. q. 1.* tamen heu nimis eſt vſitatum, *c. 7. reperiuntur. 1. q. 1.* Pœna ſimoniacorum eſt infamia, *l. 15. ſi quis prabendas. 1. q. 3.* excommunicatio, *c. 2. quicunque. 1. q. 1.* anathema, *c. 22. placuit. 1. q. 1.* ignis æternus & gehenna, *c. 115. ſi quis neque 1. q. 1.* quia in expiabilis eſt culpa venditi diuini myſterii. *c. 16. cito. 1. q. 1.*

§. CIX. PLAGIVM. cuius pœna interdum capitalis, *l. fin. de plag.* quæ etiam iure canonico videtur irrogari poſſe per *c. 1. de furt.* ſed obſtat, quod pœna mortis de iure canonico poteſtati ſeculari ſit relicta, *c. in archiepiſcopatu. 4. de raptor.* Verum heic reſpondendum, quod ea pœna ſit iuris diuini, ſicut teſtatur inſcriptio, *d. c. 1.* deſumti ex *Exod. 21.* non autem iuris canonici, *gloſſ. ad d. c. 1.* His omnibus criminibus accenſent canones vſuram, *tot. tit. de vſur.* de qua dictum ſupra §. 12.

§. CX. TRIB. POENIS. pro ratione temere intentatæ accuſationis, qua vel calumniantur & tum eos ſequitur ſimilitudo ſupplicii, *l. fin. C. de cal.* aut præuaricantur, id eſt vera crimina abſcondunt, & cum reo colludunt, *l. 1. §. 6. ad SCt. Turpill.* & tum tenentur ea legis pœna, qua reus propter præuaricationem abſolutus eſt, *l. pen. de prauaric.* vel denique tergi-

uersantur, id est a cœpta accusatione desistunt, qui in pœnam SCti Turpilliani incidunt, id est 5. libras auri exsoluunt, *l. 3. §. 3. de præuaric. l. in SCtum. 15. §. 1. ad SC. Turpill.* .. Et his tribus modis de iure canonico quoque falsa accusatio detegitur, *c. si quem pœnituerit. vers. accusatorum. 2. q. 3.*

§. CXI. REVM. an præsens an absens sit. Absens requirendus est, *tot. tit. de requir. vel. abs. dam.* neque admittitur accusatio contra absentem, nisi sit contumax, *c. 67. eorum. 11. q. 3.* Si præsens sit, tum vel confitetur, vel negat obiectum crimen. Priori casu ex sua confessione condemnatur, *l. 5. de custod. & exhib. reor.* Posteriori, si testibus conuictus sit, quoque condemnabitur: iudex enim secundum allegata & probata procedit, *c. 4. iudicet. 3. q. 7.* si nulli adsint testes, & tamen reus multis indiciis oneratus sit, proceditur ad quæstiones seu tormenta, *l. 18. §. 1. l. 20. l. fin. de quæstion. l. 3. l. 8. C. eod.* poteſtque quilibet iudex, etiam ecclesiasticus suspectos torquere, vt veritatem facti exquirere possit, *c. 4. illi qui. 5. q. 5.* Iure ciuili accusatus de aliquo crimine, potest post condemnationem accusare suum accusatorem, modo ex illa sententia libertatem vel ciuitatem amiserit, *l. 5. de publ. iud.* Iure canonico non potest, nisi prius præcessit pur-

purgatio, & nisi accuset de crimine maiori, *c. 6. qui crimen. 6. q. 1. c. 1. neganda. 3. q. 11.*

§. CXII. IVDICEM. Audita accusatione, reoque conuicto iudex sontem pœna scelere suo digna afficit, quam nonnunquam remittit. Capitalem pœnam passorum bona, vt & illorum, qui facti vel pœnæ subsecuturæ conscientia territi, manus violentas sibi ante latam sententiam intulerunt, publicantur. Relegatorum autem bona non publicantur. Pœna remittitur vel viuis, quando sententiam passi restituuntur, vel mortuis, quando punitorum cadauera sepeliri iubentur, *l. 1 & 2. de cad. punit.* Iure ciuili omnes pœnæ sunt vel ciuilis vel criminales. Iure canonico dantur etiam mixtæ, quales est separatio thori, *c. tuæ. 5. de procur.*

§. CXIII. Notandum heic aliquid de pœnis iuris canonici. *Depositio*, qua afficiuntur criminosi clerici, debet esse perpetua, *c. si lapsis. 1. dist. 50.* estque vel actualis vel verbalis. Actualis solemni fit degradatione instar exauctorationis militaris, cum scilicet clerico, in præsentia magistratus ciuilis, ob delictum vestes & insignia ordinis sui detrahuntur, per episcopum, retrogrado ordine, irrogaturque tantum ex tribus causis: ob hæresin, *c. ad abolen-* Pœnæ iuris canonici.

lendum. 9. de haeret. ob crimen falſi literarum apoſtolicarum. *c. ad falſariorum. 7. de crim. falſ.* & ob delictum in epiſcopum commiſſum, *c. 18. ſi quis ſacerdotum. 11. q. 1.* Taliter degradatus poteſtati ſeculari puniendus traditur, *c. nouimus. 27. de verb. ſign. c. 2. de pœn. in 6.* Verbalis fit per ſolam ſententiam epiſcopi, adſiſtente certo numero epiſcoporum, ſi clericus, qui deponitur in ſacris ſit conſtitutus: in minoribus enim nulla aliorum epiſcoporum præſentia opus eſt, ſed ſufficit ſententia epiſcopi, habetque locum in adulterio, furto, homicidio, &c. *c. 19. de iud.* Caniſ. *in ſumm. iur. can. lib. 3. tit. 22.* Excommunicatio alia eſt maior, alia minor: maiore ſeparat a fraterna ſocietate & conſuetudine: minor á ſacramentorum perceptione tantum, non a conſortio fratrum. Vbicunque autem excommunicationis mentio fit, non minor, ſed ſemper maior intelligenda eſt, *c. pen. de ſent. excomm.* Anathematiſmus abſcindit & auellit ab ipſo corpore Chriſti. Cuiac. *ad d. c. cum non ab homine. 10. de iudic.* De ceteris pœnis eccleſiaſticis, vt prohibitione ab ingreſſu eccleſiæ, ſuſpenſione, interdicto eccleſiaſtico, itemque abſolutione ab iiſdem, late & pulchre tractat Gregor. Tholoſ. *partit. iur. can. lib. 4. tit. 15. c. 4. & ſeqq. tit. 16. c. 8. & ſeqq. tit. 17. per tot.*

§. CXIV.

§. CXIV. Iure ciuili nemo ob delictum poteſt ſignari in fronte, ne facies, quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis figurata eſt, maculetur, *l. 17. C. de pœn.* Iure canonico poteſt, vt ſcilicet eiusmodi nebulones inter alios cognoſcantur, *c. ad audientiam. 9. de crim. falſ.* Iure ciuili bona damnatorum traduntur hæredibus, *auth. bona. C. de bon. damn.* Iure canonico acquiruntur eccleſiæ, *c. 22. ſi quis deinceps. 17. q. 4.* Iure ciuili bona hæreticorum filiis orthodoxis non auferuntur, *l. 19. cum auth. ſeq. C. de hæret.* Iure canonico auferuntur, *c. vergentis. 10. de hæretic.* Iure ciuili cadauera punitorum non niſi permiſſu ſummi principis ſepeliuntur, *l. 1. cum ſeqq. de cadau. punit.* Iure canonico etiam absque permiſſu principis licite ſepeliuntur, & ſi pœnitentiam egerint, pro iis oblationes offeruntur, *c. 30. quæſitum. 13. q. 2.* quod ſi autem in ipſo facinore occiſi fuerint, vel impœnitentes vitam finiuerint, tum illis ſepultura in cœmeteriis negatur, *c. 16. quibus. 13. q. 2.* plusque obeſt iis ſepeliri in ſacris locis, quam prodeſt, *c. 17. cum grauia. 13. q. 2.* Differentiæ iuris circa pœnas.

XIIX.

Actum hactenus de cauſis priuatis conſideratis in prima inſtantia,

paucis iam de iis tractemus in instantia secunda. Et ita absolutis causis priuatis peruenimus tandem ad publicas, pertinentes ad ius fisci, rem militarem, magistratus & res ciuitatum.

§. CXV. INST. SECVND. seu appellatione, quæ est remedium, quo caussa vitiata subleuatur, *l. 1. liceat. 2. q. 6.* Appellatio enim permissa est non modo in caussa ciuili, sed etiam criminali, *l. 6. l. 16. de appell. l. 6. §. 3. l. 12. l. 19. C. eod.* quanquam in camera Imperiali appellatio in criminalibus non admittatur. Gail. 1. *obs. 1. n. 28.* Mynf. *cent. 4. obs. 41. & 42.* Et hæc videtur ratio, quare materia appellationum post iudicia ciuilia & criminalia tractetur. Ceterum in appellationibus propter differentias iuris considerandæ sunt 1: caussæ, de quibus appelletur. 2: personæ, a quibus & ad quas appelletur, & denique pœna temere appellantium. Causæ sunt vel iudiciales vel extraiudiciales. Iure ciuili de causis extraiudicialibus nulla datur appellatio, *l. pen. C. quor. appel. non recip.* Iure canonico datur, *c. cum sit Romana. 5. de appell. c. 1. pr. eod. in 6. c. 2. de dol. & contum. in 6.* In iudicialibus causis fertur sen-

Supra 1: 5, 1.

ſententia vel interlocutoria vel definitiua. Iure ciuili regulariter ab interlocutoria appellare non licet, *l. 7. C. de ſent. & in loc.* Iure canonico licet, imo a quouis grauamine tam præſenti quam futuro, cuius aliqua eſt ſuſpicio, appellatio conceditur, *c. ſuper eo. 12. de appell. c. cum dilectis. 6. de dol. & contum. c. 18. non ita. 2. q. 6.* Iure ciuili quando ab interlocutoria appellatio admittitur, tum requiritur cauſſa legitima expreſſa, poteſtque vna allegata cauſſa allegari quoque alia, *l. 3. §. 3. de appell.* Marant. *de ordin. iudic. tit. de appell. n. 125. & ſeq.* Iure canonico requiritur tantum cauſſa probabilis, etiamſi in iure non ſit expreſſa, *c. vt debitus. 59. de appellat. vbi Panorm. num. 2.* nec poteſt appellans aliam cauſſam proſequi, quam quæ in appellatione eſt expreſſa, *clem. appellanti. 5. eod.* Iure ciuili quoties licita eſt appellatio ab interlocutoria, toties viua voce poteſt appellari, neque neceſſario requiritur ſcriptura, *l. 2. vbi gloſſ. de appell. recip. vel non* Iure canonico ſcriptura neceſſario requiritur, qua cauſſa appellationis exprimatur, *c. 1. c. 9. de appell. in 6.* Iure ciuili quando ab interlocutoria appellatum eſt, tum ea reuocari nequit, *l. 14. de re iudic.* Iure canonico interlocutoria etiam poſt interpoſitam appellationem poteſt reuocari, *c.*

60. *de appell.* Iure ciuili in caussa momentaneae possessionis appellare non licet, *l. vn. C. si de mom. poss. fuer. appell.* Iure canonico licet *c. 10. c. 15. de restit. spoliat.*

Personae a quibus appellatur.

§. CXVI. Persona a qua appellatur est iudex, cuius sententia tacite arguitur iniquitatis. Iure ciuili iudex a quo appellatur, nihil potest statuere in praeiudicium cognitionis futurae in iudicio appellationis, *tot. tit. nihil innou. app. pend.* Iure canonico potest terminum praefigere prosequendae appellationis, *c. 5. c. 26. de appell.* Iure ciuili iudex a quo appellatum est, in aliis caussis vt suspectus declinari nequit, *l. vn. apud eum a quo appell.* Iure canonico quandiu appellatio pendet potest, *c. 6. c. 24. de appell.* excipitur casus *in c. 22. & d. c. 24. eod.*

Personae ad quas appellatur.

§. CXVII. Personae ad quas appellamus sunt iudices superiores. Iure ciuili appellatio debet fieri gradatim, *l. 20. de appell.* Iure canonico statim potest appellari ad pontificem, *c. 4. si quis & sqq. c. 16. quoties. 2. q. 6.* *

* Sed isti canones sunt ex epistolis primorum pontificum suppositiitiis & ad ius nouum canonicum pseudo - Isidori pertinentes. *Vid. St. Baluz. praef. ad Ant. August. dial. de emend. Gratiani.*

Iure ciuili indistincte appellatur a subdelegato

legato ad delegantem, *l. vn. C. qui pro sua iurisd.* Iure canonico si tota iurisdictio fuerit subdelegata, appellandum est ad ordinarium superiorem, sin autem pars iurisdictionis fuerit subdelegata, appellatur ad subdelegantem, *c. 7. de for. comp. c. 27. §. porro. de off. iud. deleg.* Iure ciuili non potest causa appellationis ita delegari, vt delegans sibi reseruet sententiæ dicendæ ius, *auth. adhac. C. de iudic.* Iure canonico fieri potest, vt ordinarius sibi sententiam reseruet, *d. c. 27. §. intentionis. de offic. deleg.* Iure ciuili a sententia episcopi potest appellari ad iudicem secularem, *Nou. 123. c. 21.* Iure canonico non ad secularem, sed ad metropolitanum vel papam, *c. duo 9. de offic. ordin.* Iure ciuili a sententia episcopi semel tantum appellare licet, *auth. si quis C. de episc. aud.* Iure canonico bis, sed non ter, *clem. 1. de sent. & re iudic.* Pœna temere appellantis de iure ciuili est mulcta 50. librarum auri *l. 5. prope fin. C. quor. appell. non recip.* Iure canonico temere appellans in expensas condemnatur, *c. 26. §. si autem in quocunque. de appell.*

§. CXIIX. IVS FISCI. Iure ciuili qui rem alienam quamcunque a fisco emit, securus est, *l. bene a Zenone 3. C. de quadr. præscr. §. vlt. Inst. de vsuc.* Iure

muneribus, vel ob ius immunitatis a principe concessum, vel ob legationes. Iure ciuili spurii decuriones fieri possunt, *l. 3. §. 2. l. 6. pr. de decur.* Iure canonico ad nullas dignitates & sic nec decurionatum promoueri possunt. Bartol. *de diff. iur. n. 65.* Iure ciuili *munus* accipitur tribus modis, pro dono, pro officio, pro onere, *l. munus 18. de V. S.* Hoc loco accipitur pro onere, *l. munus 214. eod.* Quando pro dono accipitur, tum aliud confertur inter viuos, aliud mortis causa, de quo supra dictum §. 14. Iure canonico quando munus accipitur pro dono, tum aliud est de obsequiis, quod est seruitus indebite impensa, aliud est a manu, quod est pecunia, aliud est a lingua, quod est fauor, *114. sunt nonnulli. 1. q. 1.* tria autem illa, quæ in acceptione muneris sunt attendenda, proponuntur *in c. etsi quæstiones 18. de simon.* Iure ciuili legati sunt honorandi, quia sancti & inuiolabiles sunt, & qui legatum hostium offendit, ille traditur hostibus, *l. fin. de legation.* Iure canonico quoque legati sunt honorandi loco illius, cuius legatione funguntur, *c. fin. dist. 93.* vnde episcopi & sacerdotes sunt honorandi loco Christi, quia legatione Christi funguntur, *c. 36. omnis 7. q. 2.* qui autem eos violauerit, excommunicatur *c. si quis 2. dist. 94.*

Legati 94. Legatorum pontificis tres sunt species, *c. 1. de offic. legat. in 6.* alii dicuntur legati *de latere*, alii legati *missi*, alii legati *nati*. Legati de latere sunt cardinales, habentes præter ceteros legatos hanc prærogatiuam, quod aliorum legatorum pontificis officium, in ea prouincia ad quam missi sunt, tamdiu suspendatur, donec cardinalis legatus prouincia egrediatur, *c. volentes. 8. de offic. legat.* quia minor officium suum præsente maiore exercere non potest, *c. denique 6. dist. 21. facit. text. in c. antiqua. 23. vers. dominica. de priuil. & excess.* quod possint absoluere excommunicatos propter violentam manuum in clericos iniectionem, *c. 9. de offic. legat.* quod possint ecclesiastica beneficia vacantia conferre, *c. 6. dilectus eod.* & in summa legati de latere omnia possunt, præter excepta & reseruata soli summo pontifici, quæ non comprehenduntur generali mandato, *c. quod translationem. 4. de offic. leg. c. nuper. 29. de sent. excomm. gloss. in c. 9. quæ de causa, 2. q. 5.*

de latere

missi Legati missi, extra ordinem cardinalium constituuntur, mittunturque a summo pontifice in prouincias cum mandatis & potestate, *d. c. 1. de offic. leg. in 6. c. si abbatem 36. de elect. in 6.* & eiusmodi legati etiam subdiaconi esse possunt, *c. 1. dist. 94.* Legati nati sunt, qui quasi vna cum dignita-

nati

te

te nati, legationis munus singulari pontificis priuilegio suæ dignitati annexum habent, vt est in Germania archiepiscopus Salisburgensis, in Anglia archiepiscopus Cantuariensis. *c. 1. de offic. leg.* Canis. *sum. iur. canon. lib. 1. tit. 17.* Gregor. Tholos. *partit. iur. canon. lib. 5. tit. 3. c. 1. & seqq.*

§. CXXI. RES CIVITAT. administrandas a decurionum ordine, qui pro vsu reipublicæ decreta facere solet, curamque habet operum publicorum, nundinarum, pollicitationum seu votorum reipublicæ factorum: de quibus omnibus prætor extra ordinem ius dicit, vt & de proxeneticis: censibus autem exigendis non prætor, sed censitor magistratus præest, *l. 4. §. 1. de censib.* Atque ita singulatim pertractatis omnibus iudiciis tam ordinariis, quam extraordinariis vltimo proponuntur *communia* vtrorumque iudiciorum priuatorum scilicet & publicorum, quæ traduntur *in tit. de verb. sign. & R. I.* Iure ciuili in pollicitationibus & promissionibus non plus subintelligitur, quam exprimitur: non expressa enim non intelliguntur, *arg. l. 52. de condit. & demonstr. l. 5. de pollic.* Iure canonico plus intelligitur quam exprimitur, *c. 5. beatus Paulus. 22. q. 2. c. 104. antecessor. 11. q. 8.* Iure ciuili qui aliquid promisit sine causa, etiamsi licitum sit, non obligat[ur, l]. *1. §. 1. de pollicit.* Iure canonico

nico votum Deo factum licitum, etiam sine causa, semper est implendum, & ideo obligat, *c. 4. quod Deo 33. q. 5.* Proxenetæ iure ciuili illi dicuntur, qui contrahentibus in conciliandis conuentioribus linguas interpretantur, *l. 3. de. proxen.* Iure canonico eiusmodi interpretes appellantur interemtores & mediatores, *c. pen. dist. 91. c. mediatores 1. de testib. in 6.* Panorm. *in c. ex literis 6. n. 3. de transact.* vbi agit de proxeneta, an possit esse testis. Materiam censuum & tributorum, vt & verborum significationes & regulas iuris, doctores late tractarunt, quorum commentarios compilare nostri non est instituti.

DEO SOLI GLORIA.

IN-

INDEX TITVLORVM

qui vtroque Institutionum libro continentur.

LIBER PRIMVS

De

IVRE PERSONARVM.

Tit.XV.

LIBER SECVNDVS.

 IN-

INDEX

RERVM ET VERBORVM.

Primus numerus denotat librum : secundus titulum : tertius paragraphum.

Ar-

Ca-

For-

Gra-

San-

* *Sed non simpliciter admitti potest, si noua caussa ex aduersa parte* rumpente *treugam procedit, tunc vtique licet alteri ad arma venire sine noua in-*

(o)